Österreichische Nationalbibliothek

Magyar történelmi emlékek : Okmánytárak : Anjoukori okmánytár = Codex diplomaticus Hungaricus Andegavensis : = Monumenta Hungariae historica : Osztály 1

Verlag: Az Athenaeum
Ort: Budapest
Jahr: 1878-1920


Zitierlink: https://data.onb.ac.at/rep/11325475
Signatur: 108494-B / 108494-B.1,B,1
ID: 11325475

Digitalisiert mit Google


Umfang: Seiten 1 bis 696 (Komplettes Werk)
PDF erstellt am 28.09.2026 16:05

Nutzungsbedingungen:https://www.onb.ac.at/nutzung
Rechtehinweis:https://rightsstatements.org/vocab/NoC-NC/1.0/

Hinweis: Der Volltext wurde maschinell generiert und könnte aufgrund von OCR-Erkennungsfehlern Ungenauigkeiten oder fehlerhafte Zeichen enthalten.


NATIONALBIBLIOTHEK
IN WIEN
108494-B
Neu-

98. G. 1.



ÖNB
+Z217076807

ANJOUKORI OKMÁNYTÁR.

ELSŐ KÖTET.

(1301—1321.)

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA.

MAGYAR

TÖRTÉNELMI EMLÉKEK.

KIADJA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA.

ELSŐ OSZTÁLY.

OKMÁNYTÁR.

28

BUDAPEST,
A M. TUD. AKADÉMIA KÖNYVKIADÓ-HIVATALA.
(Az Akadémia épületében.)
1878.

CODEX DIPLOM. HUNGARICUS ANDEGAVENSIS.

ANJOUKORI
OKMÁNYTÁR.

A MAGYAR TUD. AKADÉMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA MEGBIZÁSÁBÓL

SZERKESZTETTE

NAGY IMRE

M. AKAD. LEV. TAG.

ELSŐ KÖTET.

(1301—1321.)

BUDAPEST,

A M. TUD. AKADÉMIA KÖNYVKIADÓ-HIVATALA.

(Az Akadémia épületében.)

1878.

108494-B Nev



Budapest, 1878. Az Athenaeum r. társ. könyvnyomdája.

Az Árpád-házból származott királyaink idejéből fenmaradt oklevelek legnagyobb része Fejér György Codex Diplomaticusában, a M. T. Akadémia Monumentáiban és más oklevéltárakban már közre van bocsájtva, s a még rendelkezésünkre álló csekélyebb számú oklevelek a Hazai Okmánytár nyomtatás alatt levő VII-dik kötetében és a Történelmi Társulat oklevéltárában fognak napvilágot látni.

A M. T. Akadémia Történelmi Bizottsága tehát elérkezettnek látta az időt, hogy az oklevelek kiadásában az Anjou-házból származott királyaink korszakára terjeszkedjék ki. S az ekkép megindított oklevéltár szerkesztésével az alólírtat bízta meg.

A XIV-ik század, mely e korszakot magában foglalja, az uralkodó család változtával, történetünkben nagyfontosságú fordúlópontot képez.

A század első tizede, az Árpádok kihaltával, az ezektől nőágon származott idegen uralkodók küzdelmei között folyt le, a második tizedet pedig I. Károly királynak Csák Mátéval és híveivel folytatott harcza s a belvillongások töltik be.

Ezen tény magyarázza meg azt, hogy ha átforgatjuk eddig megjelent oklevéltárainkat, azokban a XIV-ik század két első tizedét igen gyéren látjuk képviselve.

Fejér György, a ki pedig idézett munkájában a már előbb nyomtatásban megjelent okleveleket is közlé, e két

évtizedből alig tett közzé négyszáznál többet. Magunk is kutatásaink alkalmával ezen korszakból aránylag kevés oklevelet találunk, jóval kevesebbet, mint a mennyit a XIII-ik század két utolsó évtizedéből bírunk.

A Történelmi Bizottság e körülményeket szem előtt tartva, midőn az oklevelek kiadásának folytatását elhatározta, abban az 1321. évig — mikor Csák Máté halálával a belső villongások megszűntek, — minden eddig kiadatlan oklevelet fölvétetni rendelt; annál is inkább, mert ezen kor állami és jogi viszonyai mind az előbbitől, mind a következőtől eltérő és sajátszerű jellemet tűntetnek föl.

Mi ebből az időszakból a jelen kötetben közel hatszáz oklevelet közlünk.

Ennek nagyobb részét az Országos Levéltár kincstári osztálya, — az előbbi kir. kamarai levéltár, — szolgáltatta; az innét közölt oklevelek száma a háromszáz harminczat meghaladja; az 1316. évig valókat Óváry Lipót allevéltárnok, a többit Nagy Gyula levéltári tisztviselő és Kovács Nándor, a Történelmi Társulat tagja, másolták le, kiknek palaeographiai jártassága a közlés pontosságáról eléggé kezeskedik. A hol a közlő neve ki nem tétetett, mind az országos, mind a más levéltárakból közzétetteknél, azok a szerkesztő másolati gyűjteményéből valók.

Az Országos Levéltár után a legtöbb oklevelet a N. Muzeumból nyertük, s legkivált a Kállay családnak ott őrizetül letett levéltárából; ez utóbbiakat Csontosi János könyvtári tisztviselő másolá le. A gróf Berényi és a Hamvay családoknak ugyancsak a N. Muzeumban levő levéltáraiból, valamint a N. Muzeum egyéb gyűjteményeiből, az ezen korszakból még kiadatlan oklevelek szintén közöltettek.

Nehány érdekes darab a T. Akadémia eredeti oklevél-gyűjteményéből is került kötetünkbe.

Ennyit adtak a főváros közlevéltárai, mégis azt, hogy e kötet kimerítőbbé vált, annak köszönhetjük, hogy azt nehány főegyház és több család oklevelei is díszítik.

Mingyárt első helyen említem a pannonhegyi levéltárból Kruesz Chrysostom főapát engedelmével Stachovics Remig levéltárnok pontos másolása után közölt tizenhat érdekes oklevelet.

Több darab szereztetett a pozsonyi káptalan levéltárából a Történelmi Társulat múlt évi kirándulása alkalmával, valamint két évvel előbb a nyitrai káptalan levéltárából is, hol azok elnökünk, Horváth Mihály püspök felügyelete alatt másoltattak le, ugyancsak a Simonyi család levéltárából másolt oklevél is tőle jutott kötetünkbe.

A szepesi káptalan levéltárából való egyik érdekes oklevelet Fraknói Vilmos másolata, a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárából valót pedig saját másolatom után közlöm.

Az egyes családok közül a báró Révay család styavnicskai levéltárából nyertük a legtöbbet, s ezek között nehány igen érdekes oklevelet; több darabot nyújtottak a gróf Festetics család keszthelyi és a gróf Károlyi család budapesti szintén gazdag levéltárai, valamint a gróf Erdődyek vörösvári és galgóczi levéltárai; ez utóbbiból Botka Tivadar másolata után.

A gróf Andrássy család krasznahorkai, gróf Batthyány család köpcsényi, gróf Draskovics család horvátországi, gróf Nyáry család gbelláni, gróf Wass család czegei és a gróf Zay család zay-ugróczi levéltárai szintén érdekes okleveleket szolgáltattak, valamint a báró Radák családé is, Szabó Károly másolata után, ki az

Erdélyi Muzeum könyvtárából is közölt nehány darabot. Herczeg Odescalchi Arthurtól pedig a Nyitra-Zerdahelyi család levéltárából került oklevelet nyertük.

A Bárczay család levéltárából való több érdekes oklevelet báró Radvánszky Béla bocsátotta rendelkezésünkre, a gróf Khuen-Héderváry család levéltárából nehány darabot ugyancsak ő közölt velünk.

Továbbá még a következő családok oklevelei diszítik kötetünket: a bődi Balogh családé Vas, Csicsery cs. Ung. Görgey cs. Szepes, Káldy cs. Vas, Kapy cs. Sáros, Kisfaludy cs. Sopron, Máriássy cs. Szepes, felsőbüki Nagy cs, Vas, Nátafalusy cs. Zemplén, Olgyay cs. Pozsony, Ostffy cs. Sopron és a Thaly családé Komárom vármegyéből.

Végre Sopron vármegye, Pozsony sz. k. város, a Pozsony vármegyei gellei plébánia és a Vas vármegyei Vönöczk község levéltárából a történetbúvár kötetünkben szintén érdekes oklevelekre fog akadni.

Felsoroltam egyenkint a forrásúl szolgált levéltárakat, egyrészt azért, hogy azok tulajdonosainak és az oklevelek közlőinek a Történelmi Bizottság nevében különösen és egyenkint köszönetemet kifejezzem; másrészt azért, hogy a történetbúvár a forrás helyeit előlegesen is megismerhesse és mind ez buzdításúl szolgáljon más levéltárak tulajdonosainak is arra, hogy ők is okleveleik közlésével a nemzet múltjának, a közös haza, az egyes családok, az ipar és közmívelődés történetének földerítésében közreműködjenek.

Nagy Imre
Ak. lev. tag.

1

1301. A titeli káptalan előtt Miklós comes fia Moÿs, Barlad Bács vármegyei birtokot Gergely bán fiának Istvánnak leköti.

Capitulum Ecclesie Tytuliensis vniuersis xpi fidelibus, quibus presentes hostenduntur (így), salutem in omnium salvatore, Acciones hominum, et specialiter donaciones possessionum, attencius retinentur, cum litterarum Karactere (így) fulciuntur. Ad vniuersorum igitur noticiam harum serie uolumus peruenire. Quod cum ad instanciam et peticionem magistri Moÿs filij Comitis Nicolai, et magistri Stephani filij Gregorij Bani sponsi sui, quosdam ex nobis Concanonicos nostros misissemus, Iidem siquidem redientes ad nos, nobis hec uerba retulerunt. Quod predictus magister Moÿs, quandam terram suam empticiam, Barlad nuncupatam in Comitatu Bachiensi prope Kobol existentem emptam a Stephano filio Licheert, cum sorore sua filia magistri Nicolai fratris sui dedisset ipsi magistro Stephano perpetualiter possidendam. Aliarum possessionum circumiacencium saluo iure permanente. In cuius rei memoriam et robur perpetue firmitatis, ne processu temporum donacio prescripte terre in irritum possit reuocari, prefato magistro Stephano presentes concessimus Litteras nostras priuilegiales sigilli nostri munimine roboratas, et Alphabeto intercisas. Datum anno domini. M° CCC° primo. Discreto viro Dyonisio preposito existente. Jacobo Lectore. Stephano Cantore Magistris. Johanne Custode, decano vacante. Ceterisque fratribus in ecclesia dei fideliter famulantibus et deuote.

Függő pecsét nyomával; eredetije a gr. Festetics cs. keszthelyi levéltárában.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 15 von 696

2.

1301. A nyitrai káptalan előtt Berencsi Cheten fia Miklós berencsi birtokrészét Bugárfi Mártonnak elörökíti.

Universis xpi Fidelibus presentem paginam inspecturis. Capitulum Ecclesie Nitriensis salutem in largitore salutis. Ad Universorum noticiam tenore presencium volumus peruenire. Quod Nicolaus filius Cheten de Berench, ad nos personaliter accedens terram suam in Berench ex utraque parte fluvii Nitre existentem inter terram Mauricii et Pauli de eadem Berench adiacentem ad usum unius aratri sufficientem, seu congruentem cum omnibus utilitatibus et pertinenciis universis quibus ipse tenuit et possedit confessus est magistro Martino filio Bugar in filios filiorum suorum, pro sex marcis ab eodem plene receptis vendidisse, iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam tenendam et habendam. In cuius rei memoriam et perpetue stabilitatis incrementum, presentes literas concessimus sigilli nostri appensione communitas. Datum per manus discreti viri Magistri Farkasy Lectoris Ecclesie nostre anno Domini Millesimo trecentesimo primo.

Eredetije a nyitrai káptalan levéltárában.

3.

1301. Az egri káptalan előtt Chubanka unokái, János comes fiai, birtokaikon megosztoznak.

Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis. Capitulum Ecclesie Agriensis salutem in omnium saluatore. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus peruenire. Quod magister Ladizlaus et Samuel ac David filij Cōmitis Johannis filij Chubanka*) ad nostram accedentes presenciam proposuerunt viua uoce

*) Hogy Chubanka az Aba nemzetségből való volt, l. Fejér Gy. Cod. Dipl. VIII. 5. 23. Szerk.

quod in possessionibus eorum inferius declarandis communi consensu et pari uoluntate talem inter se fecissent diuisionem quod primo et principialiter villam eorum Gyungus uocatam in tres partes equales diuisissent, ex quibus vna pars existens a parte occidentali, videlicet sola particula platee incipiendo de cellario prysil quod est prope angulum ecclesie procedendo ab eadem plaga usque ad quoddam fossatum circuens illud fossatum cam vtraque parte platee vsque ad extensionem ville cum populis et alijs vtilitatibus suis predicto magistro Ladizlao et suis heredibus et alia particula platee a parte meridionali de eodem fossato incipiendo usque ad aliud fossatum quod est iuxta domum Comitis Benedicti et de eodem fossato cum utraque parte platee usque ad extremitatem ville cum populis et alijs vtilitatibus Dauid et suis heredibus. Item a dicto domo seu Curia eiusdem Comitis Benedicti a parte aquilonali ab utraque parte fluuij existencia salua curia et domo eiusdem Comitis Benedicti quam tam pater eorum predictus quam ipsi ab omnibus exaccionibus absolutam dimiserunt cum populis et alijs utilitatibus suis et specialiter capella quam idem magister Ladizlaus in honore corporis xpi propriis fundauit expensis eidem Samueli et suis successoribus perpetuo possidende cessissent et habende. Item in reliquis sex possessionibus suis, videlicet Aruk halaz Sodan, paan, Noguch et Iyeneu talem fecissent diuisionem quod predicte possessiones Aruk et halaz cum vniuersis vtilitatibus earundem sub prioribus metis et antiquis quibus communiter possederunt eidem magistro Ladizlao et suis heredibus. Item dicte possessiones Sodan et paan cum omnibus utilitatibus suis similiter in metis et terminis Communiter habitis dicto Samueli et suis successoribus, et possessiones noguch et Iyeneu antedicte similiter cum suis attinencijs vniuersis in antiquis metis eidem dauid et suis posteritatibus perpetuo possidende remansissent et habende. Item terras arabiles eiusdem ville Gyungus in tres partes metis de nouo erectis diuisissent, ex quibus vna porcio a parte occidentali fluuij Gyungus iacens iuxta terram pyspuky distincta ab alia porcione per sex metas eidem magistro Ladizlao in medio autem alia porcio de tercia per quinque metas separata prefato dauid et tercia usque ad metas

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 17 von 696

terre filiorum Merhardy dicto Samueli et suis successoribus in perpetuum possidende remansissent. Item a parte orientali et meridionali eiusdem fluuij Gyungus prima porcio prope villam ex parte eiusdem terre pyspuky distincta per quinque metas ab alia porcione eidem magistro ladizlao secunda in medio dicto dauid et tercia superior per tres metas separata prefato samueli. Item trans quendam Riuulum prima porcio inferior quam separant quinque metee que egrediuntur de tribus arboribus piry prope quas in rippa dicti Riuuli est vna meta, et protenduntur ad quandam arborem Ilicis que est in vinea, pro meta assignata infra usque ad tres metas que separant a terra puklustheluk vocata cum noualibus pertholdy et presyl memorati eidem magistro Ladizlao, in medio autem existens porcio prefato dauid, tercia autem et superior per tres metas distincta usque ad terram ville Bene quam distingunt tres metee capitales de eadem terra Gyungus existentes prope vineam Endree dicto Samueli et eorum heredibus in perpetuum cessissent possidende. Item dictam particulam terre puklustheluk in tres partes duabus metis ab inuicem distingendo diuisissent, ex quibus vna pars superior de sub pede vinearum Samueli in medio autem alia porcio dauid et tercia porcio inferior a parte terre halaz dicto magistro Ladizlao usque ad fines et terminos eiusdem terre puklustheluk, possidende cessissent et habende. Item vinea eorum existens iuxta vineas populorum de pyspuky eidem magistro ladizlao, et alia vinea eorum inter vineam petri filij detricy et detricy dicti fogos existens samueli, ac tercia vinea eorum sub vrbio sita prefato dauid possidende, perpetuo cessissent et habende. Item castrum eorum in tres partes equales diuisissent ex quibus vna pars existens a parte aquilonali cum tercia parte pallacij et tribus Turribus ligneis ac vna domo et camera versus orientem Samueli. Item medium eiusdem pallacij tercia cum dimidietate magne stube et alijs minutis edificijs ad eandem plagam magistro Ladislao et tercia pars eiusdem pallacij meridionalis simul cum dimidietate dicte magne stube eandem plagam prefato dauid. Item quedam particula retro portam dicti castri ab oriente existens ab eadem porta vsque ad locum vbi murus terminatur eidem magistro ladizlao, ab alia autem

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 18 von 696

parte scilicet a plaga occidentali quedam particula cum dimidietate lignee Turris in medio eiusdem castri site Samueli et tercia particula a parte dicti pallacij scilicet porcionis eiusdem dauid sita cum reliqua dimidietate eiusdem Turris prefato dauid et suis heredibus in perpetuum cessissent possidende, Capella uero eorum de dicto castro et porta eiusdem castri eisdem communiter inhabitande remansissent. Item villam eorum Bene vocatam, sub eodem castro existentem, in tres partes equales diuisissent ex quibus vna pars inferior, videlicet sola particula platee a fine quoddam (igy) stagni inferiori incipiendo vsque ad extensionem ville magistro ladizlao, deinde asscendendo, pars superior platee predicte vsque ad dictum stagnum eidem dauid, de hinc cum vtraque parte platee asscendendo per extensionem eiusdem ville prefato Samueli et suis successoribus cessissent possidende. Item molendina eorum in eadem existencia seu subvrbio taliter diuisissent quod superius molendinum quod Eburharthmolna dictum et secundum molendinum quod nominatur forkosmolna et tercium molendinum quod similiter dicitur Eburharthmolna quod erat commune eorum, ac quartum molendinum petri dicti fekete super fluuio Bene existencia cum suis vtilitatibus magistro Ladizlao. Item Bokdasamolna dictum et aliud proprium eorum et tercium Jensulmolna, ac quartum Gahanmolna nominata in eodem fluuio Samueli. Item duo molendina eorum propria Suprunymyklousmolna et stephani filij petri vocata et tercium proprium molendinum patris eorum predicti, ac quartum molendinum Guchmolna nominatum dauid et suis heredibus cessissent possidenda. Item pomeria eorum supra dictum castrum existencia in tres partes diuisissent, ex quibus pars superior magistro Ladizlao, alia porcio proprius ad castrum Samueli et tercia de latere castri ab occidente prefato dauid et suis heredibus. Item terras arabiles dicte ville Bene, similiter in tres partes equales diuisissent ex quibus vna pars a parte terre filiorum Belynig tribus metis distincta ab alia parte Samueli, in medio autem alia pars magistro Ladizlao et tercia pars superior similiter tribus metis distincta de sub pede montis prefato dauid et suis heredibus perpetuo possidende cessissent et habende, relique autem videlicet silue nemora et rubeta ac

cetera huiusmodi communiter possidenda eisdem remansissent. Item vina que de vineis ville Gyungus et vineis ville Bene in racionem terragij eisdem prouenire consueuit communiter recipere et inter se equaliter diuidere tenebuntur. Patronatus eciam ecclesiarum ville Gyungus et ville Bene tam eisdem quam suis posteritatibus communiter remansisset, preterea magister Ladizlaus, Samuel et dauid predicti taliter se in nostra presencia obligarunt. Quod quicunque ipsorum dictam diuisionem processu temporis concepta fraude irritaret, uel quoquomodo obuiare nitteretur nocumenta inferendo aliis fratribus suis, sua porcio de premissis omnibus in manus regias deuolueretur ipso facto. Et magister Valterus concanonicus noster ad instanciam eorum dictam diuisionem videre per nos destinatus, omnia premissa facta fuisse per modum prehabitum, ad nos reuersus nobis recitauit. In cuius rey testimonium ad instanciam ipsorum presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas presentibus tamen magistro Stephano custode, Martino de Patha, Egidio de Wng, Johanne de Heues, Symone Nouicastri archidiaconis et aliis multis. Anno domini M° CCC° primo. Regnante Wenczlao illustri Rege hungarie Strigoniensi sede et Colocensi vacantibus et domino nostro venerabili patre Andrea dei gracia episcopo agriensi existentibus.

Zöld, piros és sárga selyemszálakon függő pecséttel; eredetije az országos levéltár kincstári osztályában, Neo Regestrata, 695. 1. Közli Óváry Lipót.

4.

1301. febr. 17. A budafelhévízi convent előtt a budai káptalan a hozott bírói ítélet értelmében, a keresztesek priorját és társait bizonyos hatalmaskodási ügyben kielégíti.

Nos frater Georgius prior et Conuentus Cruciferorum ecclesie sancte trinitatis de Calidis aquis damus pro memoria quod cum iuxta continenciam litterarum Comitis Stephani viceiudicis Curie domini Regis, Comes Buda officialis viri discreti magistri M. prepositi Budensis, pro se et pro eodem do-

mino preposito. Item Paulus lector et Gregorius custos magistri petrus sacerdos Stephanus decanus Johannes decanus et comes Albertus filius Benedicti pro se, et pro eodem Capitulo Budensi, in terminis in ipsis litteris comprehensis, fratri Symoni priori fratrum de ordine predicatorum Johanni et paulo fratribus eiusdem ordinis procuratoribus et fratribus eorundem ac dominabus sororibus de Insula beate virginis. Item priori David et petro fratribus de pesth octo marcas denariorum Budensium pro tempore currencium et duas tunellas vini racione uulnerum David et petri fratrum iamdictorum et aliarum iniuriarum ac dampnorum datorum et illatorum coram nobis soluere debuissent. Item in quindenis purificacionis beate virginis Stephanus decanus et Comes Buda predicti cum XXX personis hominum se in numero inclusis, vnam domum nomine Carceris per procuratores dominarum sororum de Insula supradicta eis assignatam, contra fratres predictos et easdem dominas sorores intrare debuissent coram nostro testimonio ad hoc deputato, vno die in eadem permansuri, et in sero eiusdem diey cum eisdem hominibus dictis prioribus et fratribus nominatis reddentes se culpabiles supplicare tenebuntur predictis terminis solucionum aduenientibus, idem Comes Buda pro se et domino M. domino suo preposito. Item paulus lector Gregorius Custos petrus sacerdos. Stephanus decanus et comes Albertus predicti pro se et pro capitulo Budensi antenominato premissam pecunie octo marcarum quantitatem et duas tunellas vini fratri Symoni priori paulo et nicolao officialibus dominarum sororum predictarum nomine earundem et fratrum predictorum. Item priori dauid et petro fratribus de pesth supradictis personaliter comparentibus et recipientibus plenarie persoluerunt coram nobis. In predictis quindenis purificacionis beate virginis predicti Comes Buda et Stephanus decanus cum triginta personis hominum se inclusis vnam domum pro carcere per fratres et procuratores eis assignatam, subierunt et in sero eiusdem diey cum eisdem hominibus coram nostro testimonio prioribus et fratribus supradictis culpabiles se reddentes supplicarunt ut debebant. Qua quidem pecunie quantitate recepta et facta supplicacione premissa priores procuratores et officiales supradicti, nomine

fratrum et dominarum sororum predictarum predictos dominum prepositum et Capitulum Budense, ac alios superius nominatos super premissis omnibus per omnia reddiderunt expeditos coram nobis vniuersas litteras earum in processu cause supradicte obtentas reddendo ad cassandum et si quas fraudulenter ex eisdem obseruassent iuribus carere voluerunt et uigore. Datum secundo die quindenarum purificacionis beate virginis Anno domini M° CCC° primo.

Zárlatán pecsét nyomával; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. Buden. 33. 12. Közli Óváry L.

5.

1301. apr. 4. A pécsi káptalan előtt Gyula testvére Péter részéről előterjesztetik: hogy Pukuri Péter bán fia Lőrincz az eszéki birtokból kiadott két Sigér nevü falut visszafoglalta.

Nos capitulum quinqueecclesiensis Ecclesie memorie Commendamus quod Anno domini M° CCC° primo feria tercia proxima post festum pasce domini, Comes Markus officialis magistri petri fratris Jule in nostram presenciam accedendo, vice et uerbo eiusdem domini sui dixit protestando, quod laurencius filius petri bani filij Benedictj de pukur, duas uillas Sygwr vocatas in possessione Ozyuagh existentes, quas ipsi magistro petro et magistro Jule dominis suis pro expensis et laboribus eorum in recuperacione eiusdem possessionis Ozyuagh pro eodem Laurencio factis, perpetuo dederat et assignauerat per suam propriam potenciam ab eodem magistro petro abstulisset, ipsum et suos officiales de eisdem excludendo datum ut supra.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. N. R. 1505. 2. Közli Óváry L.

6.

1301. apr. 9. Henrik bakonybéli apát és a convent, nyomasztó szükségök miatt Felsö-Örsön Luos nevü szöllejöket az ott lakozó Péternek eladják.

Nos Frater Herricus miseracione diuina Abbas Monasterii Sancti Mauricij de beel et conuentus loci eiusdem memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem. Quod cum populi seu vinitores monasterij nostri de Vrs superiori et inferiori propter validam et intolerabilem perturbacionem temporis instantis per magistrum St. filium Marci et suos eosdem et totam prouinciam opprimentem nec non et propter grauissima honera laborum et seruiciorum castrorum eiusdem quibus ab exactoribus honeribus per eundem impositis indesinenter et indefesse oprimuntur, coacti sunt et compulsi per predicta mediante necessitate loca propria deserere et ad alienas terras siue prouincias se transferre, propter quorum absenciam vinee monasterii nostri de Luos que racione condicionaria per eosdem et specialiter per Petrum filium Madey, Johannem filium Laurencii et Steffanum cognatos dicti Petri vinitores nostros de Vrs superiori colebantur pene redacte sunt in desolacionem, et quia nimia nos paupertate premente ad earundem uinearum culturam nobis omnino non suppetit facultas, ne in solitudinem et desertum omnia redigantur, de consilio Fratrum et Jobagionum nostrorum Byn scilicet Comitis et Martini filii ipsius ut earundem precio alias nostras vineas cultui mancipare vberius valeamus, easdem vineas de Luos dedimus atque vendidimus dicto Petro de Vrs superiori pro decem pensis denariorum Viennensium, quam sumpmam plenarie recepimus ab eodem statuentes et locantes eidem dictas vineas per manus Comitis Byn sibi et suis Heredibus Heredumque suorum successoribus in perpetuum possidendas. In cuius rei memoriam presentes eidem contulimus litteras sigillorum nostrorum robore communitas. Datum anno Domini Millesimo Trecentesimo primo. In octauis Passce.

Függő pecsétje szalagostúl elveszett, eredetije a pannonhalmi főapátság lban. Capsa 50. 4. Közli: Stachovics Remig.

7.

1301. apr. 21. A sz. Péterről czímzett posegai káptalan előtt János de Magnavalle s fiai Bencze és Balázs a Feneu alatti Magnavallis nevü birtokukból, mely két folyó között fekszik, egy bizonyos földrészt Márk comesnek, Nerád fiának, pro sex marcis plene in promtis denaris receptis örök áron fölvallanak, mely vételbe a vevönek a fölvalláson jelen volt fivére s szomszédja Miklós comes is beleegyezését adta. Az eladott jószág határai így jelöltetnek meg :

» . . . prima meta ipsius particule terre incipit a quodam fluuio pyschaguych uocato, contra cursum, cuius asscendit usque ad caput eiusdem. Inde venit ad locum ubi lapides sunt cumulati deinde ad quendam puteum deinde declinat uersus orientem et cadit in Gredeuch pothoka per cursum cuius desscendit in pyschaguych in fluuium supradictum ad metam ante dictam et sic terminatur . . . .«

Datum per manus Magistri Theophyli dicti puer lectoris ecclesie nostre, sexta feria proxima ante festum sancti Georgii Martiris. Anno domini M° CCC° primo.

Hártyaszalagon függőpecséttel, eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 689. 24. Közli Óváry L.

8.

1301. máj. 18. A budai káptalan Draa-i Tamás és fiai között egy részről, más részről pedig Fulkus fia Mihály között Pesthen Nógrád vármegyei birtokon történt határjárásról bizonyságot tesz.

Capitulum Budensis ecclesie omnibus xpi fidelibus presentem paginam intuentibus salutem in eo qui est omnium vera salus. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod Comes Thomas de draa Johannes et Nicolaus filij eiusdem pro se et alijs filijs ac fratribus eorundem cum euidentibus procuratorijs lit-

teris ab vna, Comes Michael filius fulkus, Symon, Thomas et Peteu magistri, filii ipsius parte ex altera ad nostram accedentes presenciam, exhibuerunt nobis litteras Dominj Regis, in quibus precipiebat nobis vt vnacum magistro Nicolao notario aule et homine eiusdem hominem nostrum ydoneum pro testimonio destinaremus ad hoc quod in presencia ipsorum partes accederent super faciem terre pesthen nominate in comitatu Neugradiensi prope fluuium Ipul existentem que terra pesthen per modum concambij et mutacionis olym ab eodem Comite Thoma et filijs suis ad predictum Comitem Michaelem et fratres suos extitit deuoluta et secundum quod felisyanus filius Zaah, Johannes filius laurencij petrus filius Bothond et Nicolaus filius Tomb ex parte predicti comitis Thome et filiorum suorum. Item magister Farcasius filius folkus. Comes Mykou filius ditricy. Comes Keplen et Comes Mark filius Johannis de generacione eiusdem Comitis Mychaelis ex parte eorundem Comitis Mychaelis et filiorum suorum prout homines arbitratores quas partes inibi adducere tenentur per metas antiquas et limitaciones reambulando nouas metas iuxta ueteres erigendo et nouis distinccionibus limitando cum omnibus vtilitatibus eorundem ad aliam terram eiusdem Comitis Mychaelis et filiorum suorum prenominatorum similiter pesthen vocatam, que eidem est contigua et in uicinitate adiacens adiungerent et statuerent perpetuo eidem Comiti Mychaeli et filijs suis. Cursus uero nouarum metarum et antiquarum simul cum distinccionibus et limitacionibus eidem domino Regi fideliter rescriberemus. Nos enim iuxta preceptum eiusdem dominj Regis prout tenemur in omnibus obedire cum prefato magistro Nicolao Notario et homine eiusdem dominj Regis. Jacobum clericum de choro nostro pro testimonio ydoneum ad premissa exequenda duximus transmittendum. Quequidem partes prout premisimus proprijs ipsorum in personis simulcum prelibatis notario et homine domini Regis et nostro testimonio necnon cum predictis octo hominibus nobilibus arbitratoribus demum pariter ad nostram accedentes presenciam, concorditer retulerunt, quod ipsi octo homines nobiles prout vicini et commetanei dicte terre pesthen, ipsam terram pesthen per modum concambij et mutacionis ad ipsum Comitem My-

chaelem et filios suos deuolutam sub certis metis et antiquis reambulassent, et iuxta earundem nouas metas vndique et ex omni parte erigentes, prout plenius inferius Cursus metarum nouarum et antiquarum simulcum limitacionibus et distinccionibus declarantur, eidem Comitj Mychaeli et filiis suis perpetuo statuissent, et assignassent possidendam tenendam et habendam, nullo penitus contradictore apparente. Quarum quidem terrarum distincciones et cursus metarum antiquarum et nouarum hoc ordine distinguntur, quod prima meta incipit a parte orientali a quodam loco qui Menus pathaka nominatur, vbi est una antiqua meta, iuxta quam aliam nouam erexissent. deinde eundo non multum, penes viam per quam itur de dalan in pesthen, vbi est una meta antiqua circa quam aliam nouam erexissent. Ab hinc transeundo ipsam uiam venit versus partem meridionalem et in quodam prato, iuxta quoddam nemus sunt due mete antique circa quas terciam nouam erexissent. Abhinc tendit eundo et transeundo viam satis magnam et peruenit ad unum Berch vbi sunt due mete antique iuxta quas terciam nouam erexissent, et deinde per binas metas eundo, iuxta quas nouas erexissent. Ascendendo ad eundem Berch et in supremitate ipsius Berch iuxta vnam antiquam metam aliam nouam erexissent, et de ipso Berch descendendo venit uersus partem occidentalem per duas metas antiquas circa quas terciam nouam erexissent. peruenit sub ipso Berch ad quatuor magnas metas antiquas, circa quas nouam metam erexissent, deinde in eadem parte eundo adiungitur ad terram Warad et in vnam Mesde venit ad locum cuiusdam fossati in cuius fossati latere sunt due mete antique circa quas nouam erexissent. Abhinc descendit versus terram Zechen in vno latere quod vulgariter Vrmin dicitur uenit ad unam antiquam uiam que venit de Warad versus pesthen vbi est antiqua meta et aliam circa eandem nouam erexissent, et in eadem vya antiqua procedendo peruenit ad unum locum sarfeu vocatum ibidem circa antiquam nouam erexissent, deinde paruum eundo venit ad unum puteum, circa quem Vnam antiquam metam nouam (így) erexissent. Abhinc venit versus occidentem, deinde in meatu seu cursu ipsius putei venit ad fluuium Ipul et descendit in ipsum fluuium ex inferiori parte

molendini predicti Comitis Mychaelis et filiorum suorum. Et deinde sursum in eodem fluuio Ipul eundo venit ad locum antiqui molendini. Ab hinc vadit ad locum molendini Mark filij Johannis prenotati. Et deinde vadit ad molendinum eiusdem comitis Mychaelis et filiorum suorum. Et deinde venit ad partem septemtrionalem ad molendinum Comitis Keplen antedicti. Abhinc flectendo vadit iterato ad partem orientalem ad ecclesiam sancti spiritus, que ipsorum ecclesia est parochialis et constructa in ludam et inibi separatur de terra halaz et ludam et sic terminantur, preterea idem Comes Thomas et filij sui predicti tam pro se quam pro alijs filijs eiusdem Comitis Thome comitem Mychaelem et filios suos ac heredes eorum ab omnibus et specialiter a Stephano filio Aba filijs suis. Stephano filio Mykew, Bozow fratre suo, ac a filijs petri filij de dach generacionibus suis occasione prefate possessionis pesthen molestare volentibus expedire assumpserunt, ac in pacifica possessione conseruare perpetuum silencium super facto dicte possessionis inter sese in filios filiorum suorum assumpmentes sponte. Item prefatus Comes Thomas Johannes et Nicolaus filij sui similiter tam pro se quam pro alijs filijs ipsius Comitis Thome. Item petrus filius Bothond predictus prout commetaneus tam pro se quam pro alijs filijs suis assumpserunt obligauerunt se contra prefatos Comitem Mychaelem et fratres suos, quod si nullo vmquam tempore huiusmodi concambium, seu mutacionem possessionis pesthen, tam ipsi quam heredes ipsorum retractare nitterentur aut attemptarent qualicumque modo, et in causam venirent in hoc facto, centum marcas sine porcione Judicis, quilibet ipsorum per se vel singuli singillatim eidem Comiti Mychaeli et suis filijs ac ipsorum heredibus soluere tenebuntur, ante litem. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instanciam et peticionem parcium presentes concessimus litteras sigilli nostri, munimine roboratas. Datum in octauis festiuitatis ascensionis domini Anno eiusdem Millesimo CCC-mo primo. Presentibus viris discretis et honestis magistro paulo lectore, magistro Johanne cantore, magistro Gregorio custode ecclesie nostre ceterisque canonicis in eadem deo famulantibus.

A budai káptalannak 1373-ki átiratából, melynek eredetije orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 462. 7. Közli : Óváry L.

9.

1301. Nagyszombat, jul. 30. János kalocsai érsek és több püspök a nagyszombati Klára szüzek templomába bucsujárást engednek.

Johannes miseracione diuina Archiepiscopus Colocensis. Andreas episcopus Agriensis hab episcopus vaciensis. Jacobus episcopus scepusiensis. Anthonius episcopus Chanadiensis. Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium salvatore. Licet is de cuius munere uenit ut sibi a fidelibus suis digne et laudabiliter seruiatur; de habundancia pietatis sue que merita supplicum excedit et uota, bene seruientibus multa maiora tribuat quam valeant promereri, nichilominus tamen desiderantes domino reddere populum acceptabilem fideles xpi ad complacendum ei, quasi quibusdam allectiuis muneribus indigencijs scilicet et remissionibus inuitamus, vt exinde reddantur diuine gracie apciores. Cupientes igitur ut ecclesia beate uirginis in Tyrna in qua sorores ordinis sancte Clare deuote iugiter domino famulantur, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam predictam in festiuitatibus gloriose virginis marie, Beate Clare, Beate Elizabet annis singulis uenerabiliter uisitauerint de omnipotentis Dei misericordia confisi, singuli singulas quadragenas de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus, dum modo ad hoc dyocesani accedat consensus uel idque fauore annuere speciali. datum in Tyrna III Kal. Augusti Anno domini M° CCC° primo.

Tamás esztergomi érsek 1315-ki átiratából, melynek eredetije orsz. ltár. kincst. oszt. Monial. Tyrnav. 1. 9. Az okmány külső részén 16-ik századból való írással a következők olvashatók: Sok Ersekek es puspokok a Nagisombati szüzek Templomanak bucsut engetenek Boldog asson szent Clara sz. Erzebet inepekben. Közli: Óváry L.

---

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 28 von 696

10.

1301. aug. 1. A szalavári convent előtt Vajdafi Benczencz özvegye, hitbére és hozományának kiadásáról sógorait nyugtatja.

Nos frater Benedictus miseracione diuina abbas totusque conventus Zaladiensis notum facimus tenore presencium vniuersis quod nobilis domina Epries nomine filia morcolfi de Chafurd relicta Bencency filij woyuode coram nobis personaliter constituta Dominicum et fratres suos filios prescripti Woyuode fratres videlicet dicti Bencency super dote sua ac rebus suis parefarnalibus receptis duabus marcis quas predictus dominicus statim mortuo Bencencio circa festum sancti martini ut eidem retulit persoluit reddidit penitus et per omnia expeditos ita tamen quod porcionem ipsius Bencency idem Dominicus possidebit per se tamdiu donec fratres sui pecuniam suam prout eis cesserit, reddent et refundent. In cuius rei memoriam pleniorem, presens scriptum contulimus nostro sigillo communitum. Datum in octauis beati Jacobi apostoli Anno Domini M° CCC° primo.

Zöld és kék selyem zsinóron függő, félig ép pecséttel; eredetije a gf. Draskovits cs. lban. 4. 162.

11.

1301. oct. 31. Miklós pápai követ Somogymegye nemességét inti, hogy a szent királyok által rendelt egyházi tizedet Szent-Márton apátságának adják meg.

Frater Nicolaus miseracione divina Ostiensis et Velleciensis Episcopus Apostolice sedis legatus Vniuersis Nobilibus et aliis cuiuslibet condicionis hominibus in Comitatu Simigiensi constitutis salutem in Domino sempiternam. Exponente pridem nobis in pleno concilio de mandato nostro Bude solenniter congregato Abbate Monasterii sancti Martini de Sacro Monte Pannonie Jauriensis Diecesis, quod Vos Nobiles iustas decimas uestras secundum ritum institucionis San-

ctorum Regum et consuetudinem Regni olim approbatam a decennio et a pluribus annis antea retroactis dare et soluere non curassetis, nec per uestros iobagiones seu populos dari fecissetis pariter et persolui, imo detinuistis contra Dei viuentis iniuriam in preiudicium et non modicum grauamen Ecclesie memorate. Quocirca deuocioni Vniuersitatis uestre de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, qua fungimur auctoritate committimus et mandamus, quatenus iustas decimas uestras, et omnium populorum uestrorum hactenus non persolutas eidem Domino Abbati persoluatis et persolui plenarie faciatis, et si secus feceritis, et contra iura instituta in soluendis decimis contumaces exstiteritis, sicut usque modo dicimini exstitisse, dedimus eidem Abbati auctoritatem qua ab Apostolica sede fungimur pariter et concessimus Vos et Vestros palam et publice excommunicandi, tamquam si nos ipsam excommunicacionem in Vos et Vestros proferremus in Persona speciali, et ab ingressu Ecclesie omnino prohibendi, donec de predictis debitis satisfaciatis. Vobis autem Sacerdotibus firmiter iniungimus Vosque predictas decimas soluere nolentibus diuina celebrare non presumatis, alioquin sentencia excommunicacionis auctoritate nostra per eundem Dominum Abbatem in Vos proferatur. In cuius rei testimonium presentes literas fieri fecimus et nostri Sigilli appensione muniri. Datum Bude secundo Kalendas Nouembris. Pontificatus Domini Bonifacii Pape VIII. Anno septimo.

A pannonhalmi főapátság levéltárában, 1512. jan. 20-án kelt függő pecsétes átiratban C. 26. Ff. Az okmány végén két Apostolicus Notarius publicus, »Paulus natus Blasii de Labad« és »Antonius natus Matthaei Balassij de Kayar« bizonyságát jelvényükkel bírja. — Közli: Stachovics Remig.

12.

1301. nov. 17. A győri káptalan bizonyítja, hogy a Benedek és István comes-eknek néhai Rábaközi Pál (pauli filij Johannis de Rabakuz) birtokába történendett beiktatása czéljából elrendelt határjárásról Andreas de paztur királyi kiküldött kiséretében saját megbizottja József kanonok azon jelentéssel tért vissza, hogy nevezett Rábaközi Pál özvegye beteges állapota s a rosz időjárás miatt személyesen meg nem jelenhetvén, férjét Pugundi Tamást, Chepán fiát, küldé maga helyett az említett jószágot terhelt saját örökrészét s leánya negyedét illetett ügynek nevében való elintézésére.

Datum feria sexta ante octauas beatj martinj Confessoris Anno dominj M° CCC° primo.

Eredetije orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 1698. 1. vesd össze Hazai Okmánytár V. 90—91. l. Közli Óváry L.

13.

1301. nov. 18. A pécsváradi convent előtt Csuzai Pál, Csuza, Sepse és Márok Baranya vármegyei birtokokat, növérének és sógorának örökül átadja.

Conventus monasterii varadiensis vniuersis xpi fidelibus presentibus pariter et futuris presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, Quod paulus filius Benedicti filij Mathey de Chusa nobilis de comitatu de Baranya ex una, parte vero ex altera Stephanus folyou dictus familiaris excellentissimi principis domini Karoli Regis hungarie coram nobis personaliter constituti, idem paulus filius Benedicti confessus est oraculo viue uocis per hunc modum, quod ipse quasdam porciones suas hereditarias infrascriptas nobili domine venus dicte sorori sue vterine, quam videlicet sororem suam venus dictam ipse paulus frater suus vterinus in ipsa donacione porcionum infrascriptarum suarum ob titulum cognacionis

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 31 von 696

et indisolubile vinculum proximitatis ipsi stephano folyou dicto matrimonialiter tradidisset et per ipsam sororem suam dicto stephano sororio suo ipsas porciones suas possessionarias infrascriptas ipsum titulo hereditario contingentes tradidisse est confessus, videlicet vnam sessionem iuxta ecclesiam sub honore sancti martini confessoris ibidem in Chusa fondatam seu constructam a septentrione existentem cum terra arabili iuxta ipsam sessionem a parte septentrionali inter duas vias adiacenti et ad eandem sessionem immediate pertinente, ac cum medietate porcionis sue quam ipse paulus in prefata ecclesia sancti martinj habere dinoscitur, Item medietatem possessionis sue hereditarie Scepse vocate in possessione scepse ipsum paulum iure hereditario contingentis cum omnibus vtilitatibus suis, Item dimidietatem possessionis sue hereditarie Mark vocate iuxta fluuium Krasou a septentrione existentis in predicta possessione Mark eundem paulum iure hereditario contingentis cum suis vtilitatibus omnibus et pertinencijs quibuslibet prenominato stephano sororio suo ac dicte sorori sue ipsum stephanum presencialiter in nostri presencia astanti et per eos suis heredibus heredumque suorum successoribus dedit et assignauit contulit atque tradidit de beneplacito sue voluntatis Jure perpetuo et irreuocabiliter possidendas tenendas pariter et habendas, dixit eciam idem paulus coram nobis quod si successu temporis ipsum sine herede sexus masculini destitutum decedere contingat omnes alie possessiones siue porciones ipsius in possessionibus Chusa Scepse et Mark vocatis Jure hereditario ipsum contingentes ad manus nullius de generacione sua et de proximis suis seu aliquorum potentum hominum deuolui debeant, sed quod eedem possessiones dicti pauli ad manus prefati stephani ac dicte consortis sue, necnon heredibus ac heredum suorum successoribus deuoluantur pleno iure in perpetuum et irreuocabiliter pacifice et quiete possidende presentibus itaque nobilibus viris videlicet Chaak filio Mathei carnale fratre eiusdem Benedicti ac alijs compluribus cognatis ac vicinis seu commetaneis ipsius pauli specialiter uero paulo filio pauli de veak et aliis fratribus eorum de eadem qui similiter in nostri presencia astantes in dicta donacione facta per ipsum paulum ipsi Benedicto et dicte consorti sue ac heredibus eorum in po-

sterum consensum prebuerunt beneuolum pariter et assensum. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras concessimus sigilli nostri munimine roboratas, datum anno domini M° CCC° primo in octauis beati Martini Confessoris fratre Jacobo decano eodemque custode et ladislao cantore ceterisque fratribus vnanobiscum in dicto monasterio iugiter deo famulantibus.

Szepesi Jakab országbírónak az orsz. ltár. kincstári oszt. N. R. 21. 64. sz. a. meglévő átiratából. Közli Óváry L.

14.

1301. nov. 29. Az újudvari convent előtt a Buzád nemzetségből való Ponith fia Jakab, Purpah birtokra vonatkozó kereseti jogát Keled fiaira, Arnoldra és Mihályra ruházza át.

Nos conuentus fratrum cruciferorum domus hospitalis de nouacuria damus pro memoria quod nobilis vir magister Jacobus filius ponith de genere Buzad a parte una, Arnoldus et Mychael filij comitis Keled de eadem generacione ab altera, personaliter coram nobis constituti idem magister Jacobus totam accionem suam et litem quam habet contra filios Gacal Ladizlaum scilicet et Juankam super facto cuiusdam possessionis purpah uocate dedit et commisit finaliter determinandam et decidendam ac prosequendam coram quouis iudice et specialiter coram palatino mouendam Arnoldo et Mychaeli fratribus suis supradictis Ratum et firmum habiturus quicquid ydem agerent in premissis, datum in vigilia beatj Andree apostoli anno domini M° CCC° primo.

Hátlapján pecsét nyomával; eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 1534. 10. Közli Óváry L.

15.

1301. Prága, dec. 13. Venczel cseh és lengyel király, a sandeci kerületben Gnezna és Lublo falukat Görgey Jordánnak adományozza.

Nos Wenczlaus dei gracia Boemie et Polonie Rex. Notum facimus uniuersis presentes litteras inspecturis. Quod nos

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 33 von 696

propter grata seruicia, que Jordanus de Gargow, Comes Saxonum nobis exhibuit hactenus, ad presens exhibet, et in futurum dante Domino exhibebit sibi duas uillas nostras in terra Sandecensi sitas, que uulgariter uocantur Gnezna et Luble cum suis pertinencijs uniuersis conferimus et donamus per eum in nostrum et heredum nostrorum fidelitate manentem habendas et eciam possidendas. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et Sigillis maiestatis nostre iussimus communiri. Datum Prage Anno domini Millesimo Trecentesimo primo. Idibus Decembris Quintadecima. Indiccione. Anno Regnorum nostrorum Boemie Quinto, Polonie uero Secundo.

Függő pecsét nyomával; eredetije a Görgey család levéltárában. 2. 1.

16.

1302. jan. 9. A győri káptalan Venczel királynak jelenti, hogy Rábaközi Pál birtokába a Bene fiait beiktatta.

Excellentissimo domino suo Ladizlao dei gracia illustri Regi Vngarie Capitulum Jauriensis ecclesie oraciones in domino debitas et deuotas. Receptis litteris serenitatis vestre cum Andrea de paztur homine uestro miseramus magistrum Joseph, socium et concanonicum nostrum, pro testimonio, coram quo idem homo uester terram pauli filii Johannis de Rabakuz sine filio decedentis, statueret Benedicto et Stephano comitibus filiis Bene, et cum ijdem homo uester et noster ad nos reuersi nobis retulissent, quod domina relicta dictj pauli, racione tam dotis sue quam quarte filie sue super dicta terra cuius medietatem idem paulus in extremis suis monasterio beati Michaelis de Chorna pro remedio anime sue reliquit et donauit, contradictrix extitisset, et super illa contradiccione iure regni consuetudine obseruata, citacio intervenisset ad presenciam vestre Maistatis, tandem thomas dicte relicte pauli maritus secundus pro eadem domina, cui ipsa domina in hac parte prosecucionem dotis sue et quarte filie sue commiserat, sicut in uestris litteris continetur, ab una parte, Conrardus de Wezekyn procurator predictorum Benedicti et Stephani Co-

mitum pro eisdem, vna cum fratre Martino preposito de Chorna ex altera, coram nobis personaliter constituti in talem se composicionis formam deuenisse retulerunt, quod super dote dicte domine et quarta filie sue ex parte sepedictorum Benedicti et Stephanj comitum, iuxta morem libertatis, pauli antedicti, videlicet de dote viginti quinque marcis et de quarta in tribus marcis de ipsa possessione ad plenum satisfactum est, de illa videlicet porcione, que dotem soluere debebat. Absque videlicet porcione quam Monasterio predicto reliquerat, in anime sue remedium salutare. Vnde iuxta mandatum uestre maiestatis in antiquis metis et terminis ipsa possessio preter porcionem monasterij antedicti predictis Stephano et Benedicto Comitibus nullo penitus contradictore existente extitit assignata. Datum quarto die Epiphaniarum domini Anno eiusdem M° CCC° secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 1081. 3. Közli Óváry L.

17.

1302. Pozsony, jan. 24. Altegrad a pápai követ titkára előtt a pannonhegyi apátság Seraphin pozsonyi préposttal kiegyez az iránt, hogy az előbbi által Dénesdiben épített kápolna miatt a misérdi anyatemplom joga csorbálást nem fog szenvedni.

In Nomine Domini Amen. Nouerint Vniuersi presentes literas inspecturi, quod orta dudum, inter Religiosum Virum Fratrem Hermannum Abbatem et Conuentum Monastery Sancti Martini de Sacro monte Pannonie Jauriensis diocesis ex parte vna, et discretum Uirum Dominum Seraphinum Prepositum ecclesie Posoniensis, Strigoniensis diocesis, ex altera, Super quadam Capella constituta per eosdem Abbatem et Conuentum in Villa Deanus in preiudicium parochialis ecclesie Sancti Martini de Villa miser, ad prefatam Preposituram immediate spectantis, et contra denunciacionem noui operis factam per eundem Prepositum materia quescionis, tandem cum coram nobis Magistro Altegrado de Lendenauia doctore decretorum domini Pape Capellano, ac Reue-

rendi patris et domini, domini Nicolai Dei gracia Ostiensis et Velleciensis Episcopi Apostolice sedis Legati, Cancellario et generali auditore causarum, Aliquamdiu per partes easdem litigatum fuisset, ad talem mediantibus, Venerabilibus patribus Quinqueeclesiensi et Varadiensi Episcopis, ac Magistro Paulo Preposito Colocensi, pro bono pacis concordiam in nostra constituti presencia deuenerunt, uidelicet quod omnia iura spiritualia in predicta Capella in eadem Villa Deanus constructa, ad archiepiscopum Strigoniensem et Prepositum Posoniensem qui erunt pro tempore, secundum antiquum morem pertineant. Jure autem funerandi et baptizandi predicte Capelle dumtaxat integraliter remanente, quod solus sacerdos predicte ecclesie Sancti Martini debeat exercere, ipseque sit sacerdos ecclesie utriusque ac oblaciones et obuenciones percipere ualeat ad ipsas ecclesias pertinentes. Adiecerunt in super in composicione predicta, quod si contigerit predictum Abbatem Sancti Martini, pro tempore ad dictam Capellam uel Monachus ipsius Abbatis pro persona sit in prefata Capella de Deanus libere celebrare, set (így) in omnibus aliis spiritualibus iuribus nullatenus se intromittat. In cuius rei testimonium presentes literas per Johannem infrascriptum Notarium scribi, et in hanc publicam formam redigi mandauimus, et Sigilli nostri appensione muniri. Datum et Actum Posonii, die vicesima quarta Januarii. Pontificatus Domini Bonifacii Pape VIII. anno Octauo, Sub Anno Domini Millesimo Trecentesimo secundo, Indiccione XV.

Et ego Johannes Rustici de Tuderto Imperiali auctoritate Notarius predictis omnibus interfui et quod supra legitur de mandato et licencia ipsius Magistri Altegradi auditoris scripsi et publicaui meoque signo consueto signaui.

Hártyaszeleten függő csinos, teljesen ép s vörös viaszba nyomott pecséttel; az ezen látható paizson kilencz kisebb paizs van; fölötte bárány, és ezen egy sas; körirata: Nicolaus Ostiensis et Velleciensis Eps. eredetije a pannonhalmi főapátság lban 41. O. Közli: Stachovics Remig.

18.

1302. jan. 30. Az egri káptalan előtt Itemer fiai buyai birtokrészüket Mersa fiának Pousnak elörökítik.

Littera (Capituli ecclesie agriensis) feria tercia proxima ante festum purificacionis beate virginis anno dominice incarnacionis M° CCC° secundo clause . . . declarabat quod ders Zerye et Chepano filiis Itemerij Jacobo filio Mathei, Johanne filio Boyn, demetrio filio Iwan petro filio Mychaelis petro dicto Wzwegh sponso eiusdem Ata filio Ketyn et lupyano filio Kana nobilibus de Buya ex una parte, et Comite pous filio Mersa ex altera coram nobis personaliter constituti, per prefatos filios Itemerij et alios supradictos propositum extitisset quod cum ipsi propter inopiam eorum porcionem pouka filij pousa et porcionem dicti Ata habitas in eadem terra Buya per ipsos poukam et lupianum mediantibus litteris vestris memorialibus eidem Comiti pous pro quatuordecim marcis impignoratas ab eodem comite pous redimere prout ad ipsos pertinuissent non potuissent, easdem porciones cum suis vtilitatibus omnibus ex parte ipsorum de pleno consensu eorundem eidem comiti pous et suis heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo possidendas dimisissent.

Garai Miklós nádornak 1382-ki ítéletéből, orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1542. 68. Közli Óváry L.

19.

1302. febr. 10. Az almádi convent előtt Monoszlai Benedek kijelenti, hogy Salamoni Gelényessel és Cseltai Gyulával három lovának elveszése iránt egyezségre lépett.

Nos frater H. abbas et conuentus Monasterij Beate virginis de Almad damus pro memoria, quod constitutis (így) coram nobis Benedictus filius Tadias de villa munuslo ex una parte, Gylianus pro se et pro filijs suis Jhone et Jacobo de villa Solomun ex altera, idem Benedictus pre nominatus asse-

rens proposuit viua voce, quod in causa quam intendebat mouere contra Gilianus et filios suos prenotatos et contra Julam de villa Chelta qui pro se et pro fratre suo Herke personaliter comparuit coram nobis quos idem Benedictus traxisset in causam coram iudice iudice (így) curie domini J. palatini super amissione equorum suorum trium, tandem inter se concordantibus probis uiris idem Benedictus viros prenotatos pro eadem causa coram nobis reddidit expeditos et penitus absolutos. Datum die sabbato post octauas purificacionis Beate virginis. Anno domini M° CCC° secundo.

Zárlatán hosszúkás pecsét maradványaival; az eredeti után közli Nagy Gyula.

20.

1302. febr. 15. A pozsonyi káptalan előtt Felsö Lucsei Bartal és társai, birtokrészüket Chugud fiának András comesnek elörökítik.

Nos Capitulum ecclesie Posoniensis memorie conmendantes significamus quibus expedit vniuersis quod constitutis personaliter coram nobis Bortol filio Luke pro se et pro fratribus suis Hona et Jacobo, Johanne filio Beke pro se et fratre suo Michaele Buhtus filio Chenge pro se et fratre suo Hece Iwahun, pro se et pro fratre suo Kemen de Luche superiori ex vna parte, Andrea comite filio Chugud ex altera, ydem Bortol Johannes Buhtus et Iwan sunt confessi quod ipsi de terra sua, quinque iugera terrarum arabilium prope ortum dicti Andree uersus akilonem (így) adiacencia eidem Andre vendiderunt pro duabus marcis et maxime propter seruicium ipsius Andree, quod erga Bortol et suos socios supranominatos sepius impendit in filios filiorum perpetuo possidenda, obligando se quod quicunque processu temporum eundem Andream aut suos successores racione dictorum quinque iugerum uellet aggrauare, extunc dicti, Bortol Johannes Buhtus et Iwan tenebuntur ipsum Andream et suos successores expedire, proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam nostras concessimus litteras nostri sigilli munimine roboran-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 38 von 696

tes, datum secundo die beati valentini Anno domini M° CCC° secundo.

Vörös és fehér czérna zsinóron függő pecséttel; eredetije a pozsonyi káptalan lyban, 14. a. 11. 7.

21.

1302. febr. 18. A székesfehérvári káptalan előtt Mihály comes fiának Istvánnak birtokain Dudari Móricz, Protáz fiai és Herbon comes fiai megosztoznak.

Capituli Albensis (littera). In dominica Circumdederunt Anno domini Millesimo Trecentesimo secundo exarata manifestasset Quod Alexander et Conradus Comites filij Mauricij Comes Geruasius filius Protasij, Aladarius filius dyonisij nobiles de dudar ac Chaak filius Comitis herbon pro se pro Benedicto Johanne et ladislao fratribus suis coram ipso capitulo personaliter constituti totam possessionem siue porcionem Stephani filij Comitis Mychaelis fratris ipsorum decedentis sine herede in possessionibus seu terris infrascriptis videlicet in Beren, Igar, Bend, Vatha, Egreh, Byhor, Gyon, Zabouch, leguenthw, Kwlke, vaya, louazberen, Zamur, Ker et Chakuara in pesthiensi et in Kaas in Simigio simulcum seruis et ancillis in eisdem litteris expressis vt dixissent iure hereditario eundem stephanum contingentem et ad ipsos racione proximitatis per modum diuisionis nullo alio mediante deuolutam in tres partes equales sub condicionibus in dictis litteris declaratis inter se diuisam fuisse asseruissent eomodo, quod vna pars predictis Alexandro et Conrado comitibus in communi cessisset Secunda autem pars Comiti Geruasio et Aladario deuenisset Tercia vero pars siue porcio prenominatis filijs Comitis herbon similiter in Communi prouenisset. Quaquidem diuisione facta ydem nobiles de porcionibus in tribus terris Vata Beren Kaas modo prescripto cuilibet eorum cedentibus tale concambium retulissent Ibidem in instanti se fecisse, Quod prefatus Chaak suo et predictorum fratrum suorum nomine porcionem in dictis terris Beren et Vata eis in predicta diuisione deuolutam

reliquisset prefatis Comiti Alexandro Conrado Geruasio et Aladario perpetuo possidendam et e conuerso idem Alexander Conrardus Geruasius Comites et Aladarius porcionem in dicta terra Kaas eis cedentem reliquissent in toto prefato Comiti herbon pacifice possidendam et habendam Nomina autem seruorum ancillarum ipsius Stephani quos et quas absentes inter se diuisisse retulissent et nominassent in eisdem litteris essent conscripta.

Garai Miklós nádornak 1419-ki ítéletlevelében kivonatban foglaltatik; az ítéletlevél eredetije orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1518. 13. Közli Óváry L.

22.

1302. febr. 28. Venczel király Nyitra vármegyét Csák Máté nádornak adományozza.

Ladizlaus dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex. Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris tenorem presencium inspecturis salutem in domino sempiternam. Inter est Principum orbis terre, se cunctis eorum fidelibus ostendere graciosos, sed eis precipue manus extendere liberales, pro quibus sincera fides et grata seruicia interpellant, sic enim satisfaciunt debito racionis, sic fideles suos in fide corroborant et confirmant, sic alios ad deuocionem suam inuitant et alliciunt per exemplum. Hinc est, quod cum Nobilis vir dilectus et fidelis noster Matheus palatinus, filius Petri quondam palatini de genere Chak, grata et accepta ac vtilia obsequia, patri nostro karissimo domino Wenczelao Boemie et Polonie Regi prestitit hactenus, et nobis ad presens prestat et prestabit fideliter in futurum. Nos in recompensacionem eiusdem fidelitatis et obsequij ac specialiter pro eo, quod idem Matheus palatinus dum ad huc essemus in Boemia, primus et precipuus inter omnes Regni Vngarie nobiles, suo consilio et auxilio nos promouit et sollicite procurauit vt eligeremur in Regem Vngarie, nosque suis prouidis ac fidelibus persuasionibus ad dignitatem Regij culminis primo et principaliter inuitauit et

in ipsum Regnum Vngarie manu sua et amicorum suorum potencia introduxit. Vbi postquam in alba Regali ipso Matheo palatino maxime procurante, sacrosanctum et inclitum susscepimus dyadema, et infra eiusdem nostre Coronacionis sollempnia honorifice et decenter nobis ante alios et pre alijs sua exhibuit seruicia et ostendit, multis se rerum suarum exponens sumptibus et expensis quibus obsequijs et meritis tam commendabilibus quam acceptis satisfaccionem dignam ac debitam inpendere cupientes, vniuersa et singula Castra, oppida et predia Regalia, siue Reginalia quocunque modo per ipsum Matheum palatinum acquisita et qualicunque nomine censeantur, que huc usque tenuit et possedit et que modo possidet, siue tenet de nostra mera, et libera uoluntate, eidem Matheo et suis heredibus ac heredum suorum successoribus damus conferimus et donamus iure hereditario perpetuo possidenda. Specialiter quoque Comitatum Nytriensem cum omnibus villis oppidis hereditatibus Teloneis, et vtilitatibus vniuersis, Siluis, pratis, agris cultis, et incultis, aquis et aquarumque discursibus (így) piscacionibus in eisdem et pertinencijs quibuscunque, ad eundem Comitatum spectantibus prenominato Matheo, et suis heredibus ac heredum suorum successoribus contulimus, dedimus et donauimus, eciam de nostra libera voluntate iure hereditario in perpetuum possidendum. Siquis uero hijs nostris donacionibus, quas eidem sepedicto Matheo fecimus et contulimus de benignitate Regia et de gracia speciali uellet ausu temerario contraire, aut inpedire eundem Matheum uel heredes suos siue heredum suorum quoslibet successores, nos uolumus et promittimus, ipsum Matheum et heredes suos, ac successores heredum suorum tam a iudicio terre quam ab omnibus inpedimentis eximere, et in peticionibus expedire, si que emergerent contra eosdem, nullam super ipsos Matheum videlicet et heredes suos ac successores heredum, admittentes terre iusticiam pertransire. In cuius rei testimonium et robur perpetue firmitatis presens scriptum fieri iussimus nostri Sigilli dupplicis munimine roboratum. Datum per manus discreti viri magistri Stephani doctoris decretorum aule nostre vicecancellarij dilecti et fidelis nostri Anno domini Millesimo

Trecentesimo Secundo pridie Kalendas Marcij Regni autem nostri Anno secundo.

Veres és zöld színű selyem-zsinóron függő kettős pecséttel; eredetije az orsz. lvtár. kincst. oszt. N. R. 333. 4. Fejér Gy. i. m. VIII. 1. 89. l. hasonló adománylevelet közöl Trencsén vármegyéről, szintén Csák Máté részére.

23.

1302. febr. 28. Venczel király Bajmócz várát Csák Máté nádornak adományozza.

Ladizlaus dei gracia (l. a föntebbi okmányban egész addig: »iure hereditario possidenda«). Specialiter quoque Castrum Baymuch cum omnibus villis oppidis hereditatibus, Siluis pratis, agris cultis, et incultis, aquis et aquarum decursibus, piscacionibus, utilitatibus et pertinencijs vniuersis . . . . . ad idem Castrum spectantibus. Matheo prenotato, et suis heredibus, (l. a fönt idézett okiratban egész végig). Datum per manus discreti viri magistri Stephani doctoris decretorum aule nostre vicecancellarij. Anno domini Millesimo Trecentesimo Secundo pridie Kalendas Marcij. Regni autem nostri anno Secundo.

Veres és zöld színü selyem zsinóron függő kettős pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 333. 3.

24.

1302. Göncz, mart. 10. Bírósági bizonyítvány arról, hogy Zochud fia Mortunus és ennek fia, egy szolgájukat a fogságból kiváltották.

Datum promemoria quod magister Mortunus filius Zochud et Wynzlow filius eiusdem, quendam seruientem suum Nogmiklous vocatum, de captiuitate nostra, in quam racione mortis Blasij cognatij (így) magistri Job, contra eundem magistrum Job inciderat, ab eodem magistro Job redemerunt pro sedecim marcis quas soluere performam litterarum nostrarum coram preposito et conuentu de Lelez assumpserant in

forma composicionis. Datum in Gunch sabbato proximo ante Dominicam Inuocauit. Anno domini M° CCC° secundo.

Zárlatán pecsétnyommal; eredetije a gr. Károlyi cs. lvtban.

25.

1302. Buda, apr. 21. Venczel király az ország főbb bíráinak megtiltja, hogy Egervári Kalmert és társait a Rech és Geregen által elkövetett büntettek miatt kereset alá ne vonhassák.

Ladizlaus dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Palatino et omnibus alijs Judicibus quibus presentes hostenduntur Salutem et graciam dicunt nobis Kalmer Morhardus et Martinus de Eguruar quod aduersarij eorundem ipsos pro excessibus et nocumentis Rech et Geregen intenderent aggrauare indebite et iniuste. Vnde cum iusti pro iniustis non debeant condempnari maxime cum ydem eech (így) et Geregen per mortem ipsorum satisfecisse dicantur de commissis volumus et fidelitati vestre precipientes mandamus quatenus eosdem Kalmer Marhardum et Martinum pro excessibus et nocumentis dictorum Eech et Geregen non presumpmatis contra quempiam Judicare et aliud facere non presumpmatis. Datum Bude tercia feria proxima post dominicam Ramispalmarum Anno domini M° CCC° secundo.

A vasvári káptalannak 1328-ki átiratából, mely ugyanezen káptalannak 1364-ki átiratában foglaltatik; ennek eredetije az orsz. lvtár kincst. osztban N. R. 18. 51.

26.

1302. máj. 20. A pozsonyi káptalan előtt a Szászi családbeliek Vajas Péter telkére nézve előbbi megállapodásukat fönntartják.

Vniuersis X. fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie Posoniensis salutem in domino ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire Quod constitutis coram nobis Johanne filio Martini, Stephano filio fabiani Nicolao filio pauli Stephano filio Jacobi et Pousa de

Zaz pro se et pro omnibus filijs fratribus et cognatis suis ab una parte, fabiano filio Simon et Zolath fratre suo pro se et fratribus suis scilicet Sebasciano Dominico Nicolao et Blasio ex altera. Idem Johannes Sebascianus, Nicolaus Johannes et Pousa sunt confessi Quod ipsi fundum Curie petri dicti Voyas Teluc uocatum in diuisione dedissent et locassent predictis fabiano et fratribus suis inreuocabiliter perpetuo possidendum Obligando se quod quicunque processu temporum eundem fabianum dominicum et fratres suos prenominatos propter fundum curie predicte uellet impetere uel retractare extunc Johannes, Sebascianus Nicolaus Johannes et Pousa tenebuntur eosdem expedire propriis laboribus et expensis datum XIII. Kalendas Junij Anno dominj M° CCC° secundo.

Vörös és zöld czérna zsinoron függő pecséttel ; eredetije a pozsonyi kápt. lvtban 14. 12. 35.

27.

1302. máj. 20. A pozsonyi káptalan előtt Cuma, Kondorosi Bertalan neje kijelenti, hogy hitbérét és hozományát mostoha fiain nem követeli.

Vniuersis X fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie Posoniensis salutem in domino. Ad uniuersorum noticiam, tenore presencium uolumus peruenire. Quod constituta personaliter coram nobis domina Cuma filia Lacus uxor Bartolomei filij Pasca de Cundurus pro filio suo et cognatis suis ex una parte, dionisio et Nicolao filijs eiusdem Bartolomei ex altera, eadem domina est confessa, quod ipsa dotem suam et dotalicia una cum rebus parafarnalibus ad instanciam et peticionem dicti Bartolomei mariti sui eisdem Dionisio, et Nicolao, absque aliquo precio uel pecunia omnino relaxasset in hunc modum, quod de cetero nec filius eiusdem domine nec aliquis de cognatis suis dictos dionisium et Nicolaum aut suos successores, racione dotis et dotaliciorum uel racione rerum parafarnalium, possit uel ualeat molestare. In cuius rei memoriam nostras concessimus litteras sigilli nostri

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 44 von 696

munimine roborando. Datum dominica die proxima ante festum urbani pape. Anno domini M° CCC° secundo.

Hártyáról függő pecséttel s fönt metszett betűkkel ; eredetije a pozsonyi káptalan lvtban 14. 10. 38.

28.

1302. máj. 25. Ábrahám szentgyörgyi gróf beleegyezésével, Homorói Jakab a Csalóközben Miserd mellett lévő birtokát, Hertlin pozsonyi polgárnak elöröki.

Nos comes Abraham filius comitis Abrahe de sancto Georgio memorie commendantes significamus Vniuersis quod constitutis personaliter coram nobis magistro Jacobo filio stephani de humorou et Comite Ladizlao fratre suo ex vna parte, hertlino iudice ciuitatis posoniensis ex altera, idem magister Jacobus est confessus, quod ipse quandam particulam terre in Chollocuz, inter terram huet et terram miser existentem scilicet terram petri filij Joleguen, quam nos eidem magistro Jacobo pro concambio uidelicet pro quadam terra Bachamiri uocata prope sanctum Georgium existente quondam dederamus iure perpetuo possidendam coram nobis memorato hertlino iudici nobis consencientibus et permittentibus et Ladizlao fratre suo, similiter permittente, vendidit pro vndecim marcis latorum denariorum wyennensium cum suis vtilitatibus et pertinencijs vniuersis in filios filiorum perpetuo possidendam, quam sumpmam pecunie idem magister Jacobus est confessus plenarie recipisse et habere. Obligando se quod quicunque processu temporum eundem hertlinum aut suos successores racione dicte terre uellet inpetere uel vexare, extunc idem Jacobus eundem hertlinum uel successores tenetur expedire propriis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam nostras dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo Vrbani pape anno domini M° CCC° secundo.

Zöld-piros selyem zsinóron függő ép pecséttel ; eredetije az orsz. lvtár kincst. osztban N. R. 325. 2. Ugyan ott megvan a pozsonyi kápt. oklevele, mely szerint a föntebbi napon a káptalan előtt az eladó részéről az örökvallás is megtörtént. Közli Óváry L.

---

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 45 von 696

29.

1302. jun. 4. Beke Bihar vármegye ispánja és bírótársai, az esetre ha Dózsa és társai ártatlanságukra nézve az esküt leteszik, Cosma comest ötvened magával egy napi fogságra ítélik.

Nos magister Beke comes Bichoriensis, et quatuor iudices nobilium de eodem comitatu damus promemoria, quod causam quam comes Cosma contra seruientes Magistri Dausa ordine iudiciario coram nobis promouebat, super quam idem comes Cosma testes adducere debebat, ex nostra permissione per arbitrium proborum virorum taliter dixerat et est ordinatum, quod vicesimo secundo die presentis exercitus coram Rofoyno bano in villa Galian magister Dausa decimo se cum nobilibus prestabit sacramentum, super hoc quod Joanka filius Comitis Cosme seruientes suos absque causa captivasset, si iuraverit. Ex tunc idem comes Cosmas octauo die ipsius sacramenti quinquagesimo se cum nobilibus et coram eodem Rofoyno bano intrabit carcerem uno die. Datum feria quarta proxima post ascensionem domini. Anno eiusdem M° CCC° secundo.

Hátlapján pecsétnyommal; eredetije a gf. Erdődy cs. galgóczi lvtban, 72. I. 7. Közli Botka Tivadar.

30.

1302. jun. 17. A pozsonyi káptalan előtt Tejedi István Szerdahelyi Agatát hitbére és hozománya iránt kielégíti.

Vniuersis X fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie Posoniensis, salutem in domino. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire. Quod constitutis personaliter coram nobis Sexe uillico de Zeredahel et Buda fratre suo ex una parte, Stephano (filio) Gugye de Teyed ex altera sunt confessi oraculo uiveuocis quod licet mota fuerit materia quescionis inter ipsos super dote et dotalicijs . . . rebus parafernalibus domine Agata Sororis Sexe et Buda predicto-

rum, uxoris fratris Stephani predicti et diu fuissent altercati ad u(lti)mum tamen mediantibus probis viris scilicet Andrea filio Chugud, Belen et Choc de Teyed in talem pacis concordiam deuenissent quod idem Stephanus, Sexe Bude et domine Agata racione dotis et dotaliciorum, ac rerum parafernalium predicte domine Agata soluisset tres marcas, quas quidem tres marcas ydem Sexe et Buda ab eodem Stephano plenarie recepisse sunt confessi Obligando se quod quicunque processu temporum eundem Stephanum aut suos successores racione dotis et dotaliciorum domine Agate supradicte uellet inpetere uel uexare ex tunc Sexe et Buda predicti tenebuntur eundem expedire proprijs suis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam nostras concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas, datum tercio die proximo post festum beatorum viti et Modesti martirum. Anno domini M° CCC° secundo.

Vörös selyemről függő pecséttel és alúl metszett betükkel ; eredetije a pozsonyi kápt. lvban. 14. 17. 4.

31.

1302. jul. 6. Az esztergomi keresztesek conventje Venczel királynak jelenti, hogy Tamás alországbírónak megkeresésére vizsgálatot teljesítvén, a convent kiküldöttje meggyőződött arról, hogy Jakab fia Pouka Sápon, Esztergom vármegyében, bizonyos földrészt birtokol.

Excellentissimo domino suo domino ladizlao dei gracia Illustri Regi hungarie Conuentus cruciferorum domus hospitalis ecclesie sancti Regis Stephani de strigonio oraciones in domino. Vestra nouerit Regia celsitudo nos recepisse litteras Comitis Thome Viceiudicis curie uestre serenitatis in hec uerba. Viris Religiosis amicis suis magistro et cruciferis sancti Regis Stephani de strigonio. Comes Thomas vice Judex curie domini Regis amiciciam paratam. Amiciciam vestram requirimus quatenus mittatis hominem uestrum ydoneum coram quo Andreas filius Lende de Cheuu homo domini Regis accedat super villam S a a p vocatam in Comitatu Strigoniensi existentem et sciat in eadem villa et eciam a vicinis et com-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 47 von 696

metaneis eiusdem uille si pouka filius petri porcionem habeat in eadem terra seu villa saap nec ne, et sicut uobis constiterit in hoc facto ad octauas beati Jacobi apostoli quando domine sorores beate virginis ab una parte et idem pouka ex altera coram nobis debent iterato comparere, domino Regi fideliter rescribentes. Datum Bude septimo die octavarum pentecostes anno domini M° CCC° secundo. Nos uero peticioni eiusdem Comitis Thome vice Judicis curie vestre serenitatis satisfacere volentes cum prefato andrea filio Lende de chev homine vestro nostrum hominem fidedignum ad premissa scienda et inquirenda pro testimonio curauimus destinare qui demum ad nos reuersi nobis dixerunt, quod ipsi accessissent super ipsam villam saap vocatam et facta diligenti et fideli inquisicione a vicinis et commetaneis eiusdem ville talem sciuissent rei ueritatem, quod prefatus pouka filius petri porcionem habuisset et haberet in terra seu villa saap sepius memorata, nouerit eciam uestra maiestas quod propter absenciam custodis ecclesie nostre presentes sub sigillo nostri magistri seu magistratus Vestre maiestati duximus transmittendas. Datum in octauis apostolorum petri et pauli. Anno domini M° CCC° secundo.

Zárlatán pecsétnyommal; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Mon. V. Buden. 33. 13. Közli Óváry L.

32.

1302. jul. 26. A szepesi káptalan előtt László és Franch, Jakab szepesi püspök unokaöcscsei Rokuz és Farkasi Szepes vármegyei birtokokon megosztoznak.

Nos Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus memorie commendantes, significamus quibus expedit tenore presencium uniuersis. Quod nobiles viri Ladizlaus et Franch fratres vterini nepotes venerabilis in xpto patris Domini nostri, Jacobi, miseracione diuina Episcopi Scepusiensis de villa Farcasij in nostri personaliter presencia constituti, oraculo viue vocis sunt confessi. Quod in possessionibus ipsorum emticijs, videlicet in Rokus et in predicta villa Farcasij, talem inter se fecissent equam et plenam diuisionem perpetuo duraturam. Ita,

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 48 von 696

quod linea seu pars predicte possessionis Rokuz versus meridiem sita cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis cessisset predictoLadizlao, pars vero septemtrio nalis similiter cum omnibus vtilitatibus cessisset predicto Franch, in villa vero Farkasij in parte occidentali octo yobadiones et in parte orientali septem circa yobadiones Magistri Rokus, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis cessissent sepe dicto Ladizlao ac in eadem plaga orientali quindecim yobadiones similiter cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis vniuersis cessissent Franch prenotato, simimet autem in eadem villa Farcasij pro curijs, seu possessionibus elegerunt inter duo Fluuia per eandem fluencia videlicet Magister Frank a parte orientali, et Magister Ladizlaus a parte occidentali, perpetuo ipsis, et per ipsos suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam tenendam pariter et habendam, presentes eciam cum nobis reportabuntur, nostrum super premissis priuilegium absencia alterius partis non obstante, concedere dignaremur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras eisdem concessimus. Sigilli nostri munimine consignatas. Datum in crastino Festi beati Jacobi apostoli. Anno domini M° CCC° secundo.

Hátlapján kerek pecsét nyomaival ; eredetije a Görgey cs. lvban

---

33.

1302. jul. 31. A pécsváradi convent a Baranya vármegyei alispánnak és bírótársainak jelenti, hogy Lőrincz nádor fiát Miklóst és társait megidéztette.

Viris nobilibus et honestis amicis suis kuzu curiali comiti de Barana et quatuor Judicibus comitatus eiusdem. Conuentus Monasterij Waradiensis amiciciam paratam. Receptis litteris uestris cum Thoma filio comitis Laurencij de Gueresth homine Eyze comitis nostrum hominem fidedignum transmisimus ad citandum illos quorum nomina subsequuntur. Idemque Thomas homo Eyze comitis cum eodem homine nostro ad nos rediens nobis retulit viua uoce, quod ipse presente eodem homine nostro, secunda feria proxima ante

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 49 von 696

festum beati Petri apostoli ad uincula, supra villam Chama citauit magistrum Nicolaum filium Laurencij condam palatini, committendo eidem magistro Nicolao instrumenta sua si qua habet super facto possessionis kupach uocati ad statuenda, coram nobis. Item eodem die venit supra aliam villam Harsan, citauit Laurencium et Corrardum filios comitis kemyni, committendo similiter eisdem instrumenta eorum siqua habent super facto possessionum, que filie Georgi filij Sinistri Nicolai domine sorori uidelicet comitis Jacobi filij magistri Corrardi in dotem et in quartam primitus deuenissent et ad statuendum coram nobis. Item eodem die et loco idem homo Eyze comitis citauit Iwan et Nicolaum filios comitis Nicolai filij Farkasij de udwart supra villam ipsorum Thuteus uocatam contra comitem Jacobum filium magistri Corrardi ad uestram presenciam, terminum uidelicet quintam feriam scilicet vigiliam beati Laurencij martiris assignando. Datum tercia feria proxima ante festum beati Petri apostoli ad uincula, anno domini M° CCC° secundo.

Kerek zárpecsét nyomaival; eredetije a b. Révay cs. lvt. »Gyulai« fasc. III. 3. Közli: b. Radvánszky Béla.

34.

1302. aug. 5. A vasvári káptalan bizonyítja, hogy Gyula comes fia Demeter, Kalmer comes és Adumpreth fia Dénes ellen a kitüzött határnapon nem jelent meg.

Nos capitulum ecclesie beati Michaelis de Castro ferreo presentes litteras damus pro memoria, quod cum secundum continenciam litterarum memorialium domini J. palatini in octauis beati Jacobi apostoli magister demetrius filius Comitis Jule cum viginti marcis a comite Kalmerio et sex bobus ac duobus curribus salium a dyonisio filio Adumprech expediri debuisset coram nobis, adueniente termino idem demetrius non uenit ad satisfaccionem impendendam, legitime per Kalmerium et dyonisium predictos expectatus, datum quinto die termini predicti Anno gracie M° CCC° secundo.

Pecsétnyommal; eredetije az orsz. lvtár. kincst. osztban. N. R. 1698. 2. közli: Óváry L.

35.

1302. aug. 22. A pécsváradi convent előtt Stephania, Beled fiának Miklósnak özvegye, unoka testvérét Óvári Jakabot a hitbére és hozománya iránti követelésének per utján való behajtására felhatalmazza.

Nos Conuentus monastery varadiensis, memorie commendamus per presentes, quod cum nos ad peticionem nobilis domine Stephanya vocate, neptis magistri Conrardi filij Stephani de Owar filie Georgy filij sinistri Nycolai Relicte videlicet Nycolai filij Belud, hominem nostrum fidelem, videlicet Nycolaum sacerdotem ecclesie de villa kathl ad eandem nobilem dominam, ut ipsa nobilis domina intencionem suam in bijs que subsequuntur, eidem homini nostro exprimeret oraculo viue vocis, transmisissemus. Idem homo noster demum ad nos reuersus, retulit nobis, quod prefata nobilis domina, in presencia hominis nostri prenominati, omnimodam requisicionem suam quam ipsa nobilis domina, racione dotis sue, et rerum pareffarnalium suarum, ac racione quarte sue, coram Judicibus quibuslibet ordinarijs (aduersus) magistrum Nycolaum filium Laurency palatini, et aduersus filios magistri Kemen fratris eiusdem, mouere intendit dedisset et comisisset nomine et vice sui, Comiti Jacobo filio magistri Conrardi prenotati, fratri suo exsequendam promouendam, et finaliter peragendam, asserendo ratum et firmum se habituram, quitquid per eundem Comitem Jacobum actum vel ordinatum fuerit in premissis, uel in singulis premissorum. Datum in octauis assumpcionis virginis gloriose, Anno domini M° CCC° secundo.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a b. Révay cs. lvban, »Gyulai« fasc. III. 5. Közli: Kovács Nándor.

36.

1302. nov. 11. A pécsi káptalan előtt Péter pécsi püspök Óvári Jakab részéről történt teljes kielégíttetése iránt nyilatkozik.

Nos Capitulum Quinqueecclesie (így) memorie commendamus quod venerabilis in xpo pater dominus P. dei gracia Episcopus Quinqueecclesiensis dominus noster inter nos existens est confessus, quod super omnibus dampnis et iniuriis quibuscunque per Comitem Jacobum filium magistri Corrardi de Owar, aut per suos uel ad eum pertinentes factis ipsi domino nostro Episcopo, uel suis siue quocumque modo illatis usque ad hec tempora, idem Comes Jacobus iuxta formam arbitrij proborum virorum sibi plenam satisfaccionem inpendisset, et sic ipse dominus noster Episcopus eundem Comitem Jacobum et suos super premissis omnibus in presencia nostri reddidit expeditos. Datum in festo beati Martini confessoris. Anno domini M° CCC° secundo.

Zárlatán hosszúkás zárpecsét nyomaival; eredetije a b. Révay cs. lvtban, »Gyulay« fasc. III. 2. Közli b. Radvánszky Béla.

37.

1302. nov. 25. A budafelhévízi convent előtt a budai káptalannak ewremi szőlőmüvesei ebbeli szolgálatuk folytatására magukat kötelezik.

Frater Marcus prior, et conuentus Cruciferorum ecclesie sancte Trinitatis de Calidis aquis. Omnibus xpi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Vniuersorum presencium, futurorumque noticie harum serie uolumus fieri manifestum, quod viri discreti magister paulus lector. Nicolaus presbiter, Stephanus decanus canonici ecclesie Budensis, pro toto capitulo eiusdem ecclesie, ab una parte. Item Blasius et petrus filii Andree de Ewrem pro se Mychaele presbitero et Georgio fratribus eorum vterinis ab altera coram nobis personaliter constituti ydem Blasius et petrus suo et fra-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 52 von 696

trum suorum absencium nomine retulerunt, quod cum eorum progenitores, et ipsi consequenter fuissent vinitores condicionales et vini datores ecclesie Budensis et hoc tempore discriminoso se temerarie aliquantisper ab ipsa condicione retraxissent, et Idem capitulum eorum presumcionem huiusmodi non sustinentes coram nobili viro herrico magistro tauarnicorum domini Regis et Bano tocius Sclauonie ordine iudiciario eosdem super condicione eorum premissa traxisset in causam et in ipsa quescione principali, coram ipso Judice processissent, probacioque tescium ipsi capitulo contra eosdem adiudicata fuisset, quia tamen maligno ducti consilio, uiam defensionis in eorum condicione contra iusticiam inuenire nequiuissent coram eodem magistro herrico Judice, ac Comite Martino gallico, per eundem Magistrum herricum, Judice in eadem causa substituto, se recognoscentes gracie et misericordie dominorum suorum Capituli scilicet Budensis se per omnia submisissent, et ad uberiorem cautelam et coram nobis se submiserunt, resumendo super se et super fratres suos absentes condicionem vinitorie et solucionis uini, sicut eorum progenitores et ipsi ipsa condicione astricti fuerunt usquemodo. Et in securitatem perpetuam sue condicionis conseruandam ne inposterum uacillare et temerarie presumpmere contra dominos suos audeant, quandam vineam eorum propriam in territorio de Ewrem existentem, que iacet ad orientem a parte meridionali vinee stephani filij Wazul que quondam pose bani fuerat, a parte septentrionis vinee Nicolai et pauli filiorum Masud condicionariorum eiusdem ecclesie Budensis uicinatur, excepta vinea capituli predicti, quam condicionaliter ut uinitores colebant sicut dixerunt obligauerunt Ipsi capitulo tali modo vt quocunque anno processu temporum condicionem vinitorie et solucionem vini non attenderent, de ipsa vinea predictum capitulum debitum eorum in uino liberam haberent recipiendi facultatem, condicione eorum pristina in suo semper statu remanente, et nichilominus ipsam vineam nullis necessitatibus prouenti, uendere possent seu alienare quouismodo, prout se et fratres suos absentes ad hoc spontanea obligarunt uoluntate. In cuius rei memoriam et inuiolabilem firmitatem presentes litteras concessimus sigilli

nostri robore communitas. Datum in quindenis sancti martini. Anno domini M° CCC° secundo.

Hártyaszalagon függő pecsétrommal ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Monial. Vet. Buden. 7. 1. Közli : Óváry L.

38.

1302. A pécsváradi convent, a Bene Baranya vármegyei örnagy által 1288-ban kiadott oklevelet átírja.

Nos Conuentus monasterij Waradiensis memorie commendantes declaramus omnibus quibus expedit presencium per tenorem, quod comes Jacobus filius magistri Corrady de Owar, ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis vnum par patencium litterarum comitis Bene condam maioris exercitus castri sub sigillo anuleo, comitatus tamen *diocesis* de Barana, petiuit a nobis ut nostris dignaremur litteris patentibus confirmare. Cuius tenor talis est. Nos Bene maior exercitus stb. (L. ennek 1288-ki oklevelét Árp. Új Okmánytár XII. 476. l. és Hazai Okmánytár VI. 338. l.) Nos vero ipsius iustis peticionibus inclinati. Symone filio Pontoz. Paulo et Jacobo filijs fenerus presentibus dictas litteras de uerbo ad uerbum rescribi fecimus et nostrum sigillum superponi. Datum anno domini M° CCC° secundo Bohmyno decano. Leonardo custode et Hermano clauigero, ceterisque fratribus nobiscum in oracione deo iugiter famulantibus et deuote.

Hátlapján kerekpecsét nyomaival ; eredetije a b. Révay cs. lvban, »Gyulai« fasc. III. 1. Ekkép tehát eldöntöttnek látszik : hogy az Árp. Uj Okmánytár föntidézett helyén a »castri Drocol« kifejezés tévesen áll »diocesis« helyett. Közli : b. Radvánszky Béla.

39.

1302. A szenternöi káptalan előtt, azon földtért, melyet Révay Beche leánya Margit Gergely bánnak hagyott, ez és Mirk fia Tamás egymás között felosztják.

Nos Capitulum Ecclesie beati Iryney memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit per presentes.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 54 von 696

Quod ea que temporaliter per temporales ordinantur tractantur seu aguntur ne per obliuionis vicium labantur cum tempore ingenuosa sedulitas humana inuenit, vt litterarum munimine in memoriam reuocentur futurorum. Igitur constituti coram nobis Gregorius banus filius Endre ab una parte Thomas filius Mirk cum filys suis, videlicet Buko, Elyas, Nicolao et Thoma ab altera. Idem Thomas et fily sui confessi sunt, quod terram quam domina Margareta filia Beche bone memorie de Ryua in ultima voluntate legauerat predicto Gregorio bano et heredibus suis heredumue successoribus iure perpetuo possidendas, super quo inter ipsum Gregorium banum et Thomam exorta quescio satis diu fuit ventilata, tandem propter bonum pacis et connacionis (így) vnionem in talem concordiam deuenerunt. Quod terram de parte occidentali Idem Thomas et filij sui reliquerunt et dimiserunt Gregorio bano et suis heredibus heredumque successoribus iure perpetuo et inreuocabiliter possidendam, predictus uero Gregorius banus aliam porcionem de parte orientali similiter dimisit et reliquit Thome et suis heredibus heredumque successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, ab utraque parte nullo vmquam tempore retractandam. In cuius rei memoriam et robur perpetuum ad peticiones parcium presentes concessimus litteras nostro sigillo communitas medio alphabeto intercisas. Datum anno Domini M° CCC° secundo.

Fönt metszett betükkel; a pecsét romjai zöldpamut selyem sodraton függnek; eredetije a b. Révay cs. lvtban, Révay fasc. I. 14. Közli: Kovács N.

40.

1302. Venczel király Bethlem fiai Máté és Olivér hüségét tekintetbe véve, a Csepel szigeten lévő Gyala birtokot nekik adományozza.

Ladizlaus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex. Magnifici principis domini W. Boemie Polonieque primo genitus salutem in salutis largitore. Regie sublimitatis munificencia debet

non in merito fidelitates et seruicia pensare singulorum et unicuique iuxta suorum exigenciam meritorum respondere muneribus donatiuis, ut alij eorum exempla (így) accensi ad fidelitatis opera facilius inuitentur, proinde ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire. Quod consideratis fidelibus et meritorijs seruicijs magistri Mathey et Oliuery filij Bethlem una cum fratribus ipsorum, seruiencium magistri Dominici filij Comitis Stephani de genere Ratolth dilecti et fidelis nostri que nobis a tempore Coronacionis nostre diuersis fortune casibus se submittentes contra nostros infideles pro fidelitate nobis et Corone Regie debita inpenderunt maxime tunc cum infideles Barones nostri seu inimici capitales contra nostre maiestatis personam Budam uenissent vastus spolia incendia cedes et exstirpaciones uinearum ac alia diuersa nocumenta Bude et circa Budam in preiudicium nostri Regiminis et honoris committere non formidantes ijdem nobiles scuto bone fidei protecti cum alijs nostris fidelibus se adiungentes contra ipsos infideles et inimicos nostros irruentes, viriliter dimicarunt, ubi idem magister Mathei uulnus excepit letale et Michael frater ipsorum in ipso conflictu per eosdem infideles nostros captus extitit et capite detroncatus. Ceterum cum Rolandus filius Rolandi gener Stephani filij Marcÿ infidelis nostri cum suis complicibus seu malefactoribus ad spoliandum et deuastandum Comitatum Albensem venisset, ijdem nobiles cum alijs comprovincialibus suis, contra ipsos pro defensione eorundem, et ipsius provincie insurgentes, cum eisdem conflictum habuissent, deo propicio victoriam laudabilem sunt adepti Nicolaus seruiens ipsius magistri Mathei in eodem conflictu pro fidelitate nobis obseruanda extitit interemptus. Nos itaque attendentes et considerantes fidelitates et seruicia magistri Mathei Pauli Dominici et Oliuery predictorum licet pro tot et tantis seruicijs suis nobis fideliter impensis pocioribus donatiuis digni habeantur. Tamen in aliqualem recompensacionem morum seruiciorum seu fidelitatum et specialiter pro morte Mychaelis et Nicolai prefatorum, et pro uulnere magistri Mathei quandam villam seu predium nostrum Gyala vocatam que uulganiter.... (így) noncupatur in magna Insula existentem cum omnibus vtilitatibus seu pertinencijs suis sub eisdem metis et terminis quibus

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 56 von 696

ipsa terra primitus limata extitit et possessa, dedimus donauimus et contulimus ipsis Matheo Paulo Dominico et Oliuerio et per ipsos eorum heredibus heredumque suorum successoribus, iure perpetuo et inreuocabiliter possidendam habendam pariter et tenendam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus uiri discreti magistri Stephani Doctoris Decretorum Aule nostre vicecancellarij dilecti et fidelis nostri Anno Domini M° CCC° secundo Regni autem nostri anno secundo.

Otto királynak 1306-ki átiratából; l. alább.

41.

1302. A veszprémi káptalan előtt János comes, Somogy vármegyében Kiliti mellett két birtokrészt, valamint Ádánd mellett Juth birtok felét, leendő sógorának a Poki nemzetségből való Móricznak leköti.

Capitulum vesprimiensis ecclesie omnibus christi fidelibus presens scriptum intuentibus salutem in salutis largitore. Dignum est et calculo congruit racionis vt series rei geste litterarum testimonio et scripto priuilegiali fulciatur ne obliuio emula memorie in ipsa recitanda possit aliquatenus in futurum nouercari. Ad uniuersorum igitur noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod magistro emerico filio comitis Johannis filii Johannis nobilis de egyude de comitatu Symigyensi astante sibi matheo filio petri nobili de Gezte seruiente suo ab una parte, magistro mauricio filio comitis petri de genere puk ab altera, coram nobis personaliter constitutis per proprie relacionis confessionem propositum et relatum extitit per eosdem, quod cum idem magister emericus dominam margyth sororem suam uterinam ipsi magistro mauricio federe matrimonialis copule tradendo eundem huiusmodi cognacionis uinculo sibi annexisset ob dileccionem et fauorem eiusdem cognacionis necnon in speciale donum nupcialis muneris duas partes possessionis sue swen nuncupate iacentes a parte ville Kylity cum uno molendino in eisdem collatis partibus in

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 57 von 696

fluuio fwk molanti exceptis molendinis monasterio sancti Ladizlay regis de monte lyula legatis cuius quidem totalitas possessionis a Bokod filio comitis ompud magistro peteres de torwoy pignori primitus obligata et postmodum per eundem Bokod consanguineis suis uicinis et commetaneis permittentibus et consencientibus per literas priuilegiales conuentus cruciferorum domus hospitalis de alba, eidem magistro petres perpetuata extitit deuoluta prout plenius series et natura negocii in eisdem literis exinde confectis nec non in literis priuilegialibus domini ladizlay quondam illustrissimi regis hungarie pie recordacionis domini nostri confirmatoriis quarum utrasque nobis presentatas uidimus et perlegi de uerbo ad uerbum fecimus continebatur et postmodum eadem possessio swen cum domina filia eiusdem magistri petres nunc matre uidelicet prescripti magistri emerici tradita fuerat, necnon ad ultimum per dominicum filium ipsius magistri petres in extremis compotem tamen sue mentis laborantem, magistro emerico sepius iterato consobrino suo per literas prepositi et conuentus prescripti monasterii sancti ladizlay de monte lyula testamentales, quas similiter uidimus et perlegi fecimus legata fuit perpetuacionis mayorem ad cautelam. Item dimidiam partem possessionis sue Jwth nominate similiter per ipsum dominicum eidem emerico legando collate prout in eisdem literis prepositi et conuentus continebatur aparte ville adampd existentem cum omnibus vtilitatibus circumstanciis et pertinenciis vniuersis vineis videlicet locis molendinorum fenilibus, pratis et piscinis ac aliis bonis porcionum siue parcium prescriptarum sine preiudicio iuris ecclesie nostre et eciam aliorum dedisse, tradidisse, contulisse et donasse cum sorore sua prenominata est confessus, tali condicione interiecta, quod si eundem magistrum mauricium tempore ingressionis carnis uiam uniuerse premori contigerit prescripte donaticie domine margyth consorti sue remanebunt per eandem possidende si uero uterque eorum heredis solacio carens migraret ad dominum heedem (így) donaciones in ius et proprietatem magistri emerici superius memorati reuoluentur. Si autem spe et fructu adoptande siue desiderande prolis cuiuslibet sexus ex dono diuini muneris fruerentur soboles ipsorum prescripta donata perci-

pient iure perempnali irreuocabiliter possidentes, vt igitur huiusmodi donacionis series robur perpetue firmitatis capiat ne per quempiam processu temporum possit irritari ad instanciam et peticionem parcium presentes concessimus litteras mayoris sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri hermanni lectoris. Anno dominice Incarnacionis M° CCC° II° venerabili in christo patre et domino Benedicto dei gracia episcopo domino nostro, magistro stephano preposito, magistris petro cantore, laurencio custode ecclesie nostre existentibus.

Vörös, kék, zöld selyemről függött pecsétje hiányzik; eredetije a szepesi káptalan orsz. lvtban. Scrinium 14. 6. 7. Közli : Fraknói Vilmos

---

42.

1302. A somogyvári convent előtt a Rathold nemzetségből való Loránt volt nádor és testvére Dezső, Basal Somogy vármegyei birtokot a Győr nemzetségből való Lászlónak és Zehánnak átengedik.

. . . In (serie) litterarum conuentus ecclesie Symigiensis sub anno domini M° CCC° secundo confectarum tenore, inter alia repperiebatur. Quod magister Nicolaus beche dictus pro se personaliter et pro magistro dominico lack et kokos filij stephani de Ratold cum sufficientibus litteris procuratoriis ecclesie agriensis et Comes Evzen pro domino lorando quondam palatino et magistro desev fratre eiusdem cum sufficientibus litteris procuratoriis capituli ecclesie Budensis ab vna parte ladislaus filius Abram de sancta Elissabeth alio nomine Sytk nominatum de iuxta alma et Zehano filio Georgij de sancto Adriano nobiles de genere Gewr de Comitatu Symigiensi parte ex altera in dicti Conuentus presencia personaliter comparentes per prefatos magistros Nicolaum dictum Beche in sua personaliter et prefatorum magistrorum Dominici lack et Kokas vigore dictarum litterarum procuratoriarum ipsius Capituli ecclesie Agriensis et Comes Evzen pro domino lorando condam palatino et magistro desev fratre eius dem cum sufficientibus litteris procuratorijs dicti Capituli Ec-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 59 von 696

clesie Budensis in personis extitissent Confessi quod ipsi quandam possessionem Basal cum suis pertinencys, quam dicti nobiles de Ratold potencialiter et indebite pro se ipsis occupassent in dicto Comitatu symigiensi existentem, super qua quidem possessione Basal inter predictos magistros Nicolaum Beche dictum, ac magistros dominicum lack et Kokas et inter dominum lorandum condam palatinum et fratrem suum antedictos. Item ladizlaum filium Abrae et Zehanum filium Georgij lites et contenciones materie mote et exorte fuissent inter ipsos. Tandem componentibus probis et nobilibus viris taliter inter se duxissent ordinandum et componendum ac composuissent et ordinassent coram conuentu Symigiensi prenotato, quod quia predictam possessionem Basal cum suis pertinencijs condam petrus filius Endus de eodem genere Gewr predecessor eorundem ladizlai et Zehani iuxta continencias litterarum priuilegialium honorabilis capituli ecclesie Quinqueecclesiensis perpetuo Jure precio comparasset et per consequens predictis Ladizlao filio Abrae et Zehano filio Georgij ipsorumque heredibus omni iure et titulo dicta possessio Basal pertinere debuisset Vnde prefati nobiles de Ratold eisdem ladizlao et Zehano dictam possessionem Basal pleno iure et dominio cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs vniuersis reddere et restituere ac perpetuo possidendam resignare tenerentur. Nichilominus quia prefatis magistris Nicolao et Comiti Ewzen procuratori dicti domini Lorandi palatini manifeste et euidenter expressum fuisset sev repertum quod dicta possessio Basal omni iure et titulo sepedictis ladizlao et Zehano perpetuo iure pertinere deberet. Ideo predicti Evzen vigore predictarum litterarum procuratoriarum ex parte prefatorum domini lorandi condam palatini et magistri Desew fratris eiusdem dominorum suorum, prefatus vero magister Nicolaus, tam ex parte sua tum eciam ex parte preallegatorum magistrorum dominici lack et Kokas fratrum suorum in personis similiter vigore sepenominatarum litterarum procuratoriarum capituli ecclesie agriensis preallegatum predium Basal cum suis pertinencijs et iuribus prenotatis Ladizlao filio Abram et Zehano filio Georgij de predicto genere Gewr ac eorum heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo iure et irreuoca-

biliter possidendam (így) tenendam et habendam reliquissent, remisissent et resignassent in presencia conuentus symigiensis predicti astando ymo propter certitudinem et maioris rei euidenciam ius quod in eo habere sperassent penitus et per omnia eisdem ladislao et Zehano prenotatis remisissent prefati procuratores auctoritate predictarum litterarum procuratoriarum mediante.

Kont Miklós nádornak 1367-ki ítéletlevelébŏl, melynek eredetije orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 955. 23. Közli : Óváry L.

43.

1302. Eger. András egri püspök Bogáthi Istvánnak megengedi, hogy Olmera nevü falujában kápolnát épithessen.

Andreas miseracione diuina Episcopus Agriensis. Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod stephanus de Bugath exhibuit nobis multa paria litterarum nostrarum super capella sua confecta in quibus inuenimus propter capitales insidias nobilium de Mera et propter alia multa incomoda in Villa sua Olmera nos sibi capellam contulisse et exemisse eam a iurisdiccione parochyalis ecclesie sancti petri et concessisse sub eadem sepulturam, petens eadem paria litterarum nostro sibi priuilegio confirmari, et quia in pleno synodo nostra edocti fuimus ipsum stephanum per Andream filium Jacobi, Stephanum filium Thome fabyanum et alios de Mera in ecclesia matrici captum et multa illicita perpessum ne deterius inde contingat Capellam predicti Stephani sibi per modum prehabitum collatam auctoritate presencium confirmamus. Cum nomen domini semper debeat dylatari. Datum Agrie Anno domini M° CCC° secundo.

Márton egri püspöknek Egerben, 1307-ben kelt, Stephanus de Bugath kérésére kiadott, megerŏsitŏ átíratából, melynek eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt.-ban N. R. 1534. 11. Közli : Óváry L.

44.

1302. Az egri káptalan előtt a karcsvai nemesek Mátéva Ung vármegyei birtokukat Pániki Jakab comesnek örök áron eladják.

Omnibus xpi fidelibus, tam presentibus quam futuris, presens scriptum inspecturis. Capitulum ecclesie Agriensis, salutem in omnium Saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire. Quod comite Jacobo de korchua et Thoma filio eiusdem. Item ders filio Mortunus. Item Nicolao. Petro. Andrea et Laurencio filijs dyonisij. Item Benedicto et Fythek filijs Mathye et abram, ac Marias filijs Erdeu, de eadem Korchua, nobilibus de wng, ex vna parte, ab altera uero comite Jacobo, filio Gregorij de Panyk, coram nobis personaliter constitutis, per prefatum comitem Jacobum et alios nobiles de Korchua prenominatos, propositum extitit, quod quandam terram ipsorum hereditariam Mathewa nominatam, in eodem comitatu existentem, possessioni ipsius comitis Jacobi Zynna vocate vicineam, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis sub eisdem metis et terminis, infra scriptis in quibus per eosdem, et per ipsorum successores et predecessores fuit possessa, ab antiquo vendidissent et tradidissent, comiti Jacobo antedicto, pro quinquaginta marcis argenti, plene receptis ab eodem, sibi et suis heredibus, heredumque suorum successoribus, perempnali iure, pacifice possidendam, habendam et tenendam. Insuper obligaverunt se, memorati nobiles de Korchua et heredes suos, memoratum comitem Jacobum, et heredes eiusdem vniuersos, ab omnibus racione predicte terre, inpetere nitentibus defendere et expedire proprijs laboribus et expensis, et in pacifica possessione ipsius terre indempniter conseruare. Mete autem, per quas ipsa terra, ab alijs terris ipsorum separatur, prout ijdem nobiles coram nobis recitarunt, hoc ordine exprimuntur. Prima meta incipit in quodam Campo Rebeyn vocato, iuxta vnam viam, et ibi tenet metas, cum terris phylippi et Thome filiorum Stephani Zyrtus et Paulyn uocatis, et ibi est vna meta terrea. Inde egreditur per eandem viam uersus oc-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 62 von 696

cidentem, et peruenit ad vnum riuulum Paulyn uocatum, et pertranseundo eundem uadit et pertransit Riuulum Zuhapataka nominatum, et eundo adhuc directe vergit ad siluam magnam, et eundo per eandem, exit de ipsa, et cadit in fluuium Loborch nuncupatum, subtus Molendinum Gregorij de Leztemer, vbi ipse fluuius Loborch diuiditur in tres particulas, inde reflectitur uersus aquilonem et eundo super eodem fluuio contra meatum eiusdem, peruenit ad locum, vbi quidam riuulus Zuhapataka vocatus cadit in eundem et eundo in eodem Riuulo, uadit ad partem terre Geregysse nominate, et in quodam loco, vbi est quidam truncus Byktuke vocatus, exit de eodem riuulo uersus orientem et peruenit ad fluuium Zuchugo nominatum, et descendit in eodem et iungit locum, vbi quidam fluuius fekete rybenche dictus cadit in eundem. De inde super fluuio fekete rybrynche eundo, in quodam loco exit ad Campum Herbunew nominatum, ad partem meridionalem, et eundo ad eandem plagam, iungit fluuium Tybva nuncupatum, et in eodem fluuio descendendo, venit ad metas terre comitis Jacobi sepedicti Zynne nominati et ibi terminantur et predicti phylippus et Thomas filij Stephani Item Nicolaus et Zadur filij Zelemer. Dominicus et Albertus filij Iwan, Item Nicolaus et Symon filij Gregorij, Item Andreas et Jakou magistri filii Jakou, commetanei et vicini terre prenotate coram nobis personaliter constituti, huic vendicioni et empcioni plenum consensum prebuerunt et assensum. In cuius rey testimonium ad instanciam parcium presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Presentibus tamen magistro Symone Cantore. Johanne Lectore. Stephano Custode. Martino de patha, petro de Kemey. Egidio de wngh Briccio de Zobolch. Johanne de Heues. Alberto de Borsua. Symone de wywar. Archidiaconis et alijs multis. Anno domini M° CCC° Secundo regnante Wenczelao illustri Rege Hungarie. Strigoniensi et Colocensi sedibus uacantibus et domino nostro, venerabili patre. Andrea dei gracia Episcopo Agriensi existentibus.

Vörös selyem zsinóron függött pecsétje elveszett metszett betükkel; eredetije a Nemzeti Muzeum könyvtárában. Közli: Nagy Gyula.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 63 von 696

45.

1303. jan. 13. Pál szepesi prépost Görgey János comesnek megengedi, hogy toporczi birtokán kőkápolnát építhessen.

Vniversis xpi fidelibus adquos presentes peruenerint magister Paulus prepositus Scypisiensis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersitatis uestre noticiam harum serie uolumus peruenire quod accedens ad nostram presenciam nobilis uir Comes Johannes de Gargov humili nobis supplicacione insinuare curauit, ut ipse inquadam uilla sua thoporych uocata in honore beati Jacobi apostoli capellam lapideam construeret si nostra ad hoc fulciretur auctoritate et consensu. Nos itaque attendentes quod iusta est racio que pro religione facit, maxime incultum diuini nominis et augmentum, auctoritate presencium annuimus, ut dictus Comes Johannes in dicta uilla sua Capellam lapideam edificare ualeat, absque preiudicio decimarum et aliorum iurium nostrorum, nobis et nostris successoribus processu temporum in ibidem debitorum. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Datum in octauis Epiphanie domini. Anno domini Millesimo trecentesimo tercio.

Hártyaszalagon függő monorú ép kis pecséttel; eredetije a Görgey cs. lvban.

46.

1303. febr. 11. A pozsonyi káptalan előtt Homoroi Károly comes és László comes, a faristari (Felistal) birtok miatt közöttük fönforgott viszályt kiegyenlítik.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis. Capitulum ecclesie posoniensis, salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire Quod constitutis personaliter coram nobis Comite Carulo filio Alexandri ab vna parte Comite ladizlao filio Stephani de humuro ex altera sunt confessi. Quod licet mota fue-

rit materia quescionis inter ipsos super quadam particula terre faristar vocata que iacet inter duos monticulos Rugchaholma et alter monticulus Newetlenholm vocatos, et diu fuissent altercati, ad vltimum tamen mediantibus probis viris, scilicet hambatone ciue posoniensi magistro petro de Oga Stephano filio Toyp in talem pacis concordiam deuenissent, quod eandem terram iacentem inter predictos monticulos comiti ladizlao permiserunt pacifice possidere sub certis metis, que sic distinguntur. A parte inferiori de oriente tendit sursum versus Rugchaholma et ibi sunt due noue mete circa ueteres erecte, et tendit versus aquilonem, et ibi sunt due mete noue, et abinde tendit ad quandam aquam Challoaga vocatam et ibi sunt due mete noue, vbi comes Carulus fecerat vnam metam, qua debet destrui. Et deinde super eandem aquam, que diuiditur inter Comitem Ladizlaum et Carulum et tendit sursum ad tres insulas Kurthuelizigeth que est ladizlai insula Caruli et parua insula vocatas, quam paruam insulam similiter eidem ladizlao permiserunt, vbi idem ladizlaus debet erigere vnam metam lapideam, et ibi est vna parua aqua, que distingit inter eosdem et sic vadit sursum et tangit magnam aquam Chollo, que distinguit inter filium martini filium Zoyuirardi et filium Mathye, et eundem ladizlaum, et tendit sursum versus septentrionem et tangit aquam Chulluch que distingit inter popneypi et Comitem Abram et vadit ad quandam arenam et ibi est vna meta lapidea, que distingit inter Comitem Abram et ladizlaum. In cuius rei memoriam nostras dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum Anno domini Millesimo Trecentesimo tercio. Tercio ydus februarij. Indiccione prima.

A pozsonyi káptalannak 1422. junius 21-én kiállított átiratából; ennek eredetije orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 325. 18. Közli: Óváry L.

47.

1303. febr. 26. István nádor, hívének Lodomér fiának Istvánnak, Varbó Borsod vármegyei birtokat adományozza.

Nos Stephanus palatinus filius Iriney Bani Stephanus Johannes Jacobus Ladislaus et Gregorius Magistri filij eiusdem

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 65 von 696

vniuersis quibus presentes ostenduntur volumus fieri manifestum, Quod nobilis vir Comes Stephanus filius Iodomerij nobis multipharie multisque modis meruit conplacere cum omni fauore fidelitatis laudabiles exhibuit in nostris prosperis et aduersis famulatus, que seriatim narrare longum esset, et presentibus inseri tediosum sed quedam specialiora de eius felicibus gestis in memoriam futurorum que omnibus notorie notum est declaremus Quod cum eundem Comitem Stephanum super quibusdam nostris arduis negocijs cum alijs Baronibus et Nobilibus qui seruicio domini Andree felicis recordacionis tunc Regnantis fuerunt constituti, misissemus et cum Idem in quadam villa Zadow vocata sopori se dedissent et quietum capere voluissent sumpnum (így) Magister Chag (így) filius petri condam palatini depredator et desolator Regni Hungarie in Noctis silencio cum suis conplicibus impetuose irruentes in eosdem Comitem petrum filium Nicolai fratrem magistri Demetri tunc Comitis de Zolom cum alijs quam pluribus nobilibus captiuauit, et cum Idem Comes Stephanus se viriliter vtpote vir strennuus defenderet letali wlnere fuit sauciatus et per eundem magistrum Chaak captiuis vinculis mancipatus vbi prefatus Comes Stephanus in Equis et armis militaribus ac vestibus ad valorem quinquaginta marcarum dampnum perpessus est per eosdem de qua quidem Captiuitate cum nos eundem nec per dominum Regem remitti facere uel potencia liberare et nec prece nec precio redimere potuissemus Idem se suis et cognatorum suorum sumptis (így) et expensis persoluendo centum Marcas liberauit. Demum eciam domino Andree Illustri Regi Hungarie diuina vocante clemencia rebus humanis exempto vltimo aureo ramusculo a progenie stirpe ac sanguine sancti Regis Stephani primi Regis Hungarorum per paternam lineam descendenti extincto, cum vniuersi ecclesiarum prelati amministracionem habentes et Barones proceres ac vniuersi nobiles et cuiusuis status homines Regni Hungarie cum se vero ac naturali domino desolatos sentirent scirent et intelligerent de morte eiusdem more Rachelis deplorantes et immensum conturbati et admodum soliciti qualiter et quemadmodum sibi diuina desuper disponente clemencia futu-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 66 von 696

rum dominum de sanguine sancti Regis polulatum possent et valerent inuenire, cogitantes et concorditer attractantes demum eciam cum pari voto et communi consilio in dominum Ladislaum Regem Hungarie nunc Regnantem primogenitum videlicet Magnifici principis domini Wenceslai Regis Bohemie et Polonie asensissent et ad impetrandum eundem, Ladislaum Banum de genere Ratholth et magistrum Nicolaum filium Demetrij predictum cum alijs Nobilibus Regni in suis legacionibus destinassent. Nos enim cum eisdem predictum Comitem Stephanum in nostris legacionibus duximus destinandum qui nostrum mandatum sponte recipiens non parcendo rebus et personis dubijs fortune casibus se submittendo Iteratis vicibus ad ipsum Regem Bohemie ante coronacionem filij sui domini nostri naturalis quampluries laborauit qui (aput eundem) dominum Regem Bohemie nobis honores et dignitates et res preciosas cum sua solerti industria et solicita (prouidencia . . . . ma) procurauit. Preterea de gloriosissimo sanguine Regis Bohemie et polonie Nobilem puellam filiam domini Bauarini ducis Bauarie Magistro Stephano filio nostro carissimo matrimoniali federe fecit copulari, quem cum sua prouida cura et sapienti industria suis proprijs laboribus et expensis in brunali (igy) tempore quando aquillonis algetes ipsorum vijs obuiarunt diuinam per graciam cum sua consorte sanos et saluos cum diuersis rebus preciosis incisis videlicet aureis et argenteis et vestibus gloriosis que humanum animum non sinit estimari ad curiam nostram Gewr vocatam reduxit, vbi nos eidem sollempnes et preclaras nupcias fecimus celebrari. In quibus quidem nupcijs Magnifici principes Omode palatinus, Rolandus palatinus, Magister Beke Comes Byhoriensis Gener noster carissimus et Magister Desew Comes Gumuriensis et Borsodiensis sponsus noster predilectus intererant cum alijs cognatis nostris et amicis, qui vno ore et concordi animo proruperunt in hec verba. Hic (igy) est illa elegantissima persona et omni laudis preconio attollenda cuis prouida diligencia (tot) et tantos honores estis prosecuti merito perpetuo dono est donandus vnde sudores laborum suorum leui lintramine possit retergere et dolorosos gemitus ac diwrnos ac no-

cturnos labores tali in sua senectute quietem sompnum habere possit et perfruatur in pacis pulchritudine et requie opulenta Nos Itaque de consilio predictorum filiorum nostrorum et domine katherine consortis nostre nec non Barronum Jamdictorum in reconpensacionem tot et tantorum seruiciorum et dampnorum suorum quandam possessionem nostram hereditariam excepta porcione Magistri Nicolai fily nostri primogeniti cum quo olym diuisionem habuimus Warbo vocatam in Comitatu Borsodiensi existentem, circa veteres et antiquas metas nouas erigi faciendo dedimus donauimus tradidimus et contulimus Ipsi Comiti Stephano et suis heredibus heredumque suorum successoribus Jure perpetuo et irreuocabiliter pacifice possidendam et habendam dando eidem in vita et in morte tenendi vendendi alienandi et conferendi et donandi cuicunque voluerit liberam facultatem et si qui processu temporum ipsum Comitem Stephanum uel suos fratres aut cui in toto vel in parte ipsam possessionem ordinauerit uel donauerit siue eciam locauerit in causam attrahent expedire tenebimur proprijs laboribus et expensis, aut si qui de nostris progenitoribus cognatis uel amicis Ipsam nostram donacionem quouismodo siue colore reuocare siue alienare intenderet antelitis ingressum ipsis Comiti Stephano vel quibus Ipse legauerit Centum Marcas sine strepitu Iudici pro suis dampnis laboribus seruicijs et expensis ac wlnere dare et soluere (teneretur) et insuper calumpnie vicio conuincatur. Nos igitur nostris filys prelibatis et eorum heredibus heredumque suorum successoribus sub ommissione paterne benediccionis quam Isak dedit Jacob filio suo precipimus, quod si ipsum Comitem Stephanum velud premissum aut suos heredes per quempiam molestarent stirpe liberorum careant et penitus exstirpentur et insuper Auctoritate dei omnipotentis et beate Marie semper virginis nec non auctoritate beatorum Petri et pauli Apostolorum anathemati subiaceant et auctoritate presencium tamquam parentum suorum mandati transgressores excommunicati euitentur et porte dignitatis in Regno Hungarie eis a catholicis Regibus precludantur. Mete autem per quas Ipsa possessio vndique limitatur, hoc Ordine exprimuntur: Prima Meta incipit a parte orientali Iuxta fluvium warbopathaka vocatum, ubi sunt due

https://data.onb.ac.at/rep/11325475

mete teree, in quarum vna est arbor pomi, et tenet metas cum terra Comitis Hegen; Inde egreditur ad partem Meridionalem, et pervenit ad unum Bercz et ibi sunt due mete, et in una Ipsarum metarum est ilex, inde super eundem Bercz eundo peruenit ad aliud Bercz, et ibi est meta, que separat a terra nostra, deinde eundo peruenit ad unum monticulum Holm vocatum, super quod est una meta, eundo adhuc versus meridiem Iungit quoddam stagnum Bekatho vocatum pro meta assignatum, inde reflectitur versus partem occidentalem, et in quadam via sub monte Chokas vocato eundo ascendit ad unum Bercz, super quo est una meta, et eundo in eadem via Jungit stratam publicam, que de warbo ducit in Garadna in fine montis Meez vocati, et ibi sunt due mete ex utraque parte eiusdem vie, deinde eundo adhuc in premissa via ascendit super eundem montem, et pervenit ad locum .... vocatum, et ibi est meta una, abhinc adhuc directe eundo inter duos montes kwna, et Oztra vocatos pervenit ad Riuulum Kwnapathaka vocatum, ubi sunt due mete; Ibi reflectitur ad partem septemtrionalem, et prope eundem Oztra eundo in fine eiusdem Oztra super uno Bercz sunt due mete, deinde progred ... peruenit ad unam viam, que de Harazticha ducit in warbo Iuxta quam est una meta, in qua est lapis, et ibi tenet metas cum eadem terra Harazticha, abhinc adhuc versus septentrionem eundo ascendit ad unum Bercz, et eundo super eodem Bercz in fine eiusdem sunt tres mete, due antique ..... in qua est Ilex, inde de eodem Bercz descendendo tendit ad locum Zynopathaka vocatum, in cuius capite sunt tres Mete antique. Abhinc directe eundo descendit ad unum Bercz, et eundo peruenit ad rivulum Medwefew vocatum, ubi est meta antiqua sub quadam arbore Ilicis, et ibi tenet metas cum Terra lubuna vocata, inde reflectitur versus orientem, et ascendit ad quoddam Bercz, super quo eundo peruenit ad locum Melpothokfew vocatum, ubi sunt due mete, et ibi tenet metas cum terra lubuna predicta, et Terra magistri Nicolai filii nostri annotati, abhinc super eodem Bercz eundo descendit ad unum monticulum, super quo sunt due mete, in quarum una est Ilex, et ibi tenet metas cum terra comitis hegen, abhinc eundo directe pervenit ad priores metas, et ibi terminantur. In cuius rei memoriam,

perpetuamque firmitatem, ut nostre donacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, presentes concessimus literas maioris, et minoris Sigilli nostri munimine roboratas. Datum et Actum Anno Incarnacionis domini Millesimo Trecentesimo Tercio, Quarto Kalendas Marcij.

Az egri káptalannak 1352-ben kelt, Varbói Péter fia Pál részére kiállított átiratából, mely ismét átíratott az országnagyoknak Váczon, fer. 4-a ante fest. b. Laurencij martiris, 1449-ben kelt, és szintén az egri káptalannak 1450-ben kiadott átiratában; ezen utóbbinak eredetije orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 26. 94.

48.

1303. mart. 9. Egyik hiteles hely bizonyítványa arról, hogy Perei Moys, Ortolf ellen a kitüzött határnapon meg nem jelent.

Datum pro memoria, quod a dominico die post festum Mathye apostoli, septem diebus, continuis, magister Ortolf stetit in termino coram nobis legitime contra Moys filium Moyta, de pere, qui idem Moys, non uenit, neque misit, pro se reponsalem (így) per predictum magistrum Ortolfum expectatus vnde decreuimus in Judicio, si se racionabiliter non poterit excusare. Datum sabato, scilicet septimo die termini supradicti anno domini M° CCC° tercio.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Máriássy cs. lvtban.

49.

1303. junius 9. A hatvani convent elött Miklós fia Miklós, unokaöcscsének Demeternek, Horthon hét jobbágyhelyet örökül birtokába bocsát.

Palus miseracione diuina prepositus, et conuentus fratrum ordinis premonstratensis de hotuon, vniuersis presencium inspectoribus salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire, quod Nicolaus filius Nicolai filij Babus ex una parte, et demetrius filius Mikaelis filij Gothardi filius sororis

eiusdem Nicolai ex altera coram nobis personaliter constituti. Idem Nicolaus dixit et confessus est viua uoce, de terra sua hurth uocata, ad unum aratrum sufficientem a fine illius terre incipiendo quam ipse et pater suus Thome filio Vlixis genero eorum donauerunt, a metis terre Zekeres uersus meridiem iuxta eandem terram Zekeres currentem, et in uilla sua hurth uocata, septem manssiones iobagionum in fine platee uersus hotuon uenientis, predicto demetrio heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam se dedisse et donasse. In cuius rei memoriam ad instanciam et peticionem parcium eidem demetrio presentes concessimus litteras sigillo nostro confirmando. Datum in quindenis pentecostes. Anno domini M° CCC° tercio.

Zöld és sárga selyem zsinóron függő ép pecséttel, fölül metszett betükkel; eredetije orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 940. 1. Közli: Óváry L.

50.

1303. jun. 16. A veszprémi káptalan elött az Ajka nemzetségbeliek rendeki birtokukon megosztoznak.

Nos Capitulum Vesprimiensis ecclesie damus pro memoria, quod nobilis domina consors comitis Andree de Ayka Souka et Johannes filij eiusdem, in tenera etate constituti, pro se et pro ipso Comite Andrea patre ipsorum in lecto egritudinis laboranti coram nobis personaliter constituti, porcionem siue particulam terre ipsorum in Rednek existentem pro qua Ayka et Olup fily Ehelley Stephanus filius Stephani, Gylianus et petrus filius eiusdem de generacione ipsorum eosdem sicut dicunt traxerant in causam, ob fauorem et dileccionem ipsorum, fauorabiliter et benigne diuidendam, permisisse sunt confessi, isto modo, quod ipsa particula terre secundum consideracionem vtilitatum eiusdem in quatuor partes diuideretur, de quibus vna pars dicto comiti Andree, et filys suis, alia vero filys dicti Ehelley, et tercia Stephano filio Stephani, quarta vero Gylianus et petro filio suo cedet, tenenda possidenda et habenda, hoc adiecto, quod si prefati filij Ehelley Stephanus et Gylianus ac petrus Ordine Judiciario, de porcione terre

Georgy filij petri partem aliquam habere poterint, extunc in quatuor partes diuidere tenebuntur modo prenotato. Datum dominico die post festum beati Barnabe Apostoli. Anno Domini M° CCC° tercio.

A veszprémi káptalan 1346-ki átiratából, melynek eredetije a Sándor cs. lvtban, mely Csepen, Komárom vármegyében, a Thaly családnál őriztetik. Közli : Kovács N.

51.

1303. jul. 1. A leleszi convent előtt Mortunus és fia Kazsui Mihálylyal kibékülnek.

Nos Valterus prepositus de Lelez et conuentus eiusdem monasterij damus promemoria, quod astitit coram nobis magister Mortunus ex una parte pro se et pro suo filio vincluo exaltera uero Micael filius Micaelis de Quashu (így) pro se et similiter produobus fratribus suis Nicolao et Laurencio, coram nobis personaliter astando retulerunt viua uoce, et spontanea voluntate sunt confessi, quod qualiscumque causa usque ad datarum presencium fuerit orta inter partes siue in spolys villarum siue in ulneribus inter partes excessis siue in alys enormilitatibus (így) inter partes motis, super omnia coram nobis se dixerunt concordasse tali vinculo interse obposito, quod sicumque (így) parcium in aliquo processu temporum, superdictum negocium progredi niteretur coram quovis Judice tunc ut calumniator remaneret, dicimus eciam quod Micael prescriptus et sui fratres magister Mortunus propria uoluntate eorum comiserunt vnum Equm Zeg coloris, talimodo quod siquis dicto Equo inpedimentum aliquod inponeret tunc idem Micael, et sui fratres tenebuntur liberare, datum in Octaua Jhonis Baptiste anno domini M° CCC° tercio.

Zárlatán pecsétnyommal; eredetije a gr. Károlyi cs. lvban.

52.

1303. aug. 1. Az esztergomi keresztesek conventje elött, az esztergomi szigeten lévö apácza kolostor fejedelemasszonya és rokonai, Sartuan nevü birtokukat Zoard mesternek elörökítik.

Conuentus cruciferorum domus hospitalis ecclesie sancti Regis stephani de strigonio. Vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire. Quod Religiosa domina nomine Katherina Abbatissa sanctarum monialium monasterij beate virginis marie de insula strigoniensi vna cum dominabus scilicet elysabeth et Elena sororibus pro se et pro vniuersis fratribus earundem, personaliter ad nostram accedendo presenciam dixerunt et confesse sunt quandam particulam terre earundem de terra ipsarum sartuan uocata pro necessitatibus ipsius monasterij beate virginis marie et in eodem monasterio commorantibus ex consensu et uoluntate omnium fratrum ipsarum ad unum aratrum cum suis utilitatibus et pertinencijs sufficientem iuxta terram magistri Zoard Seenkuezon iacentem, vendidisse tribus marcis fini argenti plene habitis et receptis, eidem magistro Zoard nepoti Bech et per eum suis posteritatibus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam, et habendam. Que quidem particula terre iam cum metis de nouo erectis est commixta, cohadunata et coniuncta ad predictam terram Seenkuezon magistri Zoard memorati meta quidem cuius particule terre incipit a capite fontis riuuli Seenkuezon memorati, ubi sunt due mete terrestres, quarum vna pertinet ad predictam dominam Abbatissam et sorores eiusdem, alia uero ad magistrum Zoard memoratum, a parte orientali, et de hinc vadit directe eundo, uersus partem occidentalem ubi similiter sunt due mete terrestres similiter ad utrasque partes pertinentes, et de hinc paululum eundo, similiter sunt due mete terrestres, quarum similiter vna pertinet ad ipsam dominam abbatissam et fratres eiusdem, alia uero ad magistrum Zoard supradictum, et de hinc paululum proceditur ubi sunt

due mete terrestres a parte occidentali, et deinde parum reflectitur ad partem septentrionalem iuxta quendam montem ubi similiter sunt due mete quarum vna est earundem domine Abbatisse et sororum eiusdem, alia uero pertinet ad magistrum Zoard sepius dictum, et ibi determinantur mete predicti particule terre per ipsum magistrum Zoard empcione comparate, circa et iuxta predictam terram Senkuezon, magistri Zoard memorati, ubi villa eiusdem continetur et existit Senkuezon nuncupata. Insuper prefata domina Abbatissa nomine Katherina et elysabeth ac elena sorores, et fratres eiusdem pro se et pro fratribus suis firmiter et sollempniter assumpserunt eundem magistrum Zoard et suos posteros in perpetua possessione predicte particule terre conseruare, et ab omnibus impetitoribus et molestare uolentibus expedire suis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem, ad peticionem et instanciam parcium predictarum presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo ad vincula sancti petri. Anno domini M° CCC° tercio.

Piros, sárga, zöld s világos kék selyem zsinóron függött pecsétje hiányzik, fölűl metszett betűk; eredetije orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1534. 12. Közli: Óváry L.

53.

1303. aug. 20. Abauj vármegye ispánja és bírótársai előtt Párczai Éliás és Edus a Szent András egyháza számára birtokaikról szedendő tized tárgyában kötelezettséget vállalnak.

Nos petrus comes comes (így) nouicastri, hac (így) quatuor iudices de eodem damus pro memoria quod feria tercia scilicet in festo sancti Regis stephani conparuit coram nobis elias comes de barcha hab (így) vna parte exaltera edus comes de eadem barcha dixerunt viua voce quod decimas suas comes elias in frugibus et decimas populorum suorum de barcha Item comes edus decimas suas in frugibus et decimas populorum suorum de scedleche assumpserunt se partes aduerse tutores ecclesie eorum in honore sancti Andree apostoly in perpetuo obligantes se eciam partes aduerse quod si quis ipsorum

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 74 von 696

predictas decimas dicte ecclesie non dederit et sacerdos ipsius ecclesie hoc dicerit extunc cum iudicio trium (így) sepedictas decimas dare debeat Item comes Edus coram nobis personaliter astando assumpsit soluere duas marcas minus fertone Comiti elie feria tercia proxima post festum sancti Jacobi apostoli coram nobis solucio autem fiat partim in argento partim uero in extimacione condingna (így) si diem solucionis preteriret cum iudicio soluere teneatur datum in termino supradicto anno domini M° CCC° tercio.

Zárlatán pecsétnyommal; eredetije a Bárczay cs. lvban. 1. 4.

54.

1303. oct. 4. A pozsonyi káptalan előtt Ilkai János és András, Theodor özvegyét Aglenthot hitbérére nézve kielégítik.

Vniuersis x fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie Posoniensis salutem in domino Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire Quod constitutis coram nobis Johanne filio Mortunus de Ilka prose et pro fratre suo Andrea ex vna parte domina Aglenth filia pethke relicta Teodory cognati Mortunus exaltera sunt confessi, quod licet mota fuerit materia quescionis inter (így) super dote et dotalicijs predicte domine Aglenth et diu fuissent altercati Tamen ad ultimum mediantibus probis viris in talem pacis Concordiam deuenissent, quod predicti Johannes et Andreas eidem domine racione dotis et dotaliciorum suorum soluissent vnam Marcam et si predicta domina Aglenth predictos Johannem et Andream de dote et dotaliciis suis reddit liberos et penitus absolutos obligando se quod quicunque processu temporum eosdem Johannem et Andream uel suos successores racione dicte dotis uellet forsitan inpetere uel uexare ex tunc eadem domina tenetur eos expedire proprijs laboribus et expensis In cuius rei memoriam nostras dedimus litteras sigilli nostri munimine roborando Datum in festo sancti francisci confessoris Anno domini M° CCC° tercio.

Vörös selyem zsinóron függő pecséttel; fölül metszett betükkel; eredetije a pozsonyi káptalan lvban. 14. 9. 7.

55.

1303. oct. 5. Miklós Somogy vármegye alispánja előtt Szentgyörgyi Bálint és Sárközi Joachim a nekik odaítélt eskütől elállanak és kiegyeznek.

Nos magister Nicolaus curialis comes Symigiensis damus pro memoria, quod secundum continenciam priorum litterarum nostrarum sabbato post festum beati Michaelis Archangeli valentinus de sancto Georgio contra Ioachynum de Sarkuz cum viginti quinque hominibus se incluso et idem Ioachynus solus eodem die iurare coram nobis debuissent contra inuicem adueniente ipso termino partibus in loco sacramenti coram nobis conparentibus renunciato ipso iuramento taliter interse concordarunt, quod idem valentinus assumpsit et obligavit se dare et soluere eidem Ioachyno unam marcam et fertonem, partim in denarijs partim uero in estimacione in boubus (így) et non alijs rebus sabbato post quindenas beati Michaelis Archangeli coram nobis obligacione tali interposita quod si diem crastinaret in soluendo, extunc predictus valentinus in acquisicionibus eiusdem Joachyni remaneret absque strepitu Judicij aliqualis terminum autem solucionis nec cum litteris domini Regis nec palatini nec domini Herrici bani poterit prorogare. Datum sabbato post festum prenotatum anno domini M° CCC° tercio.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Soprony vármegye lvtban letett Zeke család irományai között.

56.

1303. oct. 6 után. A kapornaki convent előtt Duruzló fiai Ruda fiával Miklóssal Rokolyán birtok elpusztíttatása iránt kiegyeznek.

Nos frater Johannes abbas et Conuentus de Copurnuc damus pro memoria quod cum secundum continenciam priorum litterarum nostrarum in octavis beati Michaelis archangeli

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 76 von 696

magister Gregorius et fratres sui filij magistri duruzlu contra comitem Nycolaum filium Ruda, cum viginti V. nobilibus sacramentum prestare debuisset super eo quod villam suam Rukulan vocatam non fecissent desolari, nec terram suam seminari, ipso die sacramentum et . . . . . Nicolai se faciendo contra populos de Jarych iurare, pro bono pacis mediantibus probis viris de voluntate parcium ipsi sacramenti alter alteri relinquerunt et in veram pacis unionem de preteritis omnibus deuenerunt usque satisfaccionem itaque . . . . . super premissis non possit inter ipsos exoleri Datum . . . . octavarum predictarum Anno domini M° CCC° tercio.

Zárlatán pecsétnyommal ; a már megrongált eredeti a Káldy cs. lvban.

57.

1303. oct. A pécsi káptalan bizonyitja, hogy Kemény neje és fiai Fejértó birtokot Baranya vármegyében, Henchei Lászlónak elörökítették.

Nycolaus prepositus et capitulum quinqueeccleſiensis ecclesie omnibus xpi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire. Quod cum nos ad peticionem et instanciam nobilis domine consortis magistri Kemyni filij laurencij quondam palatini laurencij et corrardy filiorum eiusdem, eoquod eadem domina et dicti filij sui ob maliciam temporis inpacati, ad nostram presenciam personaliter accedere se non posse nunciabant, sicut per nuncium suum specialem pecierunt, ad audiendam ac sciendam voluntatem et ordinacinem eorundem, vnum ex nobis personam ydoneam, honorabilem videlicet virum magistrum dyonisium prepositum ecclesie sancti Johannis socium et concanonicum nostrum misissemus, Tandem idem magister dyonisius prepositus, ad nos reuersus nobis dixit. Quod predicta nobilis domina consors magistri Kemyni vnam possessionem suam feyrtho vocatam in comitatu Barana existentem, de hereditate paterna siue patris sui comitis scilicet Nicolay filij Nicolay Bolugh dicti, ad ipsam et

per eandem ad magistrum Kemynum maritum suum deuolutam, quam mortuo eodem magistro Kemyno marito suo in sustentacione predictorum filiorum suorum orphanorum, et precipue in nupciali tradicione duarum filiarum suarum, nimia necessitate ipsam compellente tamquam tutrix fiduciaria suorum orphanorum Ladizlao filio Andree de henche pro triginta marcis partim in denarijs et partim in argento habitis ac receptis ab eodem mediantibus litteris nostris memorialibus impignorauerat perpetuandam eidem, si in termino in premissis litteris nostris ad hoc assignato redimere non valerent, que eciam possessio viuente adhuc eodem magistro Kemyno marito suo, dum sospitate frueretur corporali, et postmodum in vltima et testatoria voluntate sua, consenciente ipsa domina, eidem ladyzlao pro fidelibus et meritorijs seruicijs suis nec non racione proximitatis quam habuerunt et habent cum eodem donata fuerat vt asseruit. Nunc in presencia ipsius magistri dyonisij prepositi tum pro triginta marcis prenotatis in quibus fuerat impignorata, et pro eo quia in assumpto termino redimi nequiuerat, ipsa possessio vigore premissarum litterarum ipsius impignoracionis seriem continencium dicto ladizlao debuerat perpetuari. Tum eciam donacionem prememorati magistri Kemyni mariti sui volens in hac parte ratam atque firmam permanere, supradictis laurencio et Corrardo filijs suis ac magistro Nicolao fratre sepedicti magistri Kemyni mariti sui presencialiter astantibus et uolentibus, ac pure consencientibus ipsi ladyzlao ac per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus sub antiquis metis et terminis cum pertinencijs ac vtilitatibus eiusdem possessionis vniuersis, tam per ipsam dominam quam per filios suos supradictos, et cognatos seu propinquos eorundem temporis in processu nullatenus reuocandam dedit, donauit, permisit et uendidit iure perpetuo pacifice et quiete possidendam. Actum anno domini M° CCC° tercio. Mense octobris. Magistro Nicolao Cantore, demetrio custode et alio demetrio decano, ceterisque quampluribus ibidem existentibus. Datum per manus discreti viri magistri Galli lectoris quinqueecclesiensis.

A sárga selyem zsinóron függött pecsét hiányzik; eredetije orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 689. 3. Közli: Óváry L.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 78 von 696

58.

1303. nov. 18. Lodomér esztergomi érsek, az egyházához tartozó fegyverneki és zámlai jobbágyok birtokát elválasztó határjeleket megállapítja.

Nos Lodomerius dei et apostolica gracia Archiepiscopus strigoniensis locique eiusdem comes perpetuus significamus quibus expedit presencium per tenorem Quod Comes dyonisius frater Lenas de fegyvernek ab vna, Gregorius uero et petrus filij Bokxa de Zamla Jobagiones Ecclesie nostre antedicte parte ab altera coram nobis personaliter constituti propositum extitit per eosdem quod cum super metis et terminibus (így) possessionum ipsorum Zamla et fegyuernek vocatarum in presencia nostri palatini mota fuisset materia quescionis inter ipsos et diucius ventila (így), tandem per reformacionem proborum virorum ad plenum concordassent, et eorum possessiones superius nominatas per limitaciones metarum infradesignatarum ab invice (így) segregando, taliter diuisissent ac per cursus metarum sic collocassent, prima meta vt partes retulerunt est locata aque compa parte ex altera uersus Orientem in loco vadi eiusdem compa infra molendinum Gregorij et petri supradictorum. Abinde egrediens contra orientem directe venit in caput (így) vnius riuuli hynta vocate, ibidem est locata meta terrea, inde paululum procedendo, cadit in viam, qua itur uersus fegyuernek et per superiorem partem eiusdem vie, directe ad orientem currendo, cadit in aquam perech vocatam, vbi posuerunt unam metam terream, et sic finirentur sic tamen vt quidquid a plaga septentrionali metarum iam designatarum fore dinoscitur in Jus et proprietatem Gregorio et petro de Zamla cessit possidenda, quidquid vero a plaga meridionali esse dinoscitur cursuum predictarum metarum, cessit in Jus et proprietatem Comiti dyonisio de fegyuernek in heredum successores irreuocabiliter possidendam (így) Tali vinculo interiecto quod si processu temporum cuiuscunque parcium successores hanc diuisionem cassare niterentur, ex tunc parti in eadem perseueranti diuisione, absque porcione iudicis, in sex marcis,

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 79 von 696

ante litis ingressum conuinceretur eo facto, In cuius rey testimonium presentes concessimus, sigillo nostro (így) munimine roboratas. Datum in octauis beati martini Anno domini M° CCC° tercio.

Zöld és piros selyem zsinóron függő ép pecséttel, fölül metszett betükkel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 935. 8. Közli: Óváry L.

59.

1303. dec. 8. A pozsonyi káptalan előtt Chun fiai az atyjukról elnevezett chuni birtokukat Homorói Jakabnak elörökítik.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis, Capitulum ecclesie posoniensis Salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod constitutis personaliter coram nobis. Thoma et Mauricio filijs Chun, pro se et pro Thoma, filio Chizk cognato suo ex vna parte, magistro Jakobo filio Stephani, de Humuro, ex altera, ijdem, Thomas et Mauricius sunt confessi uiua uoce quod ipsi terram suam hereditariam, terram Chun patris ipsorum nominatam, ex alia parte haque (így) Humuro adiacentem, uicinam et contiguam terre eiusdem magistri Jacobi ad vnum aratrum sicut dixerunt sufficientem, cum omnibus utilitatibus et pertinencys suis, scilicet aquis (így) pratis, fructibus, pascuis pecorum, fenetis, piscinis, pro undecim marcis uendidissent, dedissent et locassent, eidem magistro Jacobo, irreuocabiliter in filios filiorum perpetuo iure possidendam et habendam, quam summam pecunie, idem thomas et Mauricius plenarie recepisse et habere sunt confessi obligando se, quod quicunque processu temporum eundem magistrum Jacobum et suos successores, racione predicte terre uellet inpetere forsitan uel uexare, extunc, thomas, et Mauricius predicti, tenebuntur eundem expedire, proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam nostras dedimus litteras Sigilli nostri munimine roboratas. Datum in dominica proxima post festum sancti Nycolai confessoris. Anno Domini M° CCC° tercio.

Az elveszett pecsét sárgaveres pamutselyem sodraton függött; alól metszett betükkel; eredetije a M. Tud. Akademia könyvtárában. Közli: Kovács N.

60.

1303. Salamonharasztja. I. Károly király File comes fiait az ország bármely bíróságának hatósága alól fölmenti.

Karolus dei gracia Rex hungarie, memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod attendentes nos et considerantes obsequiosa multa et graciosa opsequia dilectorum et fidelium nostrorum, magistri videlicet laurencij, pauli, petri et Nicolai filiorum quondam Comitis phile de comitatu de Volkou quibus ijdem nostris nobis temporibus studuerunt multipliciter complacere, volentesque eorundem nos obsequia huiusmodi non sine remuneracionis beneficio pertransire, tam ipsum magistrum laurencium quam fratres eiusdem prefatos a iurisdiccione et iudicio cuiuscunque dignitatis uel preeminentis honoris de Regno nostro Iudicum de plenitudine nostre gracie ex benignitate Regia duximus eximendos. Volentes et hoc nostrarum auctoritate presencium constituimus statuentes, vt nullus eosdem nostrorum de toto Regno iudicum contra factam eisdem in hac parte gracie nostre formam iudicare audeat aliqualiter, uel presumat, si qui autem ex eisdem aliud quod non credimus attemptare presumserint tam in suis quam suorum iobagionum aut populorum in personis, iram et indignacionem nostram Regiam poterunt non inmerito formidare. Vt Igitur huiusmodi exemcionis nostre series robor optineat perpetue firmitatis, nec ulloumquam tempore possit per quempiam retractari presentes eidem magistro Laurencio suisque fratribus memoratis dari fecimus litteras, duplicis sigilli nostri appensione communitas. Datum in Salamonharazta per manus discreti viri magistri stephani aule nostre vicecancellarij, dilecti et fidelis nostri. Anno domini Millesimo Trecentesimo tercio.*)

*) Hogy ezen évben I-ő Károly király az országban tartózkodott volna, arra bővebb adatunk nincs, kétséges tehát, vajjon ezen oklevélben az évszámból a tizes szám annak megírásakor elnézésből nem maradt-e ki? Feltünő az is, hogy Venczel királynak ezen évben szintén István nevű alcancellára volt, s hogy I. Károly királynak más István nevű cancellárját nem ismerjük. Szerk.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 81 von 696

Piros és violaszín selyemszálakon függő pecsétnek zsacskóba varrt töredékeivel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1505. 5. Közli: Óváry L.

61.

1303. A bácsi káptalan előtt Mikolai File fiai Valkó vármegyei Teleki birtokukat Lánczi Pálnak Abauj vármegyei birtokával elcserélik.

Capitulum ecclesie Bachiensis Omnibus xpi fidelibus, presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod constitutis coram nobis magistro laurencio et petro filijs phyle de Mykola, nobilibus de volkou ab una parte, quodam Juuene qui se paulum filium Georgij de Lanch esse dicebat, prout eciam ydem filij phyle asserebant ex altera, ydem filij phyle medietatem cuiusdam possessionis sue hereditarie Theluky nominate in comitatu de Volkou existentis, ad ipsos proprie fraternali diuisione ac distinccione pertinentis cum omnibus vtilitatibus ad ipsam medietatem spectantibus predicto paulo in concambium porcionis sue, quam eundem dixerunt habere in possessione Lanch nominata in comitatu Abauiwar existente salua porcione pose fratris sui, quam dictus paulus dixit eundem habere in possessione premissa dederunt et assignarunt iure perpetuo et irreuocabiliter in filios filiorum possidendam, assumpmentes ijdem filij phyle quod siqui processu temporum predictum paulum racione medietatis premisse possessionis inquietauerint, ipsi tenebuntur expedire, et paulus antedictus assumpsit quod in capitulo Agriensi uel in conuentu de Azow (így) priuilegium faciet emanari super dicto concambio pro filijs phyle memoratis. Cuiusquidem medietatis possessionis prefate Theluky nominate, mete, prout prefati filij phyle dixerunt, hoc ordine distinguntur, videlicet, prima meta incipit a quadam arbore Ilicis uulgariter dicta Tulfa, que est inter uillam puela uocatam, et terram Theluky nominatam, iuxta uiam quandam ubi est terrea meta, hinc progrediens uersus meridiem cadit in fluuium Wolkou iuxta arborem tulfa nominatam, ubi eciam est terrea meta, hinc procedens per ipsum

fluuium uersus occidentem circuit quandam siluam dicto paulo remanentem et exiens ipsum fluuium uenit ad quendam locum ubi sunt dumi viminum wolgo Requetya nominati hinc uergit uersus septemtrionem et peruenit ad quoddam spinetum ubi est arbor piri et est ibi terrea meta, hinc tendens directe uersus septemtrionem cadit in quandam viam per quam itur de villa Theluky in villam peula (így) hinc cadit in quendam fluuium wlcha nominatum et peruenit ad quandam terream metam, hinc uergendo uersus orientem peruenit ad tres metas terreas capitales, hinc peruenit ad quandam viam, per quam itur de villa Belyn ad villam puela predictam, hinc procedens uersus orientem peruenit ad arborem tulfa a qua progrediuntur dicte mete et ibidem terminantur. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes litteras nostras concessimus sigilli nostri priuilegialis munimine roboratas et alphabeto intercisas. Datum Anno domini M° CCC° tercio. Symone preposito, Jacobo lectore, Alexio cantore, Archidiaconatu Bachiensi uacante. Egidio syrmiensi Johanne Zeguediensi Archidiaconis Mychaele Custode Jacobo decano, Ceterisque canonicis ibidem deo famulantibus iugiter et deuote.

Czérnaszálakon függő pecséttel két példányban, egymásba összeillő metszett betükkel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1505. 4. Közli: Óváry L.

62.

1303. A bácsi káptalan előtt Nyéki István, Nyéki Leonárd leányát Fintát, leánynegyedi illetőségére nézve kielégíti.

Litterarum Capituli (bachiensis series) Anno domini M° CCC° tercio edita declarabat, quod constitutis coram eodem Capitulo Stephano filio Mathei de Nyek ab vna parte Mychaele filio Ananye pro sorore sua fynta nomine filia leonardi de nyek similiter ex altera idem stephanus quartam partem eiusdem possessionis sue leonardneky nominate in Comitatu bachiensi existentis cum sessionibus ville et alijs pertinencijs ad ipsam quartam partem spectantibus domine supradicte sorori sue videlicet consorti Johannis fratris Thome racione quarte

filialis dedissset et assignasset coram dicto capitulo Jure perpetuo in filios filiorum possidendam.

Bebek Ferencz macsói bánnak 1399-ki ítéletleveléből, melynek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1514. 9. Közli: Óváry L.

63.

1303. A földvári convent előtt a Kékiván nemzetségbeli Jurk két birtokot rokona Barabás fiának Ivánkának átad.

Nos frater d. diuina miseracione abbas et conuentus monasterij beati petri apostoli de feuldwar vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire. Quod Jurk filius Jurk nobilis de genere Kekywan in nostri presencia personaliter constitutus quasdam terras ipsius empticias Ocrad et Myrohseg vocatas, terciam partem ipsarum terrarum cum omnibus vtilitatibus eius et priuilegiis Capitulo Albensi super empcione terrarum premissarum confectis contulit, dedit et donauit magistro Iwanka filio Barrabas generacioni ipsius et proximiori linea consanguinitatis eidem coniunctis ex propinca sorore ipsius progenito similiter in propriis personis coram nobis, ydem magister Iwanka iam memoratus constitutus sibi et suis heredibus heredumque suorum successoribus Jure perpetuo possidendas quarum quidem terrarum qualitas et quantitas ac distincciones metarum in premissis litteris Capituli albensis continentur, quando uero diuisionem inter se facere uoluerint, extunc porcionem idem magister Iwanka de prefatis terris recipere tenetur a parte aquilonis vt igitur huius rei series firma et inuiolabilis in perpetuum perseueret presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas Anno ab incarnacione domini M° CCC° tercio fratre Georgio decano, Geardo cantore, Elye custode et ceteris fratribus deo famulantibus existente.

Sárga és zöld selyemszálakon függött pecsétje hiányzik; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 950. 1. Közli: Óváry L.

64.

1303. A budai káptalan előtt a Huntpázmán nemzetségbeli Lampert és fiai, két Hont vármegyei birtokot Péter fiainak, Mártonnak és Károlynak, 40 márkaért birtokukba bocsátanak.

. . . Litterarum capituli Budensis ecclesie priuilegialium alphabeto intercisarum anno dominice Incarnacionis M° CCC° tercio emanatarum virtute, lampertum filium comitis Nicolai de genere honthpaznan in sua Nicolai, petri, stephani Chekou et Joannis filiorum suorum personis quasdam possessiones suas seu terras Turypa et Kyeceteleke nuncupatas in comitatu hontensi existentes terris seu possessionibus Alexij filij Velyek Zelche nominate et Nicolai filij Nicolai ac Thome filij ders Zuha vocate, necnon stephani filij Jakou vicinos et conterminales per predictum Nicolaum patrem eiusdem lamperti a petro patre Martini et Karul in concambialiter habitas eisdem Martino et Karul filijs predicti petri ac eorum heredibus pro quadraginta marcis argenti mercimonialis plene ab eisdem habitis et receptis sub expeditoria caucione tradidisse et in perpetuum vendidisse clarissime comprobassent.

Kont Miklós nádornak 1360-ban az osgyániak részére kiadott ítéletleveléből, melynek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 737. 30. Közli : Óváry L.

65.

1304. jan. 3. Az esztergomi keresztesek conventje előtt Sebestyén machalai nemes, Móricz bán fia elleni peres ügyének befejezését urára Zoárd comesre bízza.

Nos conuentus cruciferorum domus hospitalis ecclesie sancti Regis stephani de strigonio damus pro memoria quod Commes (így) Sebastianus filius petheu nobilis de Machala personaliter ad nostram accedens presenciam causam suam quam contra mychaelem filium Maurici bani in presencia cuiuscunque Judicis mouere intendit Comiti Zoard nepoti Wech

domino suo commisit prosequendam et debito modo pronunciandam, et quicquid in ipsa causa idem Commes Zoard dominus suus contra Michaelem filium Maurici bani antedictum egerit uel ordinauerit prefatus commes sebastianus ratum habebit atque firmum. Datum in octauis beati Johannis apostoli et ewangeliste. Anno domini M° CCC° quarto.

Pecsétnyommal ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1534. 17.
Közli : Óváry L.

66.

1304. jan. 21. Egyik hiteles hely előtt Óvári Jakab és társa, Péter bán fiával minden viszálkodást megszüntetnek s a kikötött föltételek alatt kibékülnek.

. . . . . .

bani magistri Tauarnicorum domini Regis, Comes Jacobus filius magistri (Corrardi de Owar) una cum Comite Zeyhano filio Georgy (contra) magistrum Laurencium filium petri bani super viginti marcis in quindenis Epiphanye domini prestare debuisset sacramentum coram nobis ipso termino adueniente eedem partes in loco sacramenti pro bono pacis in nostri presencia taliter conuenerunt, quod omnes iniurias destrucciones possessionum, captiuaciones hominum, ceteraque nocumentorum genera, qualiumcunque vsque modo hinc inde contra invicem facta et illata, sibi mutuo penitus relaxarunt, reddentes se, super eisdem in altervtrum per omnia expeditos, et causas siue lites que exinde orte fuerant vel oriri poterant, coram quouis Judice, sopitas esse voluerunt omnino et sedatas. Tali obligacione mediante, quod si qua parcium, contra alteram partem, vel ad eam pertinentes, super premissis, iniuriarum destruccionum captiuacionum et ceterorum nocumentorum causis sedatis iam et sopitis, de cetero in presencia cuiusuis Judicis litem moverit aut materiam suscitauerit quescionis vel alteri parti siue pertinentibus ad eandem, de nouo nocumenta vel dampna intulerit, et super tali nocumentorum dampnorum siue iniuriarium illacione ad inquisicionem nostram quam ad mandatum Regium vel Judicis ordinary et non aliter facere tene-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 86 von 696

bimur. Datis super hoc litteris nostris veritas constiterit, pars t alia acceptans aduerse parti premissam pacem seu concordiam obseruanti ante litis ingressum soluere tenebitur quinquaginta marcas, sicut predicte ambe partes, ad hoc se coram nobis voluntarie obligarunt. Datum in Crastino quindenarum Epiphanie domini Anno eiusdem M° CCC° quarto.

Az eleje hiányos állapotban, zárlatán pecsétnyommal; eredetije a b. Révay cs. lvtban, »Gyulay« fasc. II. 6. Közli: Kovács N.

67.

1304. febr. 10. A veszprémi káptalan előtt Németi Domokos és Ajkai György, vérrokonaiknak, Ajkai Ehellös comes fiainak, és István fiának rendeki birtokrészöket ádadják.

Nos Capitulum ecclesie Wesprimiensis memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis quod nobilibus viris Ayka et Olup ac pous filijs Comitis Ehelleus de Ayka et Stephano filio Stephani de eadem ex vna parte, et dominico filio Benedicti de Nempti pro se et pro fratribus suis sicut dixit et Georgio filio petri de eadem Ayka, similiter pro se et Andrea fratre suo, sicut dixit ac pro Benedicto et fratribus eiusdem filijs Johannis de dicta Ayka ex altera personaliter coram nobis constitutis, ydem dominicus et Georgius sunt confessi quandam particulam cuiusdam possessionis sue Rennuk vocate a primo colle quod uulgo Beerch vocatur, postquam intratur per quandam viam magnam que dicitur media via in dictam possessionem, qua via itur ab Ayka prenotata in villam Lueld vocatam ex parte cuiusdam aque seu fluuij Turna dicti vsque metam de dicta Lueld et vsque ad eundem fluuium predictis Ayka et Olup ac pous et Stephano propter affinitatis et consanguinitatis gradum proximum ac per eosdem suis heredibus heredumque suorum successoribus donasse contulisse et assignasse iure perpetuo et irreuocabiliter pacifice possidendam et habendam, preterea partes eciam prenotate assumpserunt coram nobis quod quandocunque aliquis racione possessionis prenotate accionem aliqualem contra ipsos mouere attemptaret, alternatim et mutuo se iuuarent et

alter alteri consilium et auxilium prestaret et Juuamen. Ceterum predicti Stephanus filius Stephani et Ayka ac Olup et pous coram nobis confessi extiterunt quod dimidium predicte particule memorate possessionis cederet ad porcionem predicti Stephani reliquum vero dimidium ad porcionem Ayka et Olup ac pous cedet predictorum. Datum feria secunda proxima ante diem Cynerum Anno Domini M° CCC° Quarto.

A veszprémi káptalan 1346-ki átiratából, melynek eredetije a leányágon a Sándor családtól származott Thaly cs. birtokában. Közli : Kovács N.

68.

1304. mart. 5. A váczi káptalan előtt Babosfi Miklós fia, Ujvár megyei horthi, valamint a Tápé és Zagyva folyók melletti, úgy Szolnok vármegyei birtokainak felét rokonának Miklós fiának ajándékozza.

Uniuersis xpi fidelibus presentem paginam inspecturis. Capitulum ecclesie Waciensis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire Quod nycolaus filius Nycolai filij Babus ad nostram personaliter accedens presenciam coram nobis est confessus quod medietatem possessionum suarum de hurth in comitatu de Vyuar Item de Bikchey prope fluuium thapeu item de Saap in comitatu Zounuk, et de alia saap, prope Zagwa existencium cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs quantum ad medietatem ipsarum possessionum ipsum Nycolaum contingencium attinere dinoscitur dedisset tradidisset et contulisset magistro Nycolao filio comitis Nycolai propter consanguinitatis affinitatem et specialis dileccionis in signum ac perpetuam vnionem sibi et suis heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam, et habendam nec per quempiam ullatenus repetendam. Item paulum seruum suum cum vxore sua nomine margareta ac filiam eiusdem nomine Choukam Item Lench matrem eiusdem margarete ancille sue, eidem et suis heredibus similimodo contulisset. Obligans se idem Nycolaus et suos heredes quod si qui processu temporis prenominatum magistrum Nycolaum aut ipsius heredes

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 88 von 696

racione medietatis dictarum possessionum molestare niterentur ipse et sui heredes tenerentur expedire laboribus propriis et expensis. Item de seruis et ancillis prenominatis assumpsit illudidem. In cuius rei testimonium presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri laurencij lectoris ecclesie nostre. Anno domini M° CCC° quarto, feria quinta post dominicam oculi mei. Venerabili domino haab dei gracia episcopo et prelato nostro existente. Reuerendis fratribus nostris domino dominico preposito, magistro Johanne cantore, Chepano custode. Item Oliuerio Waciensi, Nycolao pestiensi, Augustino de Zygethfeu, Geublino de Zounuk et petro de Changrad archidiaconis existentibus et alijs canonicis quampluribus in ecclesia beate virginis humiliter deo famulantibus et deuote.

Piros, zöld és sárga selyem zsinóron függött pecsét nyomával ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1505. 6. Közli : Óváry L.

69.

1304. mart. 11. Egyik hiteles hely előtt Kovácsi Barakon fiai az atyjuk által szerzett két birtokot nővéreiknek átengedik.

. . . Datur pro memoria quod Andreas et Jacobus filij Johannis filij Barakon de Koachy ad nostram accedentes presenciam proposuerunt viua uoce quod dimidietatem eiusdem terre eorum Koachy per eundem patrem eorum aquisite cum vniuersis vtilitatibus suis ob dileccionem duarum dominarum sororum suarum vxorum Chidboy et heym dedissent donassent et contulissent et coram nobis contulerunt eisdem dominabus sororibus suis et per easdem ipsis maritis earundem sibi et suis heredibus perpetuo possidendam et habendam. Insuper obligarunt se dicti filij Johannis et heredes suos, easdem dominas sorores suas ac heredes ipsarum vniuersos ab omnibus racione eiusdem terre et specialiter a fratribus et cognatis eorundem inpetere nitentibus defendere et expedire proprijs laboribus et expensis. Adiecerunt eciam dicti filij Johannis quod quandocunque presentes ad nos reportarentur non obstante absencia eorum super ipso facto nostrum priui-

legium concederemus. Datum in octauis mediquadragesime Anno domini M° CCC° quarto.

Az egri káptalannak 1332-ki átiratából, melynek eredetije az orsz lvtár. kincst. osztban. N. R. 936. 2. Közli : Óváry L.

70.

1304. apr. 5. István nádor és neje a Tisza partján lévö Suren nevü halastavat a diósgyöri Remete szent Ágoston szerzetének adományozzák.

Nos stephanus palatinus de Borsod ac nobilis domina consors eiusdem memorie commendantes significamus uniuersis tam presentibus quam futuris presencium per tenorem, hinc quod cuncta que sunt hic in terra obliuionis obliuioni traduntur, et diuersa que sub sole eueniunt, a memoria tanquam mortuus a corde elabuntur, in cuius nunc uersatur regum et xpanorum olim apules gloria, quis habet in recordacione magnificas turres quas excusserunt, uel inclitos titulos quos exercuerunt, ubi nunc sunt pompe uel diuicie quibus affluxerunt, uel ubi suplicia aut cruciatus quos inflixerunt, omnia uelud umbra transierunt, et ipsi ignem et uermen hereditauerunt. Qui autem pie deum colunt in memoria eterna erunt opera eorum per omnes uigent et nomina eorum in seculum seculi uiuent proinde ad uniuersorum noticiam harum seriem (igy) volumus peruenire, quod nos pie et prouide uigilantes de nostrarum remedio animarum, ob reuerenciam et deuocionem ecclesie in honore sancti corporis xpi fundate prope finem uille G y o u s G e u r existentis in qua fratres heremitharum sancte crucis ordinis sancti agustini de heremo deo militantes abitant, quandam piscinam nostram. Swren uocatam, ultra rippam Tyza a parte orientali adiacentem ob salutem animarum nostrarum uoluntate spontanea ac mente deliberata ex permissione omnium filiorum nostrorum uidelicet. Nicolai, Johannis, Jacobi, Gregorij, Ladizlai et phylippi, qui personaliter aderant duximus et ordinauimus ecclesie et fratribus in eadem commorantibus conferendam et iure perpetuo possidendam et abendam. Tali tamen libertate quod nullus filiorum nostrorum seu officialium sibi

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 90 von 696

aliquid attrahere possint seu ualeant de eadem. Insuper obligauimus nos uoluntate spontanea quod si umquam processu temporis, dictam pisscinam auferre niteremur quod absit, extunc indignacionem omnipotentis dei corporisque xpi sueque genitricis atque apostolorum petri et pauli ipso facto incurramus. Si autem aliqui filiorum nostrorum aut eorum heredes premissam donacionem uiolauerint, et per huiusmodi (így) ipsam ecclesiam et fratres in eadem deo famulantes perturbauerint et molestauerint, in malediccione patris et matris maneant nec ab anathemate prescripta absolvantur et nec aquirere ualeant aliunde. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas sigilli nostri munimine roboratas. Datum in octauis passce Anno domini M° CCC° quarto Karulo dei gracia illustri rege regnante.

Piros és zöld selyemzsinóron függő pecsét romjaival ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Paulin. Diósgyőr, 7. 1. Közli : Óváry L.

71.

1304. apr. 28. Az esztergomi keresztesek conventje előtt Govai Tiba comes fiai egy ekényi birtokukat Wech comes unokájának Zoardnak eladják.

Conuentus cruciferorum domus hospitalis ecclesie sancti Regis stephani de Strigonio Vniuersis presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire. Quod Nicolaus et Lorandus filij Comitis Thyba nobiles de Goua ad nostram personaliter accedendo presenciam, quandam particulam seu porcionem ipsorum titulo hereditario possessam, pro uno aratro sufficientem de predicta terra seu possessione Gowa ultra quendam pratum a plaga imeridionali existentem, iuxta metam terre Sarkan uocate, cuius predicte particule medietatem dusa et sebastianus filius eiusdem dusa et fabianus filius Beche filius fratris eiusdem dusa uendiderunt et assignauerunt magistro Zoard nepoti Comitis Wech tribus marcis prout in nostro priuilegio plenius continetur super hoc emanato, dixerunt et confessi sunt pre-

dictam porcionem dedisse, uendidisse, et assignasse predicto magistro Zoard similiter tribus marcis argenti mercimonialis plene habitis et receptis ab eodem, et per eum suis heredibus et posteritatibus ac successoribus heredumque iure perpetuo et inreuocabiliter possidendam, tenendam et habendam, ex bona voluntate omnium cognatorum suorum predictorum nullo penitus contradictore existente. Cui quidem particule vendite tam a plaga orientis, tam occidentis tam eciam meridionali terra aut possessio prescripti magistri Zoard conterminalis extitit seu uicina. A plaga uero aquilonis terra aut possessio predictorum Nicolai et Iorandi ultra uidelicet predictum pratum prout a partibus nobis reuelantibus didisscimus seriatim. Insuper nichilominus assumpmentes predictum magistrum Zoard et suos heredes predicti scilicet Nicolaus et Lorandus in predicta porcione conservare inperpetuum et ab omnibus molestare et inquietare uolentibus expedire proprijs ipsorum cum laboribus et expensis. In cuius rei memoriam et ad perpetuam stabilitatem ad instanciam et peticionem parcium predictarum litteras nostras concessimus sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum tercia feria proxima post festum beati Georgy martiris anno domini M° CCC° quarto.

Metszett betükkel, zöld, piros selyem zsinóron függött pecsét nyomával ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1534. 14. Közli : Óváry L.

72.

1304. máj. 5. Egyik hiteles hely előtt Bulchi Dénes neje hozományának mikép való kielégítéséről rendelkezik.

Datum promemoria quod Dyonisio filio Blasi de Bulch ex vna parte, ab altera vero domina vxore eiusdem filia comitis Mortunus fily Zochud coram nobis personaliter constitutis, idem Dyonisius proposuit quod quia prefata domina uxor sua, totam dotam (így) suam, et res in matrimonio secum delatas, sibi omnino relaxasset, obhoc ipse assumpsisset, et assumpsit coram nobis, in bonis rebus et uestibus, ante diem mortis sue, eidem domine, soluere et complere viginti quinque marcas, tali eciam articulo interposito, quod si ipse, per factum mortis repentiue,

dictam summam viginti quinque marcarum eidem domine suis diebus complere non posset, defectum ipsius sumitatis pecunie, per eundem complete dominicus filius suus eidem domine dare et complere teneretur. Datum quinto die octauarum beati Georgi martiris Anno Domini M° CCC° quarto.

Zárlatán pecsétnyommal; eredetije a gr. Károlyi cs. lvtban, Budapesten.

73.

1304. Patak, május 14. Az ország egyik főbb bírája előtt Zochud fia Mortunus és ennek fia, a Merhard fia Mihálynak szolgáján elkövetett sulyos testi sértésért harmincz márka fizetésére magukat leköteleznek.

Datum promemoria quod in causa quam magister Micael filius Merhardi qui personaliter comparuit contra magistrum Mortunos filium Zeched (így) et Wynoslou filium eiusdem racione uulneracionis mutilacionis manus et amputacionis digitorum Luce servientis sui mouerat coram nobis taliter per arbitrium proborum virorum se dixerunt concordasse quod idem magister Mortunos pro se et pro eodem filio suo assumpsit soluere predicto magistro Mycaeli partim in argento mercimoniali, partim autem in estimacione condigna coram Capitulo Agriensi triginta marcas in terminis infrascriptis ex quibus decem marcas solvet in festo sancto (így) Regis Stephani. Item decem marcas in octauis beati Michaelis Archangeli Residuas vero decem marcas in octauis omnium sanctorum tali obligacione quod si primum terminum obmitteret cum iudicio. Si secundum non solueret cum duplo soluere teneretur. Si vero tercium terminum obmiserit insolutum extunc ipse et filius eius uinceretur, (így) tanquam in duello succubuisset. Preterea facta tali solucione idem magister Martonus et filius eius in die ultime solucionis coram ipso capitulo iurabunt super eo, quod nessciuerunt quod dictus Lukach fuerit serviens magistri Mykaelis predicti Judicem placabunt in Comuni datum in Potok feria quinta proxima ante pentecostes. Anno domini M° CCC° — °.

Zárlatán pecsétnyommal; eredetije a gr. Károlyi cs. lvtban.

74.

1304. Hasznos mellett, máj. 22. I. Károly király Gezthi Budo comes fia Benedek érdemeit felsorolván, jutalmúl Loak Somogy vármegyei birtokot neki adományozza.

Nos Karolus dei gracia Rex Vngarie, significamus quibus expedit Vniuersis, presencium per tenorem. Quod accedens ad nostram presenciam, nobilis vir magister Benedictus filius comitis Budo de Gezth, dilectus et fidelis noster, qui a primo introitu nostro in regnum Vngarie, nobis iure geniture debitum, fideliter, indesinenter, et indefesse in nostris agendis deseruiens magnas et indicibiles inimicicias a nostris infidelibus, et nostre promocionis statum inpedientibus recipiens, constancia sue virtutis semper stabilis et inpermutabilis, nostro lateri astitit a proposito et fideliter incepto nullatenus deuiando, cuius siquidem operaciones laboriosum scribenti et tediosum concipienti existeret explicare, quas idem propter nos, et nostri status promocionem exercuit et inpedit. Verum ne humane condicionis obliuio tediosa predicti magistri Benedicti, meritorias virtutes,et effectuosas operaciones a nostre maiestatis memoria, dissipet penitus et euellat, aliquas ex ipsis presentibus duximus declarandas primum siquidem, quod idem magister Benedictus, a prelatis et baronibus regni vngarie, ad nos in apuliam, regnum nostrum in legacionem transmissus graciosas et vtiles, tam ipsi regno Vngarie, quam nobis legaciones retulit et attulit, videlicet, quod nos celerius quam possemus in ipsum regnum Vngarie, tam eleccione predictorum prelatorum, et baronum, quam iure geniture nobis debitum, iter et intratum nostrum accelerare festinaremus, quod vt breuiter concludamus, ipsius magistri Benedicti laboribus et expensis sumptuosis in predicta legacione ad ipsum regnum Apulie semel, secundo et tercio venientis felicem deductum est ad effectum, et nos in dictum regnum nostrum Vngarie, ipsius industria et diligenti solercia, absque aliquali impedimento itineris nostri et nostrorum, tam feliciter, quam letanter, ipsius regni gubernacula, prout iuris exigebat racio, meruimus

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 94 von 696

amplexari et ut decebat adipisci. Sed quia ipsius regni Vngarie tribulaciones, et anguscie in ipso regno deo permittente quasi ab antiquo innate nobis inibi existentibus et gubernacula ipsius regni conportantibus nos plurimum vrgebant, et angebant, regali ex officio prout tenebamur ipsis necessitatibus et tribulacionibus conpacientes, ac mederi cupientes, cum remedia opportuna in ipso regno Vngarie, ad curam et alleuiacionem predictorum inuenire nequiuerimus, de consilio prelatorum et baronum ipsius regni nostri Vngarie, sepedictum magistrum Benedictum in nostris negocys et fidelitatibus approbatum et examinatum ad summum pontificem et cetum kardinalium predicti regni nostri Vngarie intrinseca et intestica (így) desolacione collapsi, reparacione et reformacione destinauimus, qui sue virtutis constancia, et industria, predicti regni nostri reformacionem, non minus feliciter, quam legaliter, diuino auxilio adiutus procurauit, et nobis totique regno Vngarie legacionem consolacionis vbertatem afferentem reportauit. Ceterum cum quidam infideles et rebelles, regni nostri Vngarie in nostram maiestatem insurgentes nos in gubernacione et regimine regni nostri perturbantes, a solio nostro deicere laborarent, nec via nobis, per quam ipsis obuiare possemus intra regnum nostrum patuisset et inueniri potuisset, de consilio fidelium prelatorum et baronum dicti regni nostri, ad auunculum nostrum Carissimum Albertum dei gracia regem Romanorum recursum habuimus, et ad ipsum dictum magistrum Benedictum, fidelem, ymmo fidelissimum nostrum transmisimus, qui innate sue fidelitatis et usitate erga nos constanc . . . discrete, cum dicto auunculo nostro pro leuigacione dicti regni nostri processit, vt dicti infideles nostri ad nostram maiestatem se prout decet . . . . . nobis in omnibus et per omnia tamquam domino ipsorum naturali humiliter parere studuerunt. Igitur vt premissum est, sepedictus magister Benedictus ad nostram presenciam accedens, de supradictorum seruiciorum suorum exhibicione confisus, quandam terram Loak vocatam, habitatoribus destitutam in Comitatu Sirmiensi existentem ad nostram collacionem de iure et de facto pertinentem, sibi dari et conferri, de munificencia regali in seruiciorum suorum merita et retribuciones postulauit. Ve-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 95 von 696

rum nos ipsius peticionem, et suplicacionem, iustam, legitimam, et racionabilem concensentes, et arbitrantes, de consilio prelatorum, baronum, et nobilium regni nostri supradictam terram Loak vocatam, cum omnibus vtilitatibus et pertinencys suis vniuersis, sepedicto magistro Benedicto, et heredibus suis heredumque successoribus, qui licet maiora, et pociora mereretur in aliqualem recompensacionem, et retribucionem premissorum, et vt ceteros ad similia prouocemus, donamus, tradimus et conferimus, iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam, et habendam, et cum presentes nobis reportate fuerint, super premissa nostra donacione, et collacione ipsi magistro Benedicto, et heredibus suis litteras nostras priuilegiales dari et conferri faciemus. Datum iuxta Hoznus, feria sexta proxima post festum pentecostes. Anno Domini M° Trecentesimo quarto.

Hátlapján a nagyobb paizs alakú pecsét romjaival; eredetije a b. Révay cs. lvtban, Diversarum fasc. I. 6. Közli: Kovács N.

75.

1304. máj. 26. A szalavári convent előtt Uzsai Domokos ipával és sógorával bizonyos hatalmaskodás iránt kiegyezvén, kielégítésül egy birtokrészt nyer.

Nos Conuentus monasterij beati adriani de Zala omnibus Christi fidelibus quibus presentes ostendentur volumus fieri manifestum, quod comite (dominico de Usa ex una parte) Michaele filio Cipriani et petro filio Othmar de Vrus parte ab altera personaliter coram nobis constitutis, propositum extitit et relatum per eosdem, quod in causa quam dictus comes dominicus contra eosdem Michaelem et petrum super facto furtiue apercionis ecclesie santi Georgij martiris et rerum suorum exinde ablacione, nec non domine consortis sue filie et sororis eiusdem violenta et potenciali eieccione et exclusione de eadem ecclesia, mouere voluisset, tandem per composicionem et ordinacionem proborum virorum in talem formam pacis et concordie vnionem deuenissent, quod prefati Mikael et Petrus terram eorum circa possessionem eiusdem comitis dominici in

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 96 von 696

vsa predictam ipsos contingentem que metis circumcingitur infrascriptis ex parte possessionis eiusdem, dedissent et contulissent prefato comiti dominico et suis heredibus perpetuo et irreuocabiliter possidendam et habendam tali obligamento interiecto quod si temporis in processu ijdem Mikael et Petrus vel eorum heredes super facto terre predicte ipsum comitem dominicum uel ipsius successores, aut ipse comes dominicus seu sui heredes, prefatos Mikaelem siue ipsorum posteritates racione causarum prenominatarum molestarent vel in causam attraherent, extunc mouens causam, contra alteram partem dictam ordinacionem obseruantem, ac si in duello succubuisset remaneret prout se alter alterum sponte obligarunt coram nobis. Item ydem Mikael et petrus, ipsum comitem dominicum et eius heredes, ab omnibus inpetitoribus assumpserunt expedire racione terre predicte proprys eorum laboribus et expensis, qui si secus facerent, extunc in pena subiacerent antedicta. Cuius quidem terre prima meta incipit in quodam prato circa terram filiorum detrici a parte orientis in quadam arbore Egurfa wlgariter nuncupata, et exinde circa terras arabiles tendit ad partem aquilonis, ad finem terre arabilis et abhinc diuertitur ad plagam orientalem et peruenit ad unum fontem putei, deinde ad eandem plagam eundo deuenit ad vnum pratum in quo sunt dumi viminum, deinde ad eandem plagam ad arborem magnam piri, abhinc salit fluuium lesenche ad eandem partem, et exinde subit alium riuum Holtlesenche uocatum et in eodem fluuio uadit ad caput ipsius fluuy Berekfeu uocatum, et exinde parumper declinat ad partem meridionalem in valle, et inde scandit de ipsa valle ad partem orientalem in siluam et peruenit ad duas metas terreas, deinde in eadem silua similiter ad duas metas terreas, deinde dirigitur ad eandem plagam orientalem ad vnam vallem hidegweulg vocatam et exinde diuertitur ad meridiem et incidit in viam magnam que uenit de durugd et in eadem via itur ad partem occidentalem et peruenit in transitum aque Lesence supradictum, et exinde saliendo ipsum fluuium directe ad occidentem incidit in riuulum descendentem de domo Comitis dominici supradicti, et in ipso riuo currit ad partem occidentalem satislonge et cadit in viam magnam et per ipsam viam vadit ad ecclesiam tendendo ad

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 97 von 696

meridiem et in ipsa peruenit ad unam foueam limosam, que est circa . . . am ecclesiam a parte meridiei, et exinde circueundo ipsam ecclesiam a parte meridiei incidit in uiam magnam et exinde in eadem uia currit ad occidentem et peruenit ad unam vallem ad fontem putei Lanckuta uocatum, et exinde ad eandem partem occidentalem in eadem valle eundo salit vnam uiam et directe transgrediendo ad eandem partem et per ipsam transcurrendo, peruenit ad monticulum in quo sunt arbores tiliarum et exinde progrediendo peruenit ad unam uiam et in eadem via ad partem meridionalem peruenit ad montem Scapacha uocatum et ibi terminatur sicut partes prefate affirmarunt. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus nostri sigilli pendentis munimine roboratas. Datum feria tercia proxima post octauas penthecostes Anno domini Millesimo Trecentesimo quarto.

Hártyaszalagon függött pecsétje hiányzik; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 431. 14.

76.

1304. jun. 11. A pozsonyi káptalan előtt, Szentgyörgyi Ábrahám és fiai Hertlin pozsonyi bírónak egy szigetet elörökítenek

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie posoniensis salutem in domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire. Quod constitutus personaliter coram nobis Comes Abraam de sancto Georgio pro se et pro filijs suis, scilicet Thoma et Sebeuk ex una parte, hertlinus Iudex ciuitatis posoniensis ex altera, idem Comes Abraam est confessus viua uoce, quod ipse quandam insulam suam Moruch Zygete uocatam, sitam inter Insulam ville dyenus et Insulam ville heet Jacobi Iudicis attingentem eciam Insulam Myser ab una parte, ab altera uero inter insulas Nobilium parte de Churla adiacentem, predicto hertlyno Iudici cum omnibus utilitatibus prouenientibus et attinencijs vniuersis vendiderit et dederit pro nouem marcis sibi, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus inreuocabiliter iure perpetuo possidendam

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 98 von 696

et habendam, quam sumpmam pecunie predictus Comes Abraam ab eodem hertlyno plenarie recepisse et habere est confessus, obligando se, quod quicunque processu temporum ipsum hertlynum vel suos heredes heredumque suorum successores racione predicte insule uellet forsitan molestare, uel in aliquo agravare, ex tunc sepedictus Comes Abraam et sui heredes heredumque suorum successores tenebuntur ipsum hertlynum et suos heredes expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam nostras dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in die Barnabe apostoli. Anno domini M° CCC° quarto.

Metszett betükkel, pirossárga selyemszálakon függő ép pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 325. 5. Közli: Óváry L.

77.

1304. jun. 23. A leleszi convent előtt Aba comes és Dénes fia Dezső kibékülnek.

Nos Walterus prepositus de lelez et Conuentus eiusdem monasterij damus pro memoria Quod astitit coram nobis personaliter Comes Aba ex una parte ab altera uero magister deseu filius dionisi similiter personaliter veniens coram nobis astando retulerunt uerba in hunc modum quod causa que fuisset mota inter ipsos super spolium et super duelum in quo idem Aba spoliacionem ville sue ante palatinum dictum deseu ad ipsum pertinentes accusabat, petrum filium Jacobi Adrianum Micaelem dictum Chor matiam filium esehtos et alios quod duelum in quindenis beati Jacobi apostoli pugnare inuicem tenebantur, super omnia idem Aba magistrum deseu sibi dixit satisfecisse coram nobis et omnem causam sedavit et reliquit in duello et in alijs excessis quod nunquam aliquo processu temporum contra deseu et suos pertinentes moueret quescionem econtrario qualem causam deseu abuisset contra abam hoc similiter sedauit et reliquit et si aliquas litteras aberet casuales inter ipsos tam in duello et in alijs causis ipsorum ille essent inanes et uacue. Datum in vigilia beati Johannis baptiste

Anno domini M° CCC° quarto. Item iudicem et pristaldum comuniter erunt placaturi.

Pecsét nyommal ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1698. 3. Közli : Óváry L.

78.

1304. julius. A pécsi káptalan előtt a Pápa nemzetségből való Demeter, Zalai Domokosnak Nak Tolna vármegyei birtokot elörökíti.

Nycolaus prepositus et capitulum ecclesie quinque ecclesiensis omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire. Quod demetrio filio Ladyzlai filij Kustan de genere papa sicut dixit, ad vna parte. Dominico filio Johannis filij Sydo de Zala de Comitatu Symigiensi, pro se et pro Stephano fratre suo carnali ab altera coram nobis personaliter constitutis, idem demetrius est confessus oraculo viue uocis, quod quandam possessionem seu terram suam Nok vocatam in Comitatu Tholnensi inter terram Jurke filij Jurke a septentrione et inter terram stephani ac dominici filiorum Johannis predictorum ab oriente, et a plaga meridionali inter terram Albensis ecclesie Inam nominatam a parte vero occidentis inter terram Blasij filij herbordy de Berolth situatam, in qua ecclesia in honore beatj stephani prothomartiris est fundata vt asseruit, cum iure patronatus ipsius ecclesie, et cum omnibus alijs vtilitatibus eiusdem possessionis, siluis uidelicet pratis et fenilibus, ceterisque pertinencijs vniuersis, sub antiquis metis et terminis, sicut pater suus et antecessores sui, ac consequenter ipse habuisse et possedisse dinoscuntur, dedisset et vendidisset stephano ac dominico filijs Johannis filij Sydo superius nominatis pro octoginta marcis, tam per ipsos stephanum et dominicum, quam per eorum heredes, heredumque suorum successores vniuersos iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam et eandem pecunie quantitatem ipse demetrius ab eisdem stephano et dominico filijs Johannis se dixit recepisse.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 100 von 696

In cuius rei testimonium stabilemque firmitatem presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Actum anno domini Millesimo Trecentesimo Quarto, Mense Julio. Magistris Nicolao cantore, demetrio custode, et altero demetrio decano ceterisque quampluribus ibidem existentibus. Datum per manus discreti viri magistri galli lectoris quinque-ecclesiensis.

Zöldpiros selyemszálakon függő ép pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Eccl. Cap. Alben. 39. 30. Közli: Óváry L.

79.

1304. sept. 13. A pozsonyi káptalan előtt, Buke fia Pál és társai Magyari György özvegyét férjének birtokában meghagyják.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie posoniensis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire. Quod constituti personaliter coram nobis paulus Buke filius petri, et stephanus frater suus pro se et pro Johanne fratre suo et petrus filius perlis ex una parte. Domina Margaretha soror Thome vxor Georgij filij pousa de mogor ex altera sunt confessi, Quod licet mota fuerit materia quescionis inter ipsos, super dote et dotalicijs eiusdem domine, et diu fuissent altercati, tamen ad ultimum mediantibus probis viris scilicet Comite Farkasyo, magistro petro, Comite Jacobo et Sandur generacione sua, et Farkasyo filio Chene, in talem pacis concordiam deuenissent, quod possessiones eiusdem Georgij incipiendo a festo beati Mychaelis Archangeli proxime uenturo usque quartam decimam reuolucionem eiusdem festi cum omnibus utilitatibus suis eidem domine pro suis dotalicijs ac pro rebus tempore nupciarum secum apportatis pacifice permiserunt possidere, si uero eandem dominam medio tempore mori contingerit Ladizlaus filius suus filius Farkasij de Borsa ad predictum terminum ipsam possessionem possidebit exspiratis autem dictis annis predicta possessio in ius et proprietatem ipsius pauli et sociorum suorum reuoluetur, et sic ipsa domina et filius suus Ladizlaus predictos paulum Stepha-

num, Johannem et petrum a dote et dotalicijs predictis reddiderunt omnino expeditos. Obligando se quod quicunque processu temporum eosdem paulum et fratres uel cognatos suos racione predicte dotis uellet forsitan impetere uel uexare, extunc eadem domina et filius suus ladizlaus tenebuntur eosdem expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam nostras dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum dominico die proximo ante festum exaltacionis sancte crucis Anno domini M° CCC° quarto.

Metszett betükkel, zöld piros selyemszálakon függő pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 325. 13. Közli: Óváry L.

80.

1304. nov. 11. Az egri káptalan bizonyítványa arról, hogy Merhard fia Mihály, tartozására nézve Zochud fiát Mortunust egy földrészlettel akarta kielégíteni, ennek részéről azonban az ajánlat nem fogadtatott el.

Datum pro memoria quod cum iuxta continenciam litterarum memorialium Omodey Palatini magister Mortunus filius Zochud et Vencezlaus filius eiusdem, magistro Micaeli filio Merhardy in octauis Omnium sanctorum decem marcas coram nobis soluere debuissent, adueniente ipso termino Lukach seruiente ipsius Magistri Micaelis cum predictis litteris ipsius palatini pro eodem domino suo ex vna parte, ab altera uero Benedicto seruiente ipsorum magistri Mortunus et fily sui pro eisdem dominis suis coram nobis personaliter constitutis, idem Benedictus solucionem quidem nullam fecit sed dicebat, quod cum predicti domini sui pecuniam in promtu alias vnde soluere non habeant, vnam particulam terre de terra eorum Ozor vocata iusto modo estimando ipsas decem marcas valentem pro eisdem decem marcis darent et assignarent, dicto Magistro Micaeli possidendam, quam, idem Lukachius non accepuit (így) dicendo, quod quia solucio non fit iuxta formam litterarum suarum videlicet in promta pecunia terram vacuam idem magister Micael, pro ipsa pecunia non acceptaret, datum quarto die termini prenotati Anno domini M° CCC° IIII°.

Zárlatán pecsét nyomával; eredetije a gr. Károlyi cs. lvtban.

81.

1304. dec. 10. A nagyváradi káptalan Kozma és Ivánka comeseknek a Puk nemzetségbeli Tamás fiának megöletése miatt a váradi polgárok ellen indított perét, a váradi püspök visszatértéig elhalasztja.

Nos Capitulum ecclesie waradi(ensis da)mus pro memoria, quod cum secundum tenorem priorum litterarum nostrarum in causa quam super morte nobilis iuuenis Laurencij filij comitis Tho(me de ge)nere Puk, nobiles uiri Cosmas et Ivanka comites ac alij attinentes eidem mouerunt contra ciuitatem waradien(sem . . . . .) venerabili patre E. dei gracia Episcopo domino nostro in octauis beati Andree apostoli cognoss(cere) debuissemus ipso ter(mino . . . .) partibus coram nobis, magister Demetrius prepositus noster comparens dixit nobis uerbo p . . . . . domini nostri Episcopi . . . . . reditus eiusdem domini nostri in waradinum ipsam causam prorogaremus, quam nos ad ipsum terminum prorogauimus ex parcium uoluntate in statu priori. Datum quarto die termini prenotati. Anno domini M° CCC° quarto.

Zárlatán hosszúkás pecsét nyomaival; az eredetiről közli: Nagy Gyula.

82.

1304. Az egri káptalan előtt István nádor és fia az Erney bán által szerzett Borsod és Nógrád vármegyei birtokokat Dezsönek, Gömör vármegye főispánjának, mint rokonuknak, örök birtokába bocsátják.

Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Capitulum ecclesie Agryensis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire quod Stephanus palatinus filius Ernebani et Stephanus filius eiusdem qui pro se et pro omnibus alijs fratribus suis comparuit ad nostram accedens pre-

senciam, proposuit viua uoce quod duas possessiones eorum per eundem Erne banum acquisitas felzele et heegh vocatas in Comitatibus Neugradiensi et Borsodiensi existentes, cum vniuersis vtilitatibus earundem et specialiter eandem terram Felzele cum alia terra hydegkwth nominata sub eisdem antiquis metis et terminis quibus per eosdem fuerunt possesse dedissent, tradidissent et contulissent magistro desew Comiti Gumuriensi cognáto eorum sibi et suis heredibus heredumque suorum successoribus Jure perpetuo possidendas et habendas. Insuper obligarunt se dicti Stephanus palatinus et filius suus et heredes suos predictum magistrum desew et heredes eiusdem vniuersos ab omnibus racione earundem possessionum inpetere nittentibus defendere et expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei testimonium ad instanciam eorundem presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas presentibus tamen magistro Stephano preposito, Symone cantore, Johanne lectore, Stephano custode, Martino de pata, Egidio de Wngh, Johanne de heues Symone de nouo castro archidiaconis et alijs multis Anno domini M° OCC° quarto Regnante Karulo Illustri rege hungarie Mychaele strigoniensi, Stephano Colocensi Archyepiscopis et domino nostro venerabili patre Andrea dei gracia Episcopo Agryensi existentibus.

Az egri káptalannak 1322-iki, Ratholdi Dezső mester özvegye, István nádor leánya számára kiállított átiratából, mely Róbert Károly királynak 1341-ben kelt parancsa folytán 1342-ben ugyancsak az egri káptalan által átíratott; ennek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 870. 1. Közli: Óváry L.

83.

1304. Az egri káptalan előtt Erney bán fia István nádor és ennek fiai, Paga nevü birtokot Zemplén vármegyében, Geche fiának Gergelynek adományozzák.

Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis. Capitulum ecclesie Agriensis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire. Quod Stephanus palatinus

filius Erney bani ad nostram accedens presenciam proposuit viua uoce, quod quandam possessionem suam aquisitam paga vocatam in Comitatu de Zemlyn iuxta fluuium soyow existentem cum vniuersis utilitatibus et pertinencijs suis sub eisdem metis et terminis quibus eandem possedisset, tum ob merita fidelitatis et seruiciorum Comitis Gregorij filij Geche seruientis sui, que sibi in diuersis expedicionibus suis intuendo personam ipsius fortune casibus se exhibendo cum effusione sui sanguinis impendit, tum eciam pro centum marcis eiusdem fini argenti quas sibi in sua necessitate in alieno regno videlicet in Boemya mutuauit dedisset donasset et contulisset eidem comiti Gregorio et per eundem Geche fratri eiusdem sibi et suis heredibus, heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter pacifice possidendam et habendam, et Stephanus filius eiusdem palatini coram nobis personaliter constitutus huic donacioni dicti patris sui plenum consensum prebuit et assensum. Alij uero filij eiusdem palatini videlicet Johannes, Jacobus, Ladizlaus et Gregorius presentibus Mikou de dedus et Symone de sancto petro plebanis socijs nostris per nos ad hoc destinatis suum consensum et assensum huic donacioni prebuissent ut dicti socii nostri retulerunt. Insuper obligauit se idem palatinus et dictos filios suos ac heredes eorum, predictos filios Geche et heredes eorundem vniuersos ab omnibus racione eiusdem possessionis impetere nitentibus defendere et expedire proprijs laboribus suis et expensis, et in pacifica possessione dicte terre indempniter conseruare. dixit eciam idem palatinus quod si dictis filijs Geche prefatam possessionem paga de impetitoribus conseruare non posset extunc aliam possessionem iusto modo estimando quadrigentas marcas valentem eisdem Gregorio et Geche pro ipsa possessione dare et assignare teneretur, preterea idem palatinus eandem possessionem paga vendendi in concambio dandi, legandi seu quouis colore alienandi eisdem Gregorio et Geche ac heredibus suis liberam coram nobis atribuit facultatem. Assumpmens quod nec ipse nec dicti filij sui processu temporis per quemquiam in alienacione dicte possessionis obuiare possent filijs Geche et heredibus eorundem supradictis. In cuius rey testimonium ad instanciam eiusdem palatini presen-

tes contulimus sigilli nostri munimine roboratas presentibus tamen magistro Stephano preposito Symone Cantore Johanne lectore stephano Custode martino de patha, petro de Kemey. Egidio de Wng, Buccio de Zabolch, Johanne de heues, Symone de Nouocastro Archidiaconis et alijs multis. Anno domini M° CCC° quarto. Regnante Wencezlao illustri rege hungarie, Mychaele strigoniensi, Stephano colocensi archyepiscopis et domino nostro venerabili patre Andrea dei gracia episcopo Agriensi existentibus.

Zöld és piros selyemzsinóron függött pecsét nyomával; fölűl metszett betükkel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1534. 16. Közli: Óváry L.

84.

1305. Valkó, jan. 23. Henrik slavoniai bán, tárnokmester és több vármegye főispánja, Zelianus comes és társai ügyének a pécsi káptalan előtt való fölvételét elhalasztja.

Nos Henricus banus Sclauonie magister Tauarnicorum domini Regis Vngarie Comes Simigiensis Tholnensis de Barana et de Bodrug damus pro memoria quod constitutis coram nobis comite Zeliano tam pro se quam pro Eleek cognato suo magistro Jacobo filio Corrardi tam pro se quam pro Thoma filio pauli ac eciam Leustachio filio Eck similiter tam pro se quam pro Ihone fratre suo nec non Ladislao filio Abraam tam pro se quam pro Nicolao filio Ereu ab vna parte Magister Desiderius similiter tam pro se quam pro magistro pousa ac eciam Demetrio et Jula personaliter ex altera dixerunt et confessi sunt oraculo uocis viue, quod causam quam in octauis quindenarum Epiphanie domini in presencia Capituli Quinqueecclesiensis habebant, quia ydem nostris sunt ad presens seruicys occupati de uoluntate parcium ad octauas Cinerum prorogasse secundum continenciam et tenorem litterarum eorundem statu priori permanente. Datum in wlkou apud Sanctum Georgium sabbato proximo post festum fabiani et Sabastiani martirum Anno domini M° CCC° quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a b. Révay cs. lvtban, »Gyulay« fasc. III. 9. Közli: Kovács N.

85.

1305. febr. 16. A pozsonyi káptalan előtt Jakab volt pozsonyi bíró, wödrici, blumaui és héthi birtokrészeit testvéreinek átadja.

Vniuersis xpi fidelibus presentem paginam inspecturis, Capitulum Ecclesie posoniensis salutem in qui salutis est fons, principium et origo, memoria hominum labe facta nichil perdit de re gesta in tempore si scripture patrocinio fulciatur. Igitur ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod Jacobus Jacobi (így) quondam Judicis ciuitatis posoniensis personaliter coram nobis constitutus viue uocis ministerio Nicolao Johanni Martino Georgio et paulo germanis suis fratribus et eorum heredibus ac heredum suorum successoribus Jure perpetuo et irreuocabiliter totam suam partem seu porcionem que in possessionibus Weydricz, Item in pluamenav Item in heth ipsum contingere dinoscitur, cum terris arabilibus et non arabilibus molendinis pratis Insulis et quibuslibet alijs eiusdem sue partis vtilitatibus et pertinencijs vniuersis quocunque nomine censeantur, pro quinquaginta marcis latorum denariorum wyennensium decem pensis singulis computatis a prenominatis suis fratribus plene et integraliter habitis et receptis, quiquidem fratres scilicet Nicolaus Johannes Martinus Georgius et paulus omnes in presenciarum astiterunt coram nobis dedit tradidit uendidit et a se alienavit semper ad possidendum tenendum pariter et habendum Jure et titulo nichilominus eisdem quibus hactenus ipsemet dinoscitur possedisse. In cuius uendicionis et empcionis memoriam presentes appensione nostri sigilli autentici roboratas duximus concedendas datum feria tercia proxima post dominicam Circumdederunt Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinto.

Metszett betükkel és sárga-violaszín selyemszálakon függő ép pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 321. 5. Közli: Óváry L.

86.

1305. apr. 1. A nyitrai káptalan előtt Baráthkuti Ippolit, birtokrészét Elefánti Mátyás comesnek elzálogosítja.

Capituli nitriensis (littera) feria quinta proxima post dominicam letare anno domini Millesimo trecentesimo quinto clause confecta per Ipulitum de Barathkuth possessionem suam de eadem Barathkuth cum nemore et dimidietate loci molendini ac alijs vtilitatibus Comiti Mathie filio Andree de Elefanth pro quatuor marcis per spacium vnius anni sub pena duppli si non redimeret in pignus positam fuisse declarabat....

Garai Miklós nádor 1411-ki ítéletleveléből, melynek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1672. 100. Közli: Óváry L.

87.

1305. apr. 6. A pozsonyi káptalan előtt több mosonyi várjobbágy egy szigetet az oroszvári határban, Hertlin pozsonyi bírónak örökül bevallanak.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie Posoniensis salutem in domino sempiternam, Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, Quod constituti personaliter coram nobis Thoma et Thomas, Martinus pro se et pro Nycolao fratre suo ac domina Seppencia relicta Mychaelis filij Geztred pro se et pro filio suo Fridlino, ac Stephanus, iobagiones castri Muzuniensis ex una parte, Hertlinus Judex Ciuitatis Posoniensis ex altera, ydem Thoma, Thomas, Martinus domina Seppencia et Stephanus sunt confessi, quod ipsi quandam Insulam ipsorum in Metis Vruzwar circa Danubium inter Insulas videlicet Colommani et Insulam Reynning ac Insulam Kamazzyget vocatas et fenetum ville Heet adiacentem Stellengrunt nominatam, cum omnibus suis vtilitatibus et attinencijs vendidissent dedissent et assignassent pro octo marcis, plene ab eodem receptis eidem Hertlino predicto et per eum suis heredibus heredum-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 108 von 696

que suorum successoribus perpetuo iure possidendam et habendam, tali modo, quo quicquid inundacio vel diminucio aque ipsius Danubij diminueret vel augmentaret in predicta Insula, ambe partes sicut decet secundum consuetudinem pacienter sustinerent, Preterea quicunque processu temporum ipsum Hertlinum vel suos heredes heredumque suorum successores racione predicte Insule vellent forsitan inpetere vel uexare, extunc ijdem Thomas Thomas (így) ac domina Seppencia et Fridlo (így) filius eius et Stephanus supradicti tenebuntur eosdem expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam nostras dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas, Datum feria tercia proxima post dominicam Judica Anno domini M° CCC° quinto.

Fehér vörös zsinóron függött pecsét nyomaival s metszett betűkkel ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 377. 1.

88.

1305. Pelérd, máj. 18. István Baranya vármegye udvarbírája (alispánja) s bírótársai előtt Óvári Jakab és Lothárdi Márk s fia, az egymáson elkövetett kártételeket megbocsátják és egymást kielégítik.

Nos Stephanus Curialis comes de Barana et quatuor iudices nobilium de eodem Comitatu, damus pro memoria, quod cum Comes Jacobus filius magistri Corrardi, Markum de Lotharth et Cosmam filium suum in causam traxisset coram nobis, et quamuis ipsum negocium diucius fuisset uentilatum inter partes tamen mediantibus probys virys super omnibus et omnimodis destruccionibus combuscionibus uulneribus morte uel mortibus dampnis quibuslibet et iniurys usque modo siue datarum presencium, hinc et inde subortis datis factis et illatis contra inuicem, mutuo sibi inuicem satisfacionem inpenderunt coram nobis et insuper ydem comes Mark et Cosmas filius predicto magistro Jacobo iuxta formam litterarum nostrarum memorialium, dederunt duas marcas et dimidiam coram nobis Item extitit taliter ordinatum inter partes, quod si qua parcium motrix licium super preteritis et premis-

sis dampnis nocumentis et iniurys coram quouis iudice extiterit quandocunque sine strepitu Judicy pena debita puniatur Datum in Pelerd tercia feria proxima post quindenas Apostolorum philippi et Jacobi Anno domini millesimo Trecentesimo quinto.

Zárlatán pecsét töredékeivel ; eredetije a b. Révay cs. lvtban, Révay fasc. I. 15. Közli : Kovács N.

89.

1305. maj. 31. A pozsonyi káptalan előtt Szentkereszti Hunt fia János Ilkahelység határában egy birtokrészt Jánoki Jakab comesnek elörökít.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie Posoniensis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire Quod constitutus personaliter coram nobis Johannes filius Hunt de sancta Cruce ex una parte, Comes Jacobus de Januk et thomas filius fratris sui pro se et pro fratre suo dominico ex altera idem Johannes est confessus, quod ipse quandam particulam terre circa villam Ilka existentem Cuzee nuncupatam scilicet dimidietatem terre Cuzee preter porcionem Petri fili Cozme, quam a Ladizlao et Andrea filijs Tholue pro sex marcis latorum denariorum viennensium prout in nostris litteris priuilegialibus uidimus contineri emisset, eisdem comiti Jacobo, Thome et fratri suo Dominico, eodem iure quo ipse conduxit et habuit, cum omnibus utilitatibus suis videlicet cum captura piscium quod uulgo weyzhel nuncupatur, pratis, fenetis terris arabilibus et non arabilibus Pascuis pecorum .... fundo curie uendidisset et dedisset pro eadem sumpma pecunie plene ab eysdem recepta in filios filiorum in ..... iure perpetuo possidendam et habendam. In cuius rei memoriam nostras dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas ..... Datum in die sancte petronelle Anno domini M° CCC° quinto.

Szakadozott állapotban, függő pecsét nyomával ; eredetije a pozsonyi kápt. lvtban. 14. 10. 49.

90.

1305. jun. 24. Az erdélyi káptalan előtt Kodori János, rokonainak beleegyezésével, Komlós földtér tulajdonjogát Kolozs vármegyében, vejére Fekete Péterre átruházza.

Capitulum ecclesie beati Mychaelis Archangeli Transsiluane. Omnibus xpi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Vt gesta que in tempore fiunt inter partes varietate temporum non labantur seu vacillent, ipsa gesta ad cautelam patrocinio litterarum consueuerunt roborari, proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire Quod Johannes filius martini de Kodor et petrus filius Laurencij fratris sui pro se et pro moog ac herceeg fratribus suis nec non dominico filio perglyn coram nobis personaliter constituti Confessi sunt quandam terram suam hereditariam Komlous uocatam inter terram Rynch et terram scentpetur uocatas in comitatu de Clus existentem sicut dixerunt cum omnibus utilitatibus eiusdem terre Komlus, sub metis et terminis quibus ydem et predecessores ipsorum tenuerunt et possederunt ab antiquo, ex consensu et bona voluntate omnium propinquorum et cognatorum suorum prout retulerunt dedisse racione proximitatis et donasse petro dicto nigro genero suo, perpetuo in filijs filiorum possidendam pacifice et habendam, et specialiter Mychaele filio dyonisij de sancto petro sororio dicti petri filij Laurencij consenciente, et huic donacioni coram nobis annuente. Obligantes se insuper idem Johannes et petrus filius Laurencij. ac Mychael memorati, ab omnibus racione predicte terre Komlous ipsum petrum inpetere aut in ius euocare uolentibus expedire proprijs laboribus et expensis et in pacifica possessione dicte terre indefesse conseruare. Tali tamen condicione interiecta quod si idem petrus sine herede a predicta domina procreato uiam uniuerse carnis ingrederetur, extunc ipsa terra Komlous ad eosdem Johannem et petrum ac predictos fratres suos necnon ad heredes eorundem reuertetur in perpetuum possidenda. In cuius rei testimonium

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 111 von 696

et robur perpetuum ad instanciam et peticionem parcium litteras nostras presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beati Johannis baptiste. Anno domini M° CCC° quinto Stephano preposito, Thoma cantore, Vincencio custode, Nicolao decano existentibus.

Vörös selyem zsinorón függött pecsét nyomával; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. nagy-szebeni fisc. lt. Kolos. 10½ szekr. 28. a. Közli: Óváry L.

91.

1305. jun. 26. A szepesi káptalan előtt András comes, László és Frank, az egymás irányában fönforgott viszályokat kiegyenlítik.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus memorie . . . . . significamus quibus expedit uniuersis, quod constitutis coram nobis personaliter Andrea comite filio comitis quondam poloni ex parte una. Ladizlao et Frank nepotibus quondam domini . . . . . sdem Andreas Comes super multis ac uariis articulis uidelicet super molendino de uilla farcasij et utilitat . . . . . empcionis uille Farcasij inde percepta. Item de u . . . . . famuli Andree comitis. Item de dampno unius equi sub Ricolpho sagitati. Tum super fundo curie ac uno Brasiati . . . . super terra medij aratri, que nostri privilegio em . . . . . uille farcasij pro Ricolpho filio Marsilij excepta extitit contra ladislaum et Frank contencio uerteretur de premissis om . . . articulis iuxta arbitracionem proborum virorum isab . . . . . Panki filij Boleslai valint filij Gyroslai et Dyonisij a parte Andree comitis assumptorum. Item Magistri Kokos filij Comitis quondam Ricolphi, Dirkaz Iwani, et Jacobi . . . . . ex parte ladizlai et Frank constitutorum uiue uocis testimonio confessus est a ladizlao et Frank satisfaccionem omnimodam recepisse. Ita tamen quod molendinum in v . . . . . Andree comiti nomine sororis sue relicte comitis quondam Pauli restitutum et ipse Andreas tempore uite sororis sue pacifice debeat cum suis usibis possidere eodem tamen . . . . . no post mortem relicte

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 112 von 696

comitis Pauli cum suis usibus antedictis ladislao et Frank et eorum heredibus in filios filiorum hereditarie succedente adiecta nichilominus, quod pro terra medij a . . . . . uilegio ut premisimus excepta fuerat Quandam aliam terre particulam que in uiciniori parte ad uillam Marsilij adiacet, sub certis metarum signis per Magistrum Mertlinum ecclesie nostre . . . . . et dominum Jacobum ecclesie nostre canonicum plebanum de werbo a terris ville farcasij separata, Ricolpho filio Marsilij pro se et suis heredibus heredumque suorum successoribus remanere debent hereditarie possidenda, hoc eciam interposito, quod decima de eisdem agris proueniens a decimis agrorum uille farcasij separata sit amplius et exclusa, adiuncto preterea, quod quicunque uiuente relicta Comitis Pauli racione Braseatorij aut fundi curie aut post mortem ipsius racione molendini andreas ladislaus et frank attemptare seu inquietare presumpserit, sepedictus Andreas comes ipsos expedire tenebitur proprijs laboribus et expensis, saluo eciam eo, quod quicunque parcium huic ordinacioni et arbitrio ausu temerario contraire presumpserit, penam quinquaginta marcarum argenti incidisse se nouerit ipso facto, quarum medietas cedet judici et residua medietas parti arbitrium sustinenti. In cuius testimonium presentes litteras sub sigilli nostri testimonio duximus concedendas. Datum in die beatorum martirum Johannis et pauli. Anno domini M° CCC° quinto.

Romladozott állapotban, zöld selyem zsinóron függő ép pecséttel és metszett betükkel; eredetije a Görgey cs. lvtban. 2. 4.

92.

1305. jul. 8. A csatári convent előtt Telekesi Bodor bizonyos hitbérre nézve Tamás és Simon páli nemeseket nyugtatja, egyszersmind a nevezett Simon és Guke jobbágya Pál, a nevezett Tamásnak bizonyos földbirtokot elárusítanak.

Nos abbas et Conuentus Monastery sancti petri apostoli de Chatar Significamus vniuersis quibus presentes ostenderint (így) quod Budur de Thelucus et paulus iobagio magistri Guke pro se et pro filijs suis ab una parte Thomas et Simeon

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 113 von 696

nobiles de pauli ex altera coram nobis constituti idem Budur personaliter astans pro dote uxoris Hugel sororis patris sui Thomam filium Lebas et Symonem cognatum eiusdem Nobiles de pauli retulit expeditos. Item paulus et filij sui Myke Peter et Martinus medietatem terre Hugel quam cum filia sua idem Hugel eidem paulo tradiderat uendidit eisdem Thome et Symeon pro una marca perpetualiter possidere, nec hoc pretermisso quod idem Symeon porcionem suam quam habebat in terra Hugel uendidit Thome et filijs suis racione unius marce similiter perpetuo possidendam. Datum in quindenis sancti Johannis Baptiste. Anno M° CCC° quinto.

Zárlatán pecsét nyomával; eredetije Keszthelyen, a gf. Festetics cs. lvt. »Ignota Miscellanea« 19.

93.

1305. aug. 17. A budai káptalan előtt Miklós budavári polgár, a személyén és vagyonán Iván comes budai alvárnagy által elkövetett hatalmaskodásért adott elégtételre nézve ezen utóbbit nyugtatja.

Nos Capitulum Budensis ecclesie Memorie Commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod magister Nicolaus filius petri filij Zubuzlow ciuis de castro Budense ab una parte. Item Comes Iwan vicecastellanus de Regio palacio de veteri Buda ab altera coram nobis personaliter Constituti Idem magister Nicolaus viue vocis oraculo est confessus, quod dictus Comes Iwan nomine suo et magistri Stephani dicti Bugar domini sui super captiuacione persone sue hoc anno per eundem Iwan facta, et ablacione rerum suarum omnimodam satisfaccionem impendisset eidem, bona sua per ipsum ablata ad plenum restituendo, super quaquidem captiuacione et rerum suarum ablacione eundem comitem Iwan et magistrum Stephanum dominum eiusdem per omnia redidit expeditos coram nobis. Datum tercio die assumpcionis beate uirginis. Anno domini M° CCC° quinto.

Hátlapján pecsét nyomával; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 860. 2. Közli: Óváry L.

94.

1305. sept. 14. A pécsváradi convent előtt Óvári Jakab és István Bodméri Darabos István fiaival kibékülnek, s egymásnak mindennemü kártételeket elengednek.

Nos Conuentus Monastery Waradyensis damus pro memoria, quod Comite Matheo filio Balasey de Mosay officiali Comitis Jacobi filij magistri Conrardy de Owar pro eodem Comite Jacobo domino suo, et pro Stephano carnali fratre eiusdem Comitis Jacobi, cum procuratorys literis ipsius Comitis Jacobi domini sui ab vna parte, Item Nicolao filio Stephani de Budmer, dicto dorobus pro se et pro Egidio fratre suo carnali, ab altera, coram nobis personaliter comparentibus Super omnibus et omnimodis destruccionibus, combuscionibus, confraccionibus ecclesiarum, percussionibus mulierum, uulneracionibus et interfeccionibus hominum, ablacionibus rerum, dampnis datis et quibuslibet iniurijs irrogatis, inter ipsum Comitem Jacobum et Stephanum fratrem suum ab vna parte, Item inter predictos Nycolaum, Egidium ab altera hinc et inde ventilatis et subortis usque modo, seu usque datum presencium nostrarum litterarum, ambe partes, mutuo et in inuicem sibi satisfacientes, sopitis et sedatis omnibus premissis, ad pacis et concordie vnionem, ipsas partes dixerunt deuenisse. Ita videlicet quod neutra parcium, contra partem alteram super omnibus premissis controuersiarum articulis, iam sopitis et sedatis inter partes, aliquam mouere poterit materiam quescionis temporis in processu. Datum in die festo Exaltacionis sancte Crucis. Anno domini M° CCC° quinto.

Hátlapján pecsét nyomával; eredetije a b. Révay cs. lvtban, »Gyulay« fasc. III. 8. Közli: Kovács N.

95.

1305. sept. 21. Sándor Gömör vármegye alispánja és bíró társai előtt Ravasz Miklós comes bizonyos ló végett ügyének elintézését Fekete Miklósra és fiára bízza.

Nos magister Alexander curialis Comes de Gumur et quatuor iudices nobilium de eodem conmittatu (így) Damus pro memoria Quod constitutus coram nobis Comes Nicolaus dictus Rouoz et proposuit uiua uoce quod causam quam habet coram curiali comite et quatuor iudicum de nouo castro super inpedicione unius equi quem Clementinus filius Nicolai nigri inpediuit a Andrea barbato sub nomine Nicolai predicti ipsam accionem sev quescionem conmisit idem Nicolaus iamdictus Clementino ac patri eius predictis finaliter exequendam et quicquid per ipsos actum uel ordinatum fuerit ratum et firmum habituri. Datum feria secunda proxima scilicet in die Mathei apostoli anno domini M° CCC° V°.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Bárczay cs. lvtban, 1. 28.; az oklevél kelte hibás, mert 1305-ben Máté napja nem hétfőre, hanem keddre esett.

96.

1305. oct. 26. A budafelhévizi convent előtt, a margitszigeti apáczák a budai káptalant és a jenei rév fölötti molnárokat, ezek malmainak elhelyezése miatt tilalmazzák.

Nos frater Jacobus prior et Conuentus cruciferorum ecclesie sancte Trinitatis de Calidis aquis damus pro memoria Quod Comes paulus officialis sororum ecclesie sancte marie de Insula circa Budam existenti, vice et nomine earundem sororum coram nobis comparendo, est confessus quod prefate sorores a locacione situum molendinorum In danubio ex alia parte supra portum ville Jeneu existencium, discretos viros capitulum ecclesie Budensis, et a conduccione predictorum locorum molendinorum racione propinquioris vicinitatis et com-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 116 von 696

metaneitatis molendinarios suburbienses ante conduccionem, et hora conduccionis oculo ad oculum et ipse sollempniter prohibuissent, qui scilicet molendinary et ipsum capitulum super facto huiusmodi prohibicionis non desistissent et prohibicionem super locacione et conduccione locorum seu sytuum molendinorum predictorum non acceptassent in preiudicium earum et grauamen, dixit eciam idem Comes paulus quod vice et nomine earundem sororum prohibuisset eciam pro eo utramque partem dictam, quod portus danuby In Jeneu per ipsos molendinarios transeuntibus agrauari et inuria pati videretur. Et super huiusmodi prohibicione presentes litteras idem Comes paulus ipsis sororibus dari postulauit. Datum In festo sancti demetry martiris Anno domini M° CCC° quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Mon. Poson. 51. 10. Közli: Óváry L.

97.

1305. A nagyváradi káptalan előtt Tivadar fia János, rokonaival a kolthi birtokon megosztozik.

Littera diuisionalis Capituli Ecclesie Waradiensis. In anno domini Millesimo Trecentesimo Quinto emanata exprimebat Quod Johannes filius Theodory et Johannes filius Nicolai de Kolth ab vna. Item Georgius, Michael et Stephanus filij Simonis et ladislaus filius Stephani personaliter ac pro Laurencio et Nicolao fratribus suis, necnon petro fratre eiusdem ladislai ab altera, coram ipso capitulo constituti fassi fuissent quod ipsi in causa in facto dicte possessionis Kolth mota, per ordinacionem proborum tam vicinorum quam aliorum ad talem concordie deuenissent vnionem quod solum sessiones in eadem Kolth inter se diuisione perpetuo durabili diuisissent, et dimidietas eiusdem ville Kolth ab occidente habita, cessisset eisdem filijs Simonis, et filijs Stephani perpetuo possidenda, alia medietate eiusdem ab oriente sita predictis filijs Theodori et Jacobo filio Nicolai eadem condicione remanente . . . .

Geréb Péter országbíró 1496-ki ítéletleveléből, melynek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 376. 28. Közli: Óváry L.

98.

1305. Az egri káptalan előtt a Gütkeled nemzetségből való Keresztúri Dénes és rokonai, keresztúri birtokukat Zemplén vármegyében, Dersi Rofoin fiainak Szekeres nevű Szatmár vármegyei birtokával elcserélik.

Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Capitulum Ecclesie Agriensis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Comite dyonisio filio petri de Kyrysthur de genere Guthkeled et Johanne filio (suo pro se) et pro Ipolito ac ladislao fratribus (suis ab u)na parte. Ab altera uero Alexandro filio Rophin de ders pro se et (pro) laurencio ac Nicolao (fratribus) suis coram nobis personaliter (constituti) prefati comes dyonisius ac Johannes filius suus proposuerunt (uiua uoce) quod dimidietatem cuiusdam possessionis eorum hereditarie Kyrystur nominate in comitatu de Zemlyn existentis cum omnibus (utilitatibus) et pertinencijs suis preter sessionem eorum propriam ibidem habitam, ob dileccionem proximitatis Alexandri et fratrum suorum predictorum filiorum Rophyn dedissent donassent, et coram nobis donauerunt et contulerunt prefatis filijs Rophyn sibi et eorum heredibus iure perpetuo possidendam et habendam. econuerso autem predicti Alexander Laurencius et Nicolaus fratres sui in concambium dicte possessionis Kyrystur similiter dimidietatem cuiusdam possessionis ipsorum Scekeres uocate, in comitatu de Zathmar existentis similiter cum suis utilitatibus et pertinencijs prefato comiti dyonisio et filijs suis supradictis, sibi et heredibus eorundem perhempnaliter possidendam et habendam reliquissent et reliquerunt coram nobis, et quia prefata possessio comitis dyonisij melior et utilior seu ualidior erat, dicti Alexander Laurencius ac Nicolaus fratres sui insuper addidissent et persoluissent septuaginta marcas fini argenti memorato comiti dyonisio et filiis suis supradictis, quas quidem septuaginta marcas, ydem Comes dyonisius et Johannes filius sûus coram nobis confessi sunt (se) recepisse ab eis-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 118 von 696

dem, ea obligacione interiecta, quod quandocunque processu temporis seu successu, ydem Comes dyonisius et filij sui uel heredes eorundem dictam medietatem possessionis eorundem Kyrystur rehabere uellent prefati Alexander Laurencius et Nicolaus ac heredes eorundem receptis ipsis septuaginta marcis redde (re ac) restituere tenerentur. Insuper obligarunt se quod quandocunque lis seu aliqua controuersia super dimidietatibus possessionum Kyrystur et Scekeres prefatarum susscitaretur, equali expenso et communiter agere seu laborare pro prefatis possessionibus tenerentur. In cuius rei testimonium ad instanciam parcium presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas, presentibus tamen Johanne lectore. Stephano Custode, magistro Martino de patha. Egidio de Vng. Magistro Johanne de heues, archidiaconis, et alijs multis. Anno domini M° CCC° quinto. Regno hungarie Rege carente. Strigoniensi et cholocensi archiepiscopis uacantibus, domino nostro venerabili patre Andrea dei gracia Episcopo Agriensi existentibus.

Dersi Rophyn Miklós kérése folytán I. Károly király 1318-ki parancsára az egri káptalan által 1319-ben kiállitott átiratból, melynek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 861. 3. Közli: Óváry L.

99.

1305. Selmeczbánya város bírája és esküdt társai előtt Palugyai Vilmos fiai a weinantföldi birtok nyolczadrészét Henrik comesnek elörökítik.

Nos. Syfridus iudex, et Cyrmannus filius Arnoldi quondam iudicis nostri, et Nicolaus et ybanus saxones, Ch. de plano, Nicolaus filius Wilhelmi, Ch. dictus veler et hermannus dictus Rezinch et Biclinus de lapideo ponte, iurati in schelmiczbana tunc pro tempore constituti, vniuersorum memorie commendantes significamus presencium per tenorem, quod, Johannes, petrus, Heinricus, Jacobus filij Wilhelmi de pallude, pie recordacionis, comiti heinrico, filio Andree. Comitis vendiderunt, octauam partem in Weinantfuelde quam ibidem habere dinoscebantur, pro uiginti marcis fini argenti, de qua

pecunia ipsos plenarie reddidit expeditos, in cuius rei testimonium, presentes litteras cum sigillo maiori ciuitatis nostre, dedimus consignitas, quod predictus Heinricus ipsas partes ab omni contradiccione cum omnibus suis heredibus, heredumque suorum successoribus libere et quiete possideat, perpetualiter a contradiccionibus quibuslibet, absolutus. Anno domini M° CCC° quinto.

A félig ép pecsét sötét ibolyaszínű selyemsodraton függ; eredetije a M. Tud. Akadémia könyvtárában.

100.

1306. jan. 10. A nyitrai káptalan előtt az esztergomi érsekség sárói nemes jobbágyai, bizonyos birtokrészt más érseki nemeseknek elörökítenek.

Capitulum ecclesie Nitriensis Vniuersis xpi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire. Quod cum Johannes Gregorius et Alexander filii petri de Saroy nobiles iobagiones ecclesie strigoniensis iuxta tenorem litterarum nostrarum prius datarum terram ipsorum Saroy uocatam pro quatuordecim marcis Johanni filio Comitis Georgij ac alijs fratribus eiusdem Johannis similiter nobilibus iobagionibus eiusdem ecclesie nec non et petro filio Cristofori de Sag obligatam in festo sancti martini redimere debuissent penam dupli incursuri, si terminum obmitterent in soluendo dictas quatuordecim marcas non soluerunt in termino assignato predictis Johanni et fratribus suis ac petro memorato remanentes in duplo sicut se ad hoc obligarant. Vnde ipsam terram Saroy cum terris arabilibus, pratis, feneto, siluis et aquis hac (így) alijs utilitatibus uniuersis eiusdem terre excepta dimidietate molendini quam pro se reseruarunt eisdem filijs Comitis Georgij et petro predicto pro pecunia principali et eciam pro duplo eiusdem pecunie reliquerunt perpetualiter in filios filiorum eorundem possidendam Cuiusquidem terre villa Bagdan Archiepiscopi ab vna parte et filij stephani filij Nicolai et filij Andronici ab altera sicut a par-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 120 von 696

tibus recollegimus et didicimus uicinantur, assumpserunt super se obligantes predicti filij petri quod si supradicti filij Comitis Georgij et petrus racione dicte terre molestarentur in futurum tenerentur defensare proprijs laboribus et expensis. In cuius rei testimonium et ad maioris stabilitatis incrementum presentes litteras sigilli nostri apposicione communimus. Datum per manus discreti uiri magistri farcasij lectoris ecclesie nostre Anno domini M° CCC° sexto. Quarto Idus Januarij.

Metszett betükkel; zöld selyem zsinóron függött pecsétje elveszett; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 795. 5. Közli; Óváry L.

101.

1306. febr. 2. A nagyváradi káptalan előtt Szeri László és több Bór nemzetségbeliek, a Kopoz nádornak okozott kártételek kielégítésére illésm onostori birtokukat a Tisza mellett, zálogúl lekötik.

Nos Capitulum ecclesie Waradiensis damus pro memoria quod Ladizlao filio ysep et Stephano filio Alexandri de Zer de genere Bor pro se et pro posa et Marco fratribus eorundem ab una parte, et magistro Zudus castellano de adrian magistro Paulo fratre Bud castellano de Solumkeu, ac Egidio filio philpe seruientibus Kopoz palatini, Judicis Cumanorum et comitis Zatmariensis pro eodem domino suo ab altera coram nobis personaliter constitutis, dictum extitit per eosdem, quod guerra rancor et discordia, que per ipsum Ladizlaum et fratres suos predictos eidem Kopoz palatino, in destruccionibus possessionum, conbuscionibus uillarum, confraccione seu uiolacione ecclesiarum occisionibus hominum, spoliacionibus in uia tam Hungarys quam cumanis, ad ipsum Kopoz Palatinum pertinentibus fieri contigisset, in hys omnibus per arbitrium Laurency wayuode, comitis Gregori de Babuna, magistri vgryni filij Menhardy magistri alberti filij Zalauch, comitis Gregori filij Rorandi, comitis Stephani de Tycia, et aliorum proborum uirorum taliter concordassent, ut propter bonum pacis unionem quamquam multo maiora pro suis illicitis factis facere debuissent, tamen ducen-

tas marcas, coram nobis partim in denaris partim in estimacione condigna, eidem Kopoz palatino, in terminis infrascriptis soluere se spontanea obligarunt uoluntate, ita videlicet quod in octauis pentecostes, nunc uenturis soluent quinquaginta marcas a data presencium. Item in octauis Epyphanie domini post hoc proxime soluent iterum quinquaginta marcas. Item post ipsas octauas proxime in octauis sancti Jacobi apostoli soluent quinquaginta marcas. Item post ipsas soluciones proxime in octauis Pentecostes, soluent iterum quinquaginta marcas, penam dupli incursuri in omni solucione premissa si obmiserint in soluendo, propter ipsas tamen supradictas ducentas marcas, quandam possessionem ipsorum Elleusmonustura uocatam, sitam iuxta fluuium Tycie, pignori eidem Kopoz palatino obligarunt cum utilitatibus eiusdem et pertinencys ad eandem. Datum in festo purificacionis virginis gloriose Anno domini M° CCC° sexto.

Zárlatán monorú pecséttel, melynek köriratából ennyi elolvasható: S. MIN. CAPLI . . . . . ECCE . . . . A pecsét belsejében a boldogságos szűz trónon ülve látható; ezen pecsét tehát nem 1341-ben használtatott elsőben, mint ez a Magyar Történelmi Tár II. köt. 77. és 78. l. állíttatik; az oklevél eredetije a gf. Festetics cs. lvtban, Miscellanea, 20.

102.

1306. febr. 26. A győri káptalan előtt Gychi István özvegye férjének birtokát a pannonhalmi monostornak engedi át, s ezért a Pest vármegyei Apáti birtokot cserében kapja.

Capitulum Jauriensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentes literas intuentibus salutem in Domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire. Quod Religiosus Vir Frater Her(ricus) miseracione diuina Abbas Monasterii sancti Martini de sacro monte Pannonie, pro se et pro fratribus suis scilicet pro Conuentu eiusdem Monasterii sui ab una parte, nobilis matrona Domina Pendyth filia Pauli nobilis de Nema relicta scilicet quondam Stephani filii Gregorii de Gych ex altera ad nostram presenciam accesserunt. Etquia eadem Domina here-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 122 von 696

dum carebat solacio, erga predictum Monasterium beati Martini deuotam habens uoluntatem terrena uolens commutare cum celestibus, dictam Possessionem Gych videlicet, totam porcionem prefati Stephani mariti sui, cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis vniuersis simul cum ecclesia, sancti Stephani ibidem constructa, in eadem plenitudine quem admodum ipse Stephanus possidebat, cupiens eciam ipsa Domina ultimam uoluntatem sepedicti mariti sui adimplere, quem defunctis Nicolao, et Thome filiis suis, ad prefatum Monasterium sancti Martini, cum magno feruore deuocionis in conferenda ipsa possessione, idem desiderium dicebat habuisse, que quidem possessio in super remanserat eidem domine in dotem exceptis quibusdam iugeribus terre, que ibidem pertinent ad usum sacerdotalem ecclesie prenotate, dedit, contulit et donauit supradicto Monasterio, pacifice perpetuo et quiete possidendam nullo contradictore coram nobis penitus existente. E conuerso autem antedictus dominus Abbas suo, et predictorum fratrum suorum nomine in aliquale concambium eidem domine, ut ipsa usque uitam suam, ualeat in temporalibus sustentari, dedit et contulit, quandam possessionem monasterii sui Apaty uocatam in Comitatu Pestiensi inter Possessiones scilicet filiorum Galanch a parte orientali, Johannis saap, a meridie, nobilium de Patruy ab occidente, et nobilium de Bylle ad aquilonem existentem, cum omnibus Juribus suis pacifice et quiete tenendam et habendam. Ita videlicet, quod eandem possessionem ipsa domina donandi, legandi pro anima sua, et uendendi siue in morte siue in uita liberam habeat facultatem. Nec hoc pretermittimus, quod sepedicta domina per modum confessionis nobis recitauit, quod super facto dicte possessionis Gych, nullam literam, nulla instrumenta apud se habuisse, et si alique apud ipsam, uel apud proximos suos, uel alicubi reseruarentur pro cassis et irritis haberentur. In cuius rei memoriam et perpetuam stabilitatem, presentes concessimus literas ad peticionem parcium nostro sigillo roboratas. Datum die sabbati ante Dominicam Reminiscere. Anno Domini M° CCC° sexto. Magistro Karachyno ecclesie nostre preposito, Mathya lectore. Fabiano cantore. Stephano custode, existentibus.

Függő pecsét nyomával; eredetije a pannonhalmi főapátság lvt., alúl és fölúl metszett betükkel; l. rövid kivonatát Fejér i. m. VIII. I. 207. Közli: Stachovics Remig.

103.

1306. mart. 24. A győri káptalan előtt az Osl nemzetségből való András comes fiai, Hidegség és Homok Sopron vármegyei birtokaik negyedrészét Iván nádornak elzálogosítják.

Nos Capitulum Jauriensis ecclesie memorie commendantes significamus omnibus quibus expedit presencium per tenorem. Quod Andreas et Johannes filij Comitis Andree de generacione Osl ab una parte, magister Bartholomeus notarius magnifici viri domini Johannis palatini filij henrici bani pro eodem domino palatino domino suo cum procuratorijs litteris suis scilicet eiusdem domini sui ex altera coram nobis personaliter constituti, ydem Andreas et Johannes quartam partem possessionum hydegsyg et homuk vocatarum, in comitatu supruniensi existencium memorato Comiti andree patri ipsorum olim sicut ydem referebant, per Comitem Gwr (így) filium petri de generacione Osl et per alios quorum in hac parte de Jure interesse debuit pignori obligatam, confessi sunt pignori obligasse domino Johanni palatino filio henrici bani pro triginta marcis latorum denariorum vyennensium, quas ipsi filij Comitis Andree se recepisse plenarie confessi sunt ab eodem. Tali videlicet obligacione interposita quod quandocunque poterunt memorati Andreas et Johannes uel heredes illorum qui ipsam quartam partem prius sepedicto Comiti Andree ut premissum est pignori obligauerant, redimendi habeant liberam facultatem. Datum in vigilia Annunciacionis Virginis gloriose. Anno domini M° CCC° sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. N. R. 689. 6. Közli: Óváry L.

104.

1306. Eger, máj. 6. I. Károly király Botond fiainak a Bicske helységében szedendő vámpénz mennyiségét meghatározza.

Nos Karolus dei gracia Rex Hungarie tenore presencium quibus expedit significamus vniuersis. Quod consideratis fidelitatibus et seruiciorum meritis Peter (így) bani et Comitis Johannis filiorum Botond, que nobis cum omni feruore fidelitatis in diuersis expedicionibus et negocijs nostris exhibuerunt et inpenderunt in villa eorum Bykcheu vocata tributum siue Thelonium concessimus exigendum, scilicet de uno Curru Masa vocato duodecim denarios pro tempore currentes de tunella vini similiter, de alijs minutis mercimonijs sex denarios, de Curru qui ducit sales vnum salem, de vno equo venali duos denarios, de pecude similiter, de vno porco vnum denarium, de pedite qui ducit res venales quatuor denarios, de simplici pedite vnum denarium vsualem, in perpetuum et irreuocabiliter exigendum nostrum eciam eisdem super ipso tributo priuilegium dari faciemus cum presentes fuerint reportate. Datum Agrie in festo beati Johannis Ewangeliste. Ante portam latinam. Anno domini Millesimo CCC° sexto. Regni autem nostri anno similiter sexto.

Ugyancsak I. Károly királynak 1318-ki átiratából, melynek eredetije a Zerdahelyi cs. lvtban, Nyitra vármegyében. Közli: herczeg Odescalchi Arthur.

105.

1306. Visegrád, jul. 25. I. Károly király előtt Somosi János testvére gyermekeivel Somos várán és Komlós helységen Sáros vármegyében, megosztozik.

Nos Karolus dei gracia Rex hungarie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis. Quod magistro Johanne filio Georgij de Sumus pro se et filijs suis absentibus. Item petro et Georgio filijs eiusdem ab vna parte, ab altera

vero Egidio et Iwanka filijs petri de eadem sumus filiis videlicet fratris eiusdem magistri Johannis vterini coram (így) personaliter constitutis relatum extitit concorditer per eosdem, quod super facto diuisionis Castri ipsorum predicti Sumus uocati et possessionis eorum Komlos uocate empticie in Comitatu de Sarus existentis, ac quorundam articulorum subscriptorum super quibus inter ipsos discordia ferebatur et extitit usquemodo propter bonum pacis et proximitatis vnionem, taliter se dixerunt concordasse quod in octauis natiuitatis uirginis gloriose nunc uenturis prefati Egidius et Iwanka ac magister Johannes cum testimonio Capituli Agriensis ecclesie accedant super faciem possessionis prefate Komlos uocate, ipsique Egydius et Iwanka diuidunt eandem in tres partes equales, et facta ipsa diuisione prefatus magister Johannes recipiet sibi duas partes eiusdem possesionis quas eliget . . . . . tercia parte ipsis filijs petri remanente excepta nichilominus quadam porcione eiusdem possessionis quam idem magister Johannes cuidam seruienti suo nomine petro dicto Lwag perpetuo dinosscitur contulisse, quam similiter diuidunt in tres partes cuius due partes ipsi magistro Johanni cedere debentes remanebunt eidem petro seruienti suo possidende eciam tercie partis dimidietas que in porcione prefati Egidij cedet ipso Egidio permittente et relinquente similiter prefato petro seruienti dicti magistri Johannis remanebit possidenda, alia vero pars siue dimidietas dicte tercie partis quam memoratus Iwanka dicto petro seruienti ipsius magistri Johannis non reliquit eidem Iwance remanebit possidenda. Item ydem Egidius et Iwanka spoponderunt coram nobis ut dictum castrum eorum sumus uocatum a data presencium per spacium decem Annorum subsequencium idem magister Johannes conseruet, hoc specialiter tamen declarato, quod si ante elapsum ipsorum decem annorum, in partibus illis guerram aliquam fieri contingeret uel potencia extranea superueniret partes in easdem, extunc ipse magister Johannes prelibatos Egidium et Iwankam in ipsum castrum intromittere teneatur, elapsis autem ipsis decem annis dictus magister Johannes demidietatem ipsius castri ipsis filijs petri presente testimonio Capituli prescripti reddere et restituere tenebitur resignando, uel si

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 126 von 696

ipsum magistrum Johannem ante expiracionem ipsorum decem annorum decedere contingat, extunc filij sui predicti post patris eorum obitum elapso uno mense coram testimonio eiusdem capituli dictam dimidietatem castri ipsis filijs petri fratribus eorum patruelibus tenebuntur restituere et resignare. Item si aliquo tempore ipsum castrum muro diuidere uellent, extunc aliam portam communiter facere. Item viam a(perire) siue parare pro vado siue exitu ipsius porte et muro partire ipsum castrum tenebuntur, preterea dimidietatem mercedis vigilibus siue custodibus ipsius castri deinceps prefati filij petri singulis annis Janitorique eiusdem Castri, dimidiam marcam dare tenebuntur, hoc non obmisso quod diuisio inter ipsos prius facta perpetuo obseruetur et persistat, preterea porcionem possessionis ipsorum Komlos nominate predicte quam demetrio magistro tawarnicorum nostrorum olim dinoscuntur vendidisse, quandocunque poterunt communiter et non aliter redimere ualeant atque possint. Insuper vniuersas litteras causales contra inuicem usquemodo emanatas grauamina in alterutrum ipsis generantes friuolas reddiderunt ac viribus carituras per presentes, hoc eciam adiecto quod quecunque parcium temporis in processu publice aliquam fraudem uel infidelitatem sibi invicem in conseruacione castri ipsorum predicti inferre niteretur, uel premissam ordinacionem non curaret obseruare et de eadem resiliret totalem porcionem suam possessionariam amittat eo facto. Item si aliquod grauamen in conseruacione dicti castri usque elapsum dictorum decem annorum ipsi magistro Johanni eueniret, extunc dicti filij petri porcionem eorum de castro predicto defendere teneantur. Datum in Wysegrad in festo beati Jacobi apostoli. Anno domini M° CCC° sexto.*)

Az egri káptalan 1333-ki kiadványából; ennek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 493. 1. Közli: Óváry L.

*) A föntebb 60. sz. a kifejezett kétségünket az oklevél évszámának helyesen történt átírására nézve itt szintén felhozzuk, annál is inkább, mert az oklevélben említett Demetert, mint Károly király tárnokát, csak 1312-ben találjuk elsőben fölemlítve. Szerk.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 127 von 696

106.

1306. sept. 29. A pozsonyi káptalan előtt Szászi Pósa, unokáját Ilonát kiházasítására és leánynegyedi illetőségére nézve kielégíti.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie Posoniensis salutem in domino sempiternam ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire Quod constituta personaliter coram nobis domina Katherina filia Johannis filij pausa de uilla Chenkez tam pro se quam pro elena filia sua nepte Comitis Pousa de Zaz ex una parte idem Comes pousa ex altera sunt confessi quod licet mota fuerit materia quescionis inter ipsos super dote et dotaliciorum ac rebus tempore nupciarum secum apportatis seu pro quarta paternali predicte filie sue et diu fuissent altercati ad ultimum tamen probis uiris mediantibus in talem pacis concordiam deuenissent quod pousa memoratus dicte domine tam racione dotis et dotaliciorum suorum quam eciam racione quarte filie sue soluisset tres marcas quas quidem tres marcas sepedicta domina plenarie recepisse et habere est confessa et sic ante dictum pousam et suos heredes a dote et quarte predictis reddidit omnino expeditos, obligando se quod quicunque processu temporum eundem pousam aut suos heredes racione predicte dotis et quarte uellet forsitan inpetere uel uexare extunc nominata domina tenebitur eosdem expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei testimonium nostras concessimus literas sigilli nostri munimine roboratas datum In festo Sancti Mychaelis Archangeli Anno domini M° CCC° sexto.

Vörös és zöld czérnazsinóron függő pecséttel; eredetije a pozsonyi kápt. lvtban. 14. 17. 37.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 128 von 696

107.

1306. oct. 18. A nagyváradi káptalan előtt Petune Péter fia Péter, felvisnyói Zemplén vármegyei birtokát szolgájának Markalfnak adományozza.

Capitulum ecclesie Waradiensis omnibus xpi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum presencium futurorumque noticiam harum serie volumus peruenire quod magister petrus filius petri dicti petune coram nobis personaliter constitutus quandam possessionem suam populosam fuluisno uocatam sibi soli pertinentem sicut dixit in comitatu de Zemlen existentem Morkolfo filio Kuch seruienti suo presencialiter astanti et per eum suis heredibus ac successoribus pro seruicijs suis fidelibus ac meritorijs sibi in diuersis expedicionibus uarijs casibus fortune se exponendo destrucciones combusciones et effusiones sanguinum pro eodem tolerando inpensis et in futurum inpendendis dedisse donasse et perpetuo contulisse est confessus. Cuius quidem terre mete ut dixerunt hoc ordine distinguntur. Quod a parte terre ipsius magistri petri a quodam riuulo Rokolch dicto procedit in latere cuiusdam montis purlat uocati et tendit ad fluuium Ilsua dicti deinde ad Churnapotok, ab hinc desscendit ad metam terre palanka, deinde reflectitur ad quandam arborem tylie deinde ad magnam uiam, ab hinc ad arborem Ilicis cruce signatam, de hinc desscendit ad quendam riuulum Zarazpotok dictum, deinde reflectitur ad predictum riuulum Rokolch, et ibi terminantur. Asummendo et obligando se idem magister petrus et suos successores ab omnibus racione predicte possessionis molestantibus ipsum Morkolfum et suos heredes expedire propriis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beati luce Ewangeliste. Anno domini M° CCC° sexto domino Iuanka preposito Chanadino lectore. Nycolao cantore. Jacobo custode existentibus.

Zöld és piros selyem zsinóron függő ép pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 681. 2. Közli: Óváry L.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 129 von 696

108.

1306. dec. 17. Miklós Leukus fia, Pozsony vármegyei alispán, a pozsonyi káptalant megkeresi, hogy a szentmártoni apátnak Imrének Guthoron hatalmaskodó dénesdi jobbágyai ellen vizsgálatot tartson.

Amicis suis Reuerendis Capitulo Posoniensi Magister Nicolaus filius Leukus, Vice-Comes Posoniensis Amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona Pauli filij Joannis, et Joannis filii Ladizlai Nobilium de Guthur, quod populi seu jobagiones Religiosi Viri Fratris Emerici Abbatis de sacro monte Pannonie de Villa Dyenus feria secunda proxima ante festum B. Nicolai Confessoris proxime preteritum noctis in silencio ex preconcepta malicia ad predictam possessionem Guthur manibus armatis potencialiter uenientes, primo ad domum Egidii Villici prefati Pauli de eadem Guthur irruentes fractis ostijs domorum suarum, eundem Egidium et Petrum proximum suum nec non Dominam Consortem ipsius Egidii graviter uulnerassent, de hoc non contenti, deinde eadem nocte ad domum prefati Pauli in eadem Guthur habitam uenientes eundem Paulum si tunc domi reperire potuissent interficere uoluissent, sed ipsum domi non inuenientes, abhinc eadem nocte ad domum prenominati Joannis filii Ladizlai similiter in eadem Guthur habitam accedendo, eundem Joannem ibidem crudeliter interficere uoluissent, Sed dextra domum protegente ipsum interficere non ualentes, Inquilinum et quotidianum eiusdem existentem in eadem domo sua miserabili nece interemissent culpis eorum nullis requirentibus, lite tamen inter eundem Abbatem ab una, parte vero ex altera eundem Johannem pendente. Super quo Amiciciam Vestram diligenter requirimus per presentes, quatenus unum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael de Padick, uel Petrus de Konth, aut Joannes filius Emerici aliis absentibus homo noster ex numero Judicum quatuor dicti Comitatus ab omnibus quibus decet et licet palam et occulte diligenter inquirendo experiatur, resciat et inquirat omnimodam ueritatem. Et post hec prout exinde uobis ueritas constiterit nobis fideliter rescribatis et amice.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 130 von 696

Datum Sabbato proximo post festum Beate Lucie Virginis. Anno Domini Millesimo Trecentesimo sexto.*)

Papiron, pecsétje levált; eredetije a pannonhalmi főapátság ltban, Capsa 43. B. Közli: Stachovics R.

109.

1306. Otto király elődének Venczel királynak föntebbi 40. sz. alatti oklevelét átírja.

Otto dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex. Omnibus Christi fidelibus, presens scriptum inspecturis salutem in omnium Saluatore. Quoniam ea que aguntur in temporibus, ne lapsu temporis in nichilum reuocentur, et maxime illis qui iuga maiestatis Regie in humeribus ipsorum die noctuque contraxerunt, et per ea fideles, Meritoria seruicia nobis et predecessoribus nostris exhibuerunt, et dum instrumenta ipsorum super donacione collacione, que dicti predecessores nostri donarunt nobis exhibite fuerint et reportate, et nostre Regie maiestati iusta et racionabilia uisa fuerint nostro priuilegio de iure et de facto ac de speciali nostra regia pietate, tenemur confirmare, ut aly hoc uiso ad nostra seruicia forcius accendantur, quia dum bonis benefacimus, dum eorum comoda consequimur perhoc noster conquiescit animus merito et faciemus.

---

*) Az évszámra nézve szabadjon kétségünket kifejezni, de csak is azon okból, hogy a XIV-ik század első tizedéből papirra írt okleveleink nincsenek; ez volna az első s így mindenesetre egyetlen a maga nemében. Az oklevélben említett Imre apátot ugyan ezen oklevél alapján a pannonhalmi apátok között felsorolja Czínár Monasterol. I. 85. Több Imre nevű apátot nem találunk Czinárnál a pannonhalmi apátok között, de a föntebb 102. sz. a. előforduló Henriket sem, ki az Imre nevűvel ugyanazonos; mind ez ismét oda mutatna, hogy az oklevél 1306-ban állittathatott ki, megjegyzem azonban azt is, hogy 1306-ban az alább 112. sz. a. közölt oklevél szerint Rynnekerius volt alispán (curialis comes); ezt említi Fejér is i. m. VIII. 1. 149. Hogy Miklós Lőkös fia 1306-ban szintén pozsonyi alispán lett volna, erre több adatot nem találtam, feltűnő az oklevelünkben említett »vice comes« kifejezés is, mely még ekkor nem igen használtatott. Szerk.

Proinde ad uniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire, Quod Mathey filius Benche, Paulus filius Bwchou Dominicus filius Chak bani et Oliuerius filius Chalka seruientes magistri Dominici magistri tawarnicorum nostrorum, ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis litteras priuilegiales Ladizlai dei gracia quondam Regis Hungarie predecessoris nostri, felicis memorie, petentes a nobis humiliter ac deuote ipsum priuilegium nostro priuilegio Confirmare. Cuius quidem priuilegij tenor talis est, Ladizlaus (l. föntebb 40. sz. a.) Nos igitur peticionibus ipsorum magistri Mathei et cognatorum suorum fidelium nostrorum inclinati, dictum priuilegium de uerbo ad uerbum rescribi fecimus, non abrasum non cancellatum aut in aliqua sui parte viciatum vt est iuris et presentibus inseri ac nostri duplicis sigilli munimine iussimus communiri. Datum per manus venerabilis patris domini. Anthoni dei gracia Episcopi Chanadiensis, Aule nostre Cancellarij dilecti et fidelis nostri Anno Domini Millesimo tercentesimo Sexto Regni autem nostri Anno primo.

A Bónis Sámuel által felmutatott eredetiről másolta Jászay Pál, l. ennek a Nemzeti Muzeumban lévő gyüjteményét.

110.

1306. Károly király Bogár fiának Mártonnak Vizkelet nevü földtért adományozza.

Anno domini M° CCC° sexto Karulus rex consideratis fidelitatibus et seruicijs martini filij Bogar quandam terram Wyzkeleth nominatam in Comitatu posoniensi existentem, terram videlicet Anthonij filij Tyway pethew et Michaelis filiorum eiusdem ac Sebene filij Sebey, Abrache filij Matha Briccy et Stephani fratris eiusdem Erne filij Miche pauli filij Barow pauli filij pos et Johannis filij Myche castrensem alio nomine Wyzkeleth Kwsod vocatam simul cum alijs possessionibus ac sub metis in eisdem conscriptis eidem martino Bogar dedisset et contulisset ac serie dictarum litterarum sua-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 132 von 696

rum prefatam donacionem saluo Jure alieno perpetuo valituram confirmasset . . . . .

Zsigmond királynak 1411-ki ítéletleveléből ; ennek eredetije orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 322. 35. Közli : Óváry L.

111.

1306. A bácsi káptalan előtt Senectus fia Pál nyéki birtokát Leonard comes leányának Fintának és társának eladja.

Litteras capituli ecclesie Bachiensis priuilegiales alphabeto intercisas in anno domini M° CCC° sexto emanatas Iudiciario examini curarunt exhibere exprimentes quod accedentes in eiusdem capituli presenciam magister paulus filius senectus ab vna parte dominicus filius pauli vnacum domina fynta filia Comitis Leonardi consorte Johannis filij stephani et fabiano filio Thome ex altera idem magister paulus quandam particulam terre Nyek vocatam totam porcionem videlicet stephani filij Mathei sine herede decedentis quam habuisset in ipsa terra Nyek sibi per dominum regem Collatam et donatam consencientibus volentibus et permittentibus predictis domina fynta et fabiano filio Thome vendidisset supradicto dominico pro septem marcis et dimidia Jure perpetuo in filios filiorum possidendam . . . . . .

Bebek Ferencz macsói bánnak 1399-ki ítéletleveléből ; ennek eredetije az orsz. lvtár kincst.o szt. N. R. 1514. 9. Közli : Óváry L.

112.

1306. Rynnekerius Pozsony vármegye udvarbírája (alispán) a Szentgyörgyi Ábrahám által Hertlin pozsonyi bírónak eladott Moroczsziget nevü birtok határjárásáról bizonyítványt ad.

Nos Rynnekerius curialis comes Posoniensis memorie commendantes significamus vniuersis. Quod accedens ad nostram presenciam discretus vir Hertlo iudex Ciuitatis posoniensis diligenter a nobis petens ac rogans vt sibi hominem nostrum Comitem Vrachyum cum Gyliano et Farkasyo filio

Chenc iobagionibus castri, ad magistrum Tyboldum hominem Capituli Posoniensis adiungeremus pro reambulanda terra Moruchzygete uocata, quam a comite Abraam de sancto Georgio empcionis titulo comparauit et conduxit. Nos uero peticionibus suis iustis et legitimis annuere uolentes hominem nostrum predictum cum memoratis iobagionibus Castri Hertlino supradicto dedimus et concessimus qui ad nos reuersi concorditer nobis et quatuor iudicibus scilicet Comiti Abraam de sancto Georgio, Comiti Jacobo magno Comiti Farkasio et comiti Gyliano retulerunt, quod ipsi sub testimonio hominis Capituli posoniensis predictam terram reambulassent et statuissent Hertlino iudici, presentibus conmetaneis et vicinis ex ista parte Danuby nobilibus de Guttur ex alia uero parte Relicta Michaelis filio suo (így) Fridlino Martino claudo Thoma filio Eugeuch, Stephano filio Penkul et Thoma cognato eiusdem, ac villa Chum nullo contradictore penitus existente, ac ibidem ex una parte terre memorate, nouas metas septem, ex alia uero parte similiter septem nouas metas erexissent, veteres autem mete terre eiusdem hoc ordine distinguntur prima incipit circa villa Zemet comitis Abrae de sancto Georgio a parte orientali et proceditur uersus meridiem ad vnam paruam Insulam et illam transit ad Danubium sopitum et inde vadit ad quandam Insulam nomine Rennek et ab illa protenditur uersus occidentem ad Danubium magnum, secundum quod danubius distinguere consueuit et deinde iungitur ad terras Thome et aliorum supradictorum de Vruzwar, a parte uero septemtrionali iungitur ad terras ville Heet comitis Jacobi et ad terras nobilium de Churle et sic omnino terminatur.

A pozsonyi káptalannak 1306-ban Hertlin pozsonyi bíró kérésére kiállított átiratából, melynek eredetije az orsz. lvtár kincst. osztban, N. R. 378. 6.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 134 von 696

113.

1307. Nagyvárad, febr. 8. Otto király Ubul fiának Mihálynak az Omode nádor és társa által elfoglalt Szabolcs és Szatmár vármegyei birtokait visszaadatni rendeli.

Nos Otto dei gracia Rex hungarie memorie commendantes vniuersis quibus expedit presencium per tenorem. Quod cum Stephanus magister filius comitis michaelis fily wbul ad nostram accedens presenciam protestatus est nobis quod vniuersas possessionas (igy) et fratrum suorum videlicet Semien Napcol Zenmihal et Tuth uocatas in prouincia Zabolch existentes Item keeri et panala de prouincia Zathmar adiacentes homodeus palatinus et andreas filius Jako a multis temporibus retroactis indebite occupassent et omnia bona earundem (igy) percepissent usque modo et prefatum magistrum Stephanum ac fratres suos ab ipsis possessionibus eorundem insidianter auffugassent. Vnde nos ipsius St. et fratrum suorum iusticie ueritatem visis et litteras Capituli waradiensis super eadem conquescione datas et concessas perlectis et auditis et quod eciam iuxta relacionem fidelium Baronum et nobilium regni nostri in ibi nobiscum existencium percepimus omnes possessionas (igy) dicti magistri St. et fratrum suorum hucusque per supradictos iniuste seruatas et occupatas omnino reddidimus et restituimus iusticia mediante addimus insuper quod omnes litteras racione possessionum et specialiter in propriam personam dicti magistri St. emanatas cassas reddidimus et inanes. Datum waradini feria quarta in die cinerum anno domini M° CCC° septimo. Regni autem nostri anno secundo.

Zárlatán pecsét nyommal; eredetije a Nemzeti Muzeumban, a Kállay cs. lvtban. Közli: Csontosi János.

114.

1307. febr. 19. A garanszentbenedeki convent Szelizi Miklós comes testvérének megöletéséről bizonyítványt ad.

Nos frater paulus abbas monastery beati Benedicti de iuxta Goron et Conuentus loci eiusdem significamus vniuersis presencium per tenorem, quod vir nobilis comes Nicolaus filius Been de Zelyz accedens ad nostram presenciam petensque a nobis ut hominem nostrum iuxta comitem Budo officialem comitis Benedicti Borsiensis dare dignaremur pro testimonio, nos enim peticioni ipsius assurgentes nostrum hominem transmisimus cum eodem, qui postmodum idem homo noster ad nos redeundo nobis recitauit uiua uoce, ut Stephanum fratrem ipsius de villa comitis petri filij Baas, Nikola vocatam (igy) dominica die Inuocauit clare luce domum veniente Johannes fudur et Thomas dictus Culb consanguinei eiusdem in via strata insidendo interfecissent, quem a vicinis nobilibus et innobilibus percepisset et requisiuisset per predictos interfectum, super quo litteras nostras eidem Nicholao duximus Conferendas. Datum dominica die proxima (igy) Antedicta anno domini M° CCC° septimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 1671. 8. Közli: Óváry L.

115.

1307. Nyitra, mart. 22. Gál nyitrai alispán, az elefánti nemesek és Pál nyitrai föispán között fönforgott ügynek a négy szolgabíró elött való fölvételét elrendeli.

Nos Comes Gallus officialis pauli Comitis Nytriensis in eius absencia Constitutus damus pro memoria, quod petrus et Mogh nobiles de Elefanth ex una parte, et Comes Egidius dictus rufus vice et nomine prefati pauli comitis domini sui, ex altera, presencialiter coram nobis astantes secundum continenciam litterarum discretorum virorum Capituli Nytriensis,

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 136 von 696

causam, quam inter se mouere intendunt, ad quindenas datorum presencium videlicet ad quartam feriam post octauas passce proxime subsequentem ad presenciam quatuor Judicum prouincie Nytriensis, de nostra licencia et permissione partes concorditer duxerunt prorogandam. Datum Nytrie quarta feria proxima post dominicam Ramispalmarum anno domini M° CCC° VII°.

Hátlapján pecsét nyommal; eredetije az orsz. lvtban, kincst. oszt. N. R. 1671. 9. Közli: Óváry L.

116.

1307. apr. 24. A pozsonyi káptalan előtt Kenéz comes Dudvágszegi Miklóst fiává fogadja s ez utóbbi összes birtokait Kenéz comesnek birtokába bocsátja.

. . . In capituli posoniensis priuilegialis littere in festo beati Georgy martiris Anno domini Millesimo CCC° septimo emanate tenore habebatur quod Nicolaus filius Comitis Jacobi filij Michaelis de dwduagzegh cum domina matre sua ab vna ab altera vero partibus Comes Kenez coram dicto capitulo constituti idem Nicolaus et mater sua confessi fuissent quod prefatus comes Kenez dictum Nicolaum in filium suum dilectum recepisset et elegisset adoptiuum Ipseque Nicolaus dictum Kenez assumsisset in patrem et omnes possessiones suas tam hereditarias quam empticias et acquisitas videlicet dudwagzegh paldy, Tarnulch, Mykee (vagy Mylee) et predictam Taxond vocatas eidem comiti Kenez dedisset et donasset in perpetuum possidendas, predicta autem domina mater sua eundem Kenez in filium recipiendo dotem et res suas parafernales eidem relaxasset. . . .

Zsigmond királynak 1411-ki ítéletleveléből; ennek eredetije az orsz. lvtár. kincst. oszt. N. R. 322. 35. Közli: Óváry L.

117.

1307. apr. 27. Az esztergomi keresztesek conventje elött, Halifa fiai péli birtokrészüket Bajóti (később Nagymartoni) Mihály és Simon fiainak elörökítik.

Frater Nicolaus magister domus hospitalis et conuentus Cruciferorum ecclesie sancti Regis stephani de strigonio. Uniuersis presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire. Quod Gregorius et demetrius filij halyfa nobiles de peel personaliter ad nostram accedentes presenciam, dixerunt et confessi sunt quandam particulam terre ipsorum, cum suis utilitatibus et pertinencijs de ipsa terra peel, et cum decem iugeribus terrarum arabilium in alio loco et in medio tocius terre ipsius peel existentibus vendidisse quinq ue marcis et dimidia mercimonialis argenti plene habitis et receptis Johanni filio Comitis Mychaelis et paulo filio Comitis Symonis nobilibus de Boyoth et per eosdem heredibus ipsorum heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter (posside)ndam tenendam et habendam. Meta quidem cuius particule terre predicte incipit a quadam meta uulgariter Gyznouolfeu nuncupata, et deinde tendit ad superiorem finem f(ontis K)uthfeu Zurduka uocata, et abhinc transit quoddam monticulum fenyeumal dictum per medium, et abhinc desscendit ad quandam uallem, et ad superiorem finem Modusfeu nuncupatum, ad quandam semitam, et deinde ab ipsa semita super eandem semitam asscendendo uadit ad Touthzurduk, ad viam publicam, et per eandem viam publicam asscendit ad metam iuxta puklus Zurduka uocatam, et deinde reflectitur supra ad metam ante Kyskued uulgariter dictam iuxta possessiones terras et metas Johannis filij Mychaelis Comitis et pauli fili comitis symonis supradictorum, predicta uero decem iugera terrarum arabilium et iam venditarum in medio ipsius tocius terre peel existunt in uertice Alayarou vulgariter dictum et continentur in uno loco simul retrouertencium. Insuper prefati Gregorius et Deme-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 138 von 696

trius filij halyfa tam per se quam per suos firmiter et sollempniter assumpserunt eosdem Johannem filium Comitis Mychaelis et paulum filium Comitis symonis ac posteros ipsorum in perpetua possessione predicte particule terre et decem iugerum terrarum arabilium ac utilitatum et suarum attinencium et eorum conseruare, et ab omnibus impetitoribus et molestare uolentibus expedire suis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem ad peticionem et instanciam parcium predictarum, presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria quinta proxima post festum beati Georgii martiris anno domini Millesimo Trecentesimo septimo.

Sárga és violaszín selyem zsinóron függő pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 692. 22. Közli: Óváry L.

118.

1307. máj. 1. Egyik hiteles hely előtt Zellői Jakab, alsózellői Nógrád vármegyei birtokát Homokterenyei Jákónak elörökíti.

Datum pro memoria quod Jacobo filio Ithemery de Zule ex una parte ab altera uero magistro Petro filio Jakow de humukterenne pro se et pro Ponych ac Georgio fratribus suis coram nobis personaliter constitutis per ipsum Jacobum propositum extitit quod dimidietatem cuiusdam terre sue Olsouzule nominate in Comitatu Neugradiensi existentis a parte terre ipsorum filiorum Jakou iacentem, ab alijs uero partibus vndique terris suis inclusam cum omnibus vtilitatibus suis vendidisset et tradidisset eisdem filijs Jacou pro decem marcis plene receptis ab eisdem sibi et suis heredibus iure perpetuo possidendam et habendam. Insuper obligauit se idem Jacobus et heredes suos dictos filios Jacou et heredes eorum vniuersos ab omnibus racione dicte dimidietatis terre impetere nittentibus defendere et expedire proprijs laboribus et expensis. Adiecit eciam idem Jacobus quod quandocunque infra octauas beati mychaelis archangeli nunc venturas presentes ad nos reportarentur non obstante absencia ipsius super ipso facto nostrum priuilegium concedemus. Datum in

octauis beati Georgy martiris anno domini M° CCC° septimo.

Zárlatán pecsét nyommal; eredetije a Nemzeti Muzeum könyvtárában, a gr. Berényi cs. lvtban. Közli: Csontosi J.

119.

1307. máj. 5. A pécsváradi convent előtt Csuzai Venus az ellen, hogy fivére Pál, márki birtokát Salamon fiának Jánosnak át ne adhassa, tiltakozik.

. . . . Litteras dicti capituli (quinqueecclesiensis) prohibicionales feria sexta proxima post octauas festi beati georgij martiris in anno domini Millesimo CCC° septimo emanatas nobis presentarat declarantes quod Johannes dictus feketew de Scepse familiaris dicte nobilis domine Venus vocate de Chuza in persona eiusdem domine Consortis Samuelis filij Salamonis ad ipsius Capituli accedendo presenciam per modum protestacionis eidem significare curasset quod prout ipsa domina Venus percepisset paulus filius Benedicti filii mathei frater suus carnalis quasdam porciones suas possessionarias in eisdem litteris dicti capituli expressas, et specialiter porcionem suam possessionariam in possessione Mark uocata habitam quam idem paulus ipsi nobili domine tempore prioris matrimonij quo tempore ipsam videlicet sororem suam condam magistro stephano falow dicto in coniugem tradidisset, tunc ipsas porciones possessionarias suas ipsi domine tradidisset cum prefato condam marito suo Jure perpetuo heredumque per heredes possidendas, et easdem porciones possessionarias idem paulus frater prefate domine nitteretur dare seu perpetuare Johanni filio Salamonis fratri eiusdem samuelis. Ideo ipsum paulum et quoslibet alios in persona ipsius domine a uendicione impignoracione et omnimoda alienacione dicto Johanni filio Salamonis facta uel facienda et ipsum Johannem necnon quoslibet alios ab empcione recepcione et qualibet vsurpacione dictarum porcionum possessionariarum seque in easdem intromissione prohibuisset coram capitulo antedicto.

Szepesi Jakab országbíró 1377-ki ítéletéből, melynek eredetije orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 563. 43. Közli: Óváry L.

---

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 140 von 696

120.

1307. máj. 28. A pozsonyi káptalan előtt Eburlin neje szentgyörgyi szőlejét férjének ajándékozza.

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie posoniensis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, Quod domina Geuchund vxor Eburlini fratris domini Georgy plebani Deueniensis socii nostri karissimi coram nobis constituta est confessa, quod ipse quandam vineam suam in monte sancti Georgy iuxta vineam Frenkel sitam Rwesel nominatam, eidem Eburlino marito suo qui presencialiter aderat dedisset tradidisset et condonasset perpetuo iure possidendam tenendam et habendam, Dando eidem marito suo cuicunque uel quibuscunque predictam vineam voluerit locandi dandi tradendi legandi impignorandi . . . plenam potestatem. In cuius rei memoriam nostras concessimus litteras sigilli nostri munimine roborando. Datum in quindenis Pentecostes Anno domini M° CCC° septimo.

Elmosódott írással, pecsétje töredezett, alúl metszett betükkel; eredetije a pozsonyi kápt. lvban, 14. 17. 5. Közli: Géresi Kálmán.

121.

1307. jul. 18. A csázmai káptalan küldöttjei előtt Tibold fia János és Kozma fia Zeria, közös birtoklásukban a közös védelemre magukat kötelezik, s a kölcsönös örökösödést kikötik.

Nos capitulum Chazmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem. Quod ad peticionem proborum et nobilium virorum magistrorum videlicet Johannis filij Tyboldi et Zerie filij Cosme discretos viros magistros petrum lectorem stephanum custodem et stephanum quondam decanum socios et concanonicos nostros ad audiendam vocem et ordinacionem et composicio-

nem ipsorum ad eosdem nobiles duximus transmittendos, qui socij nostri demum ad nos reuersi nobis retulerunt, quod in eorum presencia et testimonio ipsi nobiles de quibusdam articulis taliter ordinarunt, primum quia placuit deo et partibus vt ipsi vnum sint omnibus factis eorum, ac pura et sincera dileccione amplectentur, vt fratres et proximi tenentur, et quod vna pars sine consensu et uoluntate partis alterius in negocio aliquo possit uel ualeat palam seu occulte procedere, sed quicquid in prosperis uel aduersis agi debeat communi ac pari voluntate fiat et terminetur, et si in aliquam partem grauamen aliquod, aduersitas seu hostilitas eueniret, pars altera cum proximis cognatis familiaribus et seruientibus suis iuuare tenebitur totis viribus et proposse, et quod deinceps inter partes et ad easdem pertinentes nulla aduersitas generari possit, tacto sancto ligno viuifice crucis ceterisque reliquijs coram eisdem socijs nostris firmiter iurauerunt premissa perpetuo inuiolabiliter obseruare, et si aliqua parcium attendere et seruare per se et suos non curaret aut maliciose procederet indignacionem omnipotentis dei ac virginis gloriose nec non beatorum petri et pauli apostolorum se nouerit incurrisse, ad hec si dampnum combuscionem aut iniuriam aliquam parti alteri pars alia inferret uel inferri procuraret, et hoc nobilibus regni ac nobis constare posset euidenter, ex tunc parti alteri dampnum et iniuriam huismodi tolleranti quingentas marcas in denarijs antiquis sine Judicis porcione pro pena soluere tenebitur, preterea si aliqua pars partem alteram captivaret extunc omnes possessiones eius et castra qui captiuitatem commiserit, parti aduerse remanerent perpetuo possidende, nullo umquam tempore reabende, et si aliquas litteras ipsa captiuitate durante pro aliqua ordinacione ab eodem captiuo habere uellet, uel quocunque modo tunc haberet et faceret emanari, auctoritate presencium mortue habeantur et viribus cariture si vmquam in lucem proferentur, aut per quempiam ostenderentur. Ceterum quod maius est, si aliqua pars parti alteri mortem uel occupacionem castri quod absit inferret uel inferri procuraret, omnes possessiones et castra ut premisimus, parti aduerse huiusmodi grauamen tolleranti omnibus occasionibus et excepcionibus quibuslibet relegatis et submotis deuoluan-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 142 von 696

tur possidende, et nichilominus mortem aut occupacionem et recepcionem castri generacio et proximitas uel ad manus cuiuscunque alienas presentes date et assignate fuerint acquirere et prosequi valeat, ac si fratres filij et proximi possent vel ualerent proprijs in personis. Intercessit eciam in ordinacione, quod si qua pars sine heredum solacio diem claudens extremum decesserit, omnes possessiones eius et castra cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs, rebus videlicet seruis et ancillis parti superuiuenti sine porcione Johannis filij comitis Nicolay, contradiccione cuiuslibet cognatorum et proximorum suorum deuoluentur pleno iure possidende, premissa autem et singula premissorum litteris discretorum virorum Capituli Zagrabiensis ecclesie personaliter comparendo, assumpserunt confirmare, vt ydem socij nostri nobis retulerunt. Datum feria tercia proxima ante festum beate Marie Magdalene. Anno domini M° CCC° septimo.

I. Károly királynak 1313-ki átiratából, melynek eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 446. 1. Közli: Óváry L.

122.

1307. Patak, jul. 25. Achilles pataki plébános bizonyítványt ad arról, hogy Sada és neje a pataki remete szerzetnek egy szőlőt hagyományoztak.

Nos Magister Achilles plebanus de potoka significamus vniuersis tenore presencium memorie commendantes, quod religioso viro fratre Benedicto priore de nova villa ab vna parte. Sada simul cum vxore sua nomine Karachuna de eadem constitutis personaliter coram nobis ydem Sada et vxor eius confessi sunt viuauoce quod cum ipsi domino ordinante heredum careant solacio nec habeant de cetero spem habende prolis uel heredis, et ob hoc vsi consilio salutari tanquam hy qui finem vite sue uoluerunt preuenire non a fine preueniri, ecclesiam beati Egidij abbatis et fratres heremitas in ea domino famulantes hereditatis sue adoptauerunt fieri successores ut beatus Egidius suis meritis et intercessionibus et predicti fratres sui oracionibus pro animabus ipso-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 143 von 696

rum apud dominum iugiter intercedant, et nomina eorum in suis codicibus scripta habeant, ne processu temporum memoria eorum obliuioni tradatur et cum labente tempore dilabatur quandam vineam suam sitam inter Zedluch et Noukam propriis sumptibus et laboribus ex noua plantacione cultam et plantatam nec in ea aliquem cognatorum suorum aliquid ius habentem legauerunt, reliquerunt donauerunt et dederunt coram nobis pro remedio animarum suarum eidem ecclesie beati Egidij et fratribus in ea commorantibus perpetuo possidendam tanquam irreuocabile testamentum condicione huiusmodi interserta, quod ipsi vina fructus et vtilitates eiusdem vinee percipient et recipient pro sustentacione sua usque ad terminum vite sue hoc modo quod si marito primo mori contingat vxor eius colet ipsam vineam, et vina ac fructus eius percipiet. Si uero uxorem eius mori primo contigerit cultura ipsius vinee percepcio vini et fructuum eidem Sada remanebit. Mortuis autem ambobus, eadem vinea cum omnibus vtilitatibus suis deuoluetur et perpetuabitur prefate ecclesie beati Egidij et fratribus in eadem commorantibus pleno iure. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in potok in festo beati Jacobi apostoli Anno domini M° CCC° VII°

Tamás esztergomi érsek 1311-ki megerősítő kiadványából; az orsz. lvt. kincst. oszt. Paulin. Ujhely, 20. 2. Közli: Óváry L.

123.

1307. aug. 23. Az egri káptalan előtt az Aba nemzetségből való Pál és fiai, Újvár megyei Gyárfásfölde nevü birtokukat Péter fiának Hamar Miklósnak adományozzák.

Nos Capitulum ecclesie Agriensis tenore presencium quibus expedit declaramus vniuersis memorie commendantes. Quod Kulchey filius magistri Pauli filij Merhardi, de genere Aba, pro se et pro eodem patre suo, ac pro Johanne fratre suo, ad nostram accedens presenciam proposuit viuauoce. Quod quandam terram ipsorum per ipsum patrem (ipso)rum acquisitam, Geruasfelde vocatam, in Comitatu Nouicastri exi-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 144 von 696

stentem, terris Monasterij de Saar, et Thome Teotonici, Apathy et Mochfelde vocatis vicinatam, cum omnibus .... tatibus suis, sub eisdem antiquis metis et terminis, quibus eandem ipsi possedissent, ob merita fidelitatis et seruiciorum Nicolai dicti Hamar filij Petri seruientis sui, que idem N icolaus, exhibendo se fortune casibus, vbique eisdem fideliter impendit, dedissent, donassent et contulissent, et idem Kulchey coram nobis contulit eidem Nicolao, et suis heredibus, Jure perpetuo possidendam et habendam. Insuper obligauit se idem Kulchey et eosdem patrem et fratrem suos, ac ipsorum heredes, prefatum Nicolaum et heredes eiusdem vniuersos, ab omnibus racione eiusdem terre, impetere nitentibus, deffendere et expedire, proprijs laboribus et expensis. Et in pacifica possessione eisdem (így) terre, indempniter conseruare. Datum in vigilia beati Bartholomei Apostoli. Anno domini M° CCC° Septimo. Et Symon Cantor, ac Nicolaus Lector magistri, Item Petrus de Zemlen, Dominicus de Vng, Laurencius de Kemey, Archydiaconi. Item magister Otto, Benedictu s, Paulus, et Bartholomeus, socij nostri, nobis retulerunt quod cum ipsi vnacum venerabili patre, Martino dei gracia Episcopo Agriensi, domino nostro, In villa Gunch fuissent, predictus magister Paulus filius Merhardi, cum propter temporis presentis inpacacionem ad nos accedere nequiuisset, coram eodem domino nostro Episcopo et coram ipsis personaliter conparendo huic donacioni plenum ac beniuolum consensum prebuisset et assensum.

Az egri káptalannak 1315-ik évi átiratából, melynek ugyan csak az egri káptalan által 1327-ben kiadott átirata megvan a Nemz. Muzeum oklevélgyüjteményében. Közli: Nagy Gyula.

124.

1307. sept. 3. I. Károly király Szölös helységet Ugocsa vármegyében, Tamás comes fiának Bekének, figyelembe véve ennek hüségét, s hogy két rokona a harczmezön elesett, adományozza.

Karolus dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Zeruie, Lodomerie, Gallicie, Comanie, Bulgerieque Rex. Omni-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 145 von 696

bus xpi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Regalis celsitudinis dinoscitur interesse, metiri fidelitates et seruicia meritoria singulorum, et vnicuique in recompensacionem seruiciorum fideliter impensorum regaliter et legaliter secundum exigenciam meritorum occurrere muneribus donatiuis, vt ceteri recipientes et spectantes exemplariter ad opera fidelitatis facilius inclinentur, proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum presentes litteras inspiciencium noticiam harum serie uolumus peruenire. Quod nos consideratis fidelitatibus, et seruicijs meritorijs magistri Beke filij Comitis Thome, qui nobis a primo aduentu nostro in regnum Vngarie, iure et ordine geniture nobis debitum cum omni feruore fidelitatis exhibuit et impendit, et maxime pro morte fratrum suorum, videlicet Rorandi Waywode, qui in sua fidelitate et seruicijs meritorijs nobis fideliter et feruenter impensis, migrauit ab hac luce, carnis debitum vniuerse persoluendo. Item pro morte magistri Johannis, qui uolens nobis fidelitatis sue indicia per seruicia meritoria demonstrare cum ad repellendam iniuriam per Regem Boemie et suum filium nobis et Regno nostro illatam, collecta multitudine sue gentis et milicie, cum suis fratribus, videlicet Kopoz palatino et ipso magistro Beke, vna nobiscum et multis Baronibus regni nostri se in Boemiam transtulisset, ipsum Regnum Boemie in reddenda talione ulcionis, destruendo, deuastando, spoliando et igni comburendo, tandem post multos triumphos commendabiles in illis partibus extitit interemptus, nec non pro seruicijs que nobis in Castri Budensis occupacione, iam de nouo fideliter studuit exhibere, casibus se fortune committendo. Nos igitur pro tot et tantis seruiciorum meritis nobis fideliter et feruenter impensorum, licet plura incomparabiliter mereretur, et nos eciam eidem in maioribus prouidere intendamus, tamen in recompensacionem aliqualem seruiciorum suorum predictorum, quandam possessionem seu villam sceleus vocatam in comitatu de Vgacha existentem, cum omnibus suis utilitatibus, et pertinencijs vniuersis, sub eisdem antiquis methis et terminis, quibus per predecessores nostros Reges Vngarie limitata extitit habita et possessa, de venerabilium patrum videlicet Thome dei gracia Archiepiscopi Strigoniensis domini Vyncencij

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 146 von 696

Archiepiscopi Colocensis Aule nostre Cancellarij, dominorum Emirici Waradiensis, haab Waciensis, petri Quinqueecclesiensis, Benedicti Chanadiensis ecclesiarum episcoporum. Vgrini magistri Tawarnicorum nostrorum, Omodei, Stephani et Rorandi palatinorum dilectorum et fidelium nostrorum consilio, beneplacito et consensu dedimus, donauimus et contulimus, predicto magistro Beke, et suis heredibus heredumque suorum successoribus, iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam. Assumpmentes nichilominus eciam ipsi Beke, quod siquis ipsum uel heredes ipsius racione predicte possessionis inpetere attemptaret lapsu temporum, predictam possessionem repetendo, nos eidem impetitori, uel predicte possessionis repetitori, aut per aliquam possessionem aliam equiualentem possessioni per nos collate, aut nostra pecunia siue rebus pro nostra collacione redimenda seu defendenda, satisfaccionem plenariam impendemus, predictum magistrum Beke relinquendo, permittendo, in pacifica et quieta possessione collacionis prelibate gratulari. Vt igitur huius nostre collacionis seu donacionis series robur optineat perpetue firmitatis, et ne quisquam prelibatam collacionem per nos factam, lapsu temporum ualeat siue possit irritare presentes nostras litteras priuilegiales, eidem magistro Beke concessimus, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis electi Albensis ecclesie, dilecti et fidelis nostri, aule nostre Vicecancellario (így) Anno domini M° CCC° septimo, tercio nonas septembris. Regni nostri similiter anno septimo.

Piros és sárga selyem zsinóron függött nagy pecsét romjaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 604. 51. Kivonatát l. Fejér Gy. i. m. VIII. I. 226. Közli: Óváry L.

125.

1307. sept. 9. Az egri káptalan előtt File fiai Vécsfölde nevü birtokukat az Aba nemzetségből való Kompold fiának Péternek elörökítik.

Nos capitulum ecclesie Agriensis. Damus pro memoria quod Michaele et Nicolao filijs fyle de Warasfogach ex una parte ab alia vero magistro petro filio Kompoldi de genere Aba coram nobis personaliter constitutis predicti filij fyle proposuerunt viua uoce quod quandam terram ipsorum Weechfelde uocatam a germano Mykocha et Ruzbe filijs paznani filij Weech, ad predictum patrem ipsorum mediante nostro priuilegio et titulo empcionis deuolutam iuxta fluuium Torna a parte aquilonali existentem in comitatu de heweswyuar sitam terre ipsius magistri petri Zarank uocate vicinatam cum omnibus utilitatibus suis et specialiter dimidietate eiusdem fluuij Torna in antiquis metis et terminis quibus ipsi eandem possedissent vendidissent et tradidissent eidem magistro petro pro quadraginta marcis argenti fini plene receptis ab eodem sibi et suis heredibus Jure perpetuo possidendam et habendam. Insuper obligarunt se ydem filij fyle et heredes suos predictum magistrum petrum et heredes eiusdem uniuersos ab omnibus racione eiusdem terre inpetere nittentibus defendere et expedire proprijs laboribus et expensis. Et Jacobus filius Barthalus de fogach conmetaneus eiusdem terre pro se et pro Nicolao fratre suo constitutus huic uendicioni et empcioni plenum consensum prebuit et assensum. Adiecerunt eciam dicti filij fyle quod quandocunque presentes ad nos reportarentur non obstante absencia eorum super premisso negocio nostrum concederemus priuilegium. Datum in Crastino natiuitatis beate virginis Anno domini M° CCC° septimo.

Az egri káptalan 1341-ki kiadványában, melynek eredetije orsz. lyt. kincst. oszt. N. R. 432. 43. Közli: Óváry L.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 148 von 696

126.

1307. Az ócsai monostor mellett, sept. 29. I. Károly királytól Mortunus comes és fia az Olcsa és Opor folyókon vámszedési jogot nyernek.

Nos Karolus dei gracia Rex Hungarie tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis. Quod consideratis fidelitatibus et seruiciorum meritis comitis Mortunus et vencezlay filij sui que nobis in diuersis agendis et negocijs nostris oportunis, cum omni feruore fidelitatis exhibuerunt et inpenderunt, super quodam fluuio quod (így) vocatur opour et olchia per easdem villas seu terras ab omnibus transeuntibus, damus, donamus et contulimus (így) tributum exhigendum ita videlicet a curru honerato quatuor denarios et non honerato duos. Item ab uno boue seu pecude vnum denarium et a duobus porcis vnum denarium vsualem sibi et suis heredibus heredumque suorum successoribus vniuersis perpetuo possidendum maxime pro seruicio eiusdem vencezlay quod sub castro Strigoniensi exhibuit cum suorum seruientum . . . . cede et uulnere. Datum apud monasterium Olcha in festo beati Mykaelis archangeli. Anno domini (M°) CCC° septimo.

Hátlapján pecsétnyommal; eredetije a Nátafalussy cs. lvtban. 1. 4. Közli: Nagy Gyula.

127.

1307. oct. 21. A győri káptalan előtt Giczi Máténak özvegye Katalin, a férje által a győri káptalan előtt 1299-ben tett végrendeletet mindenben helyesli, és giczi birtokát jegyajándokával együtt a pannonhegyi apátságnak felvallja.

Capitulum Jauriensis ecclesie Vniuersis Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod Religiosus vir frater Jacobus abbas Monasterii sancti Martini de sacro Monte Pannonie ab una parte, et nobilis

matrona, Domina relicta, quondam Mathey filii Gregorii de Gych exaltera, ad nostram presenciam accesserunt, et idem Dominus abbas, eadem Domina presente, exhibuit nobis, quasdam patentes literas nostras, super ordinacione possessionis dicti Mathey, in hec uerba. Nos Capitulum Jauriensis Ecclesie (l. ennek 1299-ki oklevelét Hazai Okmánytár VII. köt.)

Igitur perlectis et auditis literis huiusmodi, prefata domina Katherina nomine, filia Pouse de Peech prefatam ordinacionem mariti sui sic factam fuisse asseruit, et per omnia approbauit, volens plenarie premissam ordinacionem, pro salute animarum, tam mariti sui quam sue, per nostras litteras facere confirmari. Confessa est eciam eadem domina, quod primo marito suo prefato, et post mortem eius Abbas et Conuentus Monasterii prenotati sibi in temporalibus sustentacionibus uestibus scilicet et uictibus benigne et honorifice subuenissent propter quod, ipsa domina, sibi apud prefatum Monasterium elegit sepulcrum. Et prefatam possessionem sibi pro dote, et dotaliciis suis assignatam, cum omnibus utilitatibus, et pertinencijs suis, tam pro temporalibus beneficijs a dicto Monasterio perceptis, quam eciam pro spiritualibus remedijs in eterna uita percipiendis, dedit donauit et contulit, Monasterio sepedicto, pacifice et quiete possidendam. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem, ad deuotam peticionem dicte domine presentes concessimus literas nostro sigillo roboratas. Datum die sabbati post festum sancti Luce euangeliste. Anno domini M° CCC° septimo. Magistris Ladizlao preposito, Mathya lectore, Fabiano cantore et Stephano custode ecclesie nostre existentibus.

Vörös-zöld-fehér selyemről függő pecséttel; eredetije a pannonhalmi főapátság lvtban. VI. R. Közli: Stachovics R.

---

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 150 von 696

128.

1307. A tihanyi convent a veszprémi káptalannak 1307. jul. 12-én kelt azon oklevelét, melyben a köveskuti remetélk részére egy szölö adományozása jóváhagyatik, átírja.

Nos frater Thomas miseracione diuina Abbas et Conuentus monasterij sancti Anyani de Thykonio memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem. Quod magister petrus Cantor Vesprimiensis ecclesie vice et nomine capituli eiusdem ecclesie cum litteris procuratorijs ipsius capituli coram nobis comparendo confessus extitit viua uoce, quod vineam quam Clemens filius Barnabas iobagio ipsius capituli de Abram, vita comite, Religiosis viris fratribus heremitarum ecclesie beate marie magdalene de Kueskuth pro remedio sue anime donasset, idem capitulum cum eius mediantibus litteris patentibus eandem donacionem et legacionem, eisdem fratribus annuisset et consensisset, petens, vt maiorem ad cautelam et securitatem earundem litterarum patencium tenorem, eisdem fratribus nostras litteras priuilegiales concederemus. Quarum quidem tenor talis est. Nos capitulum vesprimiensis ecclesie memorie commendamus, quod nos vineam inter vineas pauli filij Laurencij et inter vineas ecclesie nostre sitam, quam Clemens filius Barnabas iobagio noster de Abram Religiosis viris fratribus heremitarum ecclesie sancte marie magdalene de Kueskuth pro anime sue remedio in uita donauit, donacioni eiusdem annuimus et consensimus, tali modo, quod ydem fratres ipsam vineam valeant possidere, de qua nobis decimas soluere tenebuntur, et si ipsam vineam ydem fratres processu temporis incultam reliquerint, terra eiusdem vinee ad nos et ad ecclesiam nostram possidenda perpetuo deuoluatur, nec hoc tamen pretermittimus, quod si ydem fratres heremite dictam vineam vellent alienare seu vendere non alijs nisi nostris iobagionibus possunt vendere seu alienare. Datum feria quarta proxima ante festum beate Margarete virginis. Anno domini M° CCC° septimo. In cuius rei testimo-

nium perpetuamque firmitatem, ad instanciam et peticionem eiusdem petri cantoris ipsis fratribus heremitis presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Matheo decano Gregorio custode ecclesie nostre et magistro Karachino scolastico nostri monasterij necnon prothonotharij conuentus nostri existentibus.

Hártyaszalagon függő pecsétmaradványnyal; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Paulin. Köveskut. fasc. unicus 1. Közli: Óváry L.

129.

1307. A vasvári káptalan előtt Káldi Ramacsa özvegye, hitbére és jegyajándéka kielégítéséről férje rokonait nyugtatja.

Nos Capitulum ecclesie beati Mychaelis de Castroferreo. Notum facimus tenore presencium vniuersis. Quod domina Katherina filia farchasi de suechfa relicta Ramacha de Kald coram nobis personaliter constituta, receptis viginti quinque marcis a mauricio in parte, in parte uero a pous filio pousa de eadem kald. Iwanka. Nicolao et Andrea fratribus predicti Pous a dote et sponsalibus suis dixit esse ex penitus penitus (így) et per omnia coram nobis, totam porcionem Ramacha mariti sui quam habebat in kald Mauricio et Pous ac fratribus suis predictis relinquendo. Hoc adiecto quod processu temporis nec prefata domina nec eius heredes seu cognati. Mauricium et Pous uel fratres suos sepedictos racione predicte dotis poterunt in aliquo agrauare ymo a molestantibus omnibus defendentes tenentur eosdem expedire Quod ut ratum sit presens scriptum Contulimus nostro sigillo communitum magistro Bors preposito Cosma Custode. Thoma Cantore. Nycolao decano ecclesie nostre existentibus. Anno gracie. M° CCC° septimo.

Függő pecsét nyomaival, fölűl metszett betükkel; eredetije Keszthelyen, a gr. Festetics cs. lvtban. »Ignota Miscellanea« 21.

130.

1307. Az újudvari convent előtt Ambrus comes fiai nővérüknek kiházasítása fejében Kuzyn birtok felét lekötik.

Nos Conuentus fratrum Cruciferorum domus hospitalis de nouacuria significamus omnibus quibus expedit presencium per tenorem. Quod ladizlaus et Kustan filij Comitis Ambrosij filij Kustan a parte una, magister Georgius filius magistri petri de Comitatu Ruche ab altera coram nobis constituti asseruerunt oraculo vocis viue, vt dispensante et gubernante dei prouidencia et inspirante sancti spiritus gracia, vnionem cognacionis et consanguinitatis talem inter se contraxissent, seu ordinassent, quod ladislaus et Kustan supradicti dominam sororem ipsorum puellam nomine Kata secundum seriem ordinacionis sancte ecclesie celebrato matrimonio Magistro Georgio antedicto contulissent in coniugem et in signum vnitatis et dileccionis cognacionis ac consanguinitatis, maxime eciam pro iuribus predicte domine que de possessionibus Comitis Ambrosij patris sui iuxta consuetudinem regni proueniebant medietatem cuiusdam possessionis eorum hereditarie Kuzyn nuncupate cum omnibus suis pertinencijs et vtilitatibus secundumque metis circuitur infrascriptis donassent dedissent et contulissent domine sorori sue supradicte et cum ipsa magistro Georgio prenotato ac eorum heredibus heredumque suorum successoribus inreuocabiliter possidendam tenendam et habendam, Cuius quidem terre metee hoc ordine distinguntur prima scilicet meta incipit in arbore Ilicis de parte orientis cruce signatam (így) et meta terrea circunfusam et intrat in uiam Zalanta vta uocatam per quam itur in Moruchel et peruenit ad arborem cerasi meta terrea circunfusam et per eandem viam directe iuxta cursus metarum magistri Nicolai filij comitis Omodei meando peruenit ad duas arbores iliceas cruce signatas, deinde in eadem via vadit ad arborem piri siluestri, ubi diuertit et descendit in vallem et per metas terre pauli alas dicti peruenit ad arborem Iliceam descenditque usque villam Kuzyn et ibi intrat in riuulum similiter Kuzyn

vocatum vbi est meta in arbore salicea que separat terram magistri Georgij a terra pauli et inde egreditur uersus aquilonem peruenitque ad arborem piri ubi est meta de qua paululum eundo peruenit ad arborem Iliceam et transit unum riuulum egrediturque uersus meridiem et intrat in vnam viam inde uadit ad arborem Ilicis deinde ascendit uersus orientem et per continuas metas terre veruеu currendo peruenit ad magnam uiam per quam de villa Myko bani itur in ad villam (így) Folkus, et per ipsam viam vadit usque priorem arborem ilicis et ibi terminatur. In cuius donacionis et ordinacionis testimonium et perpetuam firmitatem ad instanciam et peticionem parcium predictarum presentes concessimus litteras nostro sigillo roboratas Anno ab incarnacione domini M° CCC° septimo fratre Johanne nostro preceptore existente.

Zöld selyem zsinóron függő pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 575. 12. Ugyanott meg van a szalavári convent 1358-ki átiratában is, N. R. 400. 7. Közli: Óváry L.

131.

1307. A vasvári káptalan előtt Haraszti Barnabás kölkedi birtokát István comesnek elöröki.

Nos Capitulum ecclesie sancti Michaelis de Castroferreo notum facimus tenore presencium vniuersis. Quod Comes Barnabas filius Romany de harazty pro se et pro omnibus filiis suis coram nobis personaliter constituto possessionem suam Kulked uocatam vsui duorum aratrorum sufficientem quam dominus Andreas condam Illustris rex hungarie felicis recordacionis ipsi Comiti Barnabe et suis filijs vigore sui priuilegij pro meritorijs suis seruicijs fideliter inpensis, specialiter pro morte Barnabe de Thoufeu cognati sui in expugnacione quoddam castri (így) Rouro in seruicio regi et regno exhibendo interempti, contulerat, sicut plenius ipsius rei series per ydem priuilegium nobis demonstratur, eo Jure et ea plenitudine tota qua actenus Idem Comes Barnabas dinosscitur possedisse vendidit Comiti stephano sclauo, Johanni et alijs filijs suis seu filiorum successoribus pro nouem marcis denariorum persolutorum et recepto-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 154 von 696

rum ab eodem coram nobis Jure perpetuo pacifice et inreuocabiliter possidendam, hoc adiecto, quod si Idem Comes stephanus uel sui heredes temporis curiculo racione predicte possessionis Kulked a quibuscunque extraneis et specialiter a generacionibus seu filijs Comitis Barnabe fuerint molestati, ipse Comes Barnabas in alijs possessionibus suis hereditarijs terram in consimili quantitate eque vallentem ipsi Comiti stephano et suis successoribus reddere tenetur, si memoratam possessionem Kulked perpetualiter absque impedimento pacifice nequieret conseruare quod vt ratum sit presens scriptum contulimus nostro sigillo communitum. Domino B. preposito. Cosma custode, petro cantore. Thoma decano ecclesie nostre existentibus Anno ab incarnacione domini Millesimo CCC^{o} septimo.

A vasvári káptalannak 1328-ki átiratából, mely ismét átíratott 1436-ban; ennek eredetije orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 484. 5. Közli: Óváry L.

132.

1307. Az egri káptalan előtt Hangonyi Péter Hangony Borsod vármegyei birtokát örök joggal leányának és vejének átadja.

Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris, presens scriptum inspecturis. Capitulum ecclesie agriensis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire. Quod Comite Petro filio Nycolai de Hangun unacum nycolao filio suo ex una parte, ab altera uero Johanne filio Jula genero suo, coram nobis personaliter constitutis, per prefatum Petrum Comitem propositum extitit, quod quandam terram suam a Thoma filio Bencench emptam. Hangun uocatam in Comitatu Borsodiensi iuxta hereditariam terram eiusdem existentem, cum vniuersis utilitatibus et pertinencijs suis, sub eisdem metis et terminis quibus per eundem possessa extiterat, dedisset et contulisset domine Korustica filie sue, uxori ipsius Johannis, et eidem Johanni ac per eosdem suis heredibus, heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam et

habendam. Insuper obligauerunt se ydem Comes Petrus et Nycolaus filius suus ac heredes suos prefatam dominam et Johannem antedictum ac heredes eorundem, ab omnibus racione dicte terre inpetere nitentibus defendere proprijs laboribus et expensis, et in pacifica possessione ipsius terre yndempniter conseruare. In cuius rey testimonium ad instanciam eiusdem Comitis Petri presentes contulimus, sigilli nostri munimine roboratas. Presentibus tamen Magistro Petro preposito. Stephano Custode Johanne archidiacono de Heues ac alijs multis. Anno domini M° CCC° septimo. Thoma archyepiscopo Strigoniensi vincencio Colocensi Electo, et domino nostro Martino Electo, et confirmato in Episcopum agriensem existentibus.

Vörös, fehér és zöld színű selyem zsinóron függő ép pecséttel és alól metszett betükkel; eredetije a Nemzeti Muzeumban, a Hamvay cs. lvtban. Közli: Nagy Gyula.

133.

1308. jan. — A pécsi káptalan előtt a Győr nemzetségből való Tamás özvegye, leányát Ócsai Péter nejét, leánynegyedi illetőségére nézve a Baranya vármegyei Gunchel birtok egy harmadrészével kielégíti.

Capitulum Quinqueecclesiensis ecclesie omnibus xpi fidelibus presentem paginam inspecturis, salutem in omnium saluatore, ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire. Quod nobilis domina, Barbara nomine, filia Nicolai fratris Batyz de genere Negol, relicta Thome filij Pauli de genere Geur, vnacum duobus paruulis filijs suis, ex eodem Thoma generatis, Johanne videlicet, vndecim annorum in etate vt videbatur, et Thadeo infantulo, qui in vlnis ferebatur, ab vna parte, et comite petro filio Ocha, genero suo, ab altera coram nobis personaliter constitutis, eadem domina Barbara, proposuit oraculo viue uocis, Quod tum debite dileccionis ex affectu, qua dominam Clara, filiam suam, consortem predicti Comitis petri, et ipsum Comitem petrum generum suum maternaliter amplectitur, tum eciam ob id, vt prenotati orphani filij

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 156 von 696

sui, in tenera etate constituti, quos, sustentandi facultatem, propter suam inopiam non habere se dicebat, per industriam et diligentem procuracionem ipsius Comitis petri facilius possint sustentari, et commodius educari, Terre eorum Gunchel uocate, in Comitatu Barana habite, a prememorato Thoma marito suo, sibi, et eisdem filijs suis, rite cedentis, et iure remanentis, terciam partem, racione dotis sue, ad ipsam, et pretextu quarte, ad dominam Clara filiam suam antedictam, spectantem ut asseruit, et pariter pertinentem, ex consensu et voluntate, predictorum filiorum suorum, vtputa fiduciaria tutrix eorundem, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs eiusdem tercie partis dicte terre, ipsis domine Clare filie sue, et per eam prefato comiti petro, marito eiusdem genero suo, dedisset, donasset, et assignasset, perpetuo et irreuocabiliter possidendam. Dicimus eciam, quod prenominatus Johannes paruulus, maior filius dicti Thome, per nos interrogatus pro se, et pro Thadeo infantulo fratre suo, iuxta modulum sue etatis respondens, premissam donacionem per dominam matrem suam factam, ex eorum voluntate dixit processisse. In cuius rei testimonium firmitatemque perpetuam, presentes concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Actum Anno domini M° CCC° octauo. Mense Januario. Magistris Nicolao Cantore, Demetrio decano, ceterisque quampluribus, ibidem existentibus.

Hártyán, az elveszett pecsét veres és zöld selyem zsinóron függött; eredetije a b. Révay cs. lvban, »Turócz« fasc. 1. 4. Közli: Kovács N.

134.

1308. febr. 14. A bácsi káptalan előtt Tardi Miklós Valko és Baranya vármegyei összes javait vejének Vasszegi Domokosnak átadja.

Capitulum ecclesie Bachyensis Omnibus xpi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire quod accedentibus ad nostram presenciam nobili Viro Nicolao filio Cosme de Thord ab una parte, dominico dicto de

Voszygh genero eiusdem Nicolai ex altera idem Nicolaus vniuersas possessiones suas que taliter nominantur videlicet. Thord in qua est ecclesia in honore sancti petri constructa Chalaka et Ilk que sunt in Comitatu de Valkov. Item Chabagata Budula ubi est ecclesia in honore sancte Marie edificata. Zala et penna nominatis simul cum porcione quam dixit se habere in possessione Zepsce, que possessiones sunt in comitatu de Barana cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs vniuersis sub eisdem metis signis et terminis quibus a predicto Nicolao et progenitoribus suis sunt possesse, a generacione sua diuisione facta ab antiquo inter se distinctas ac diuisas, saluo tamen iure alieno, predicto dominico tanquam heredi seu filio suo naturali, ob recompensacionem et satisfaccionem centum et quinquaginta marcarum quas ab ipso dominico partim se recepisse, partim vero pro ipso in diuersis necessitatibus suis, eundem dominicum dicebat expendisse, dedit et assignauit iure perpetuo in filios filiorum possidendas a nullo vnquam propinquorum uel cognatorum suorum aliqualiter requirendas. Item voluit idem Nicolaus quod ad instar presencium in capitulis uel conuentibus ubilibet litteras confirmatorias possit inpetrare dominicus memoratus. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes litteras nostras concessimus sigilli nostri priuilegialis munimine roboratas et alphabeto intercisas. Datum in festo sancti Valentini martiris. Anno domini M° CCC° octauo. Laurencio preposito, Jacobo lectore, Johanne cantore. Nicolao Bachyensi, Egidio Syrmiensi. Siluestro Zygediensi Archidiaconis Michaele custode, Thoma decano ceterisque canonicis ibidem deo famulantibus iugiter et deuote.

A bácsi káptalannak 1325-ki átiratából, melynek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 953. 8. Közli: Óváry L.

---

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 158 von 696

135.

1308. apr. 23. Az újudvari convent előtt Leukart fia Miklós s ennek fiai, Bille birtokot Eynard comesnek felvallják.

Conuentus fratrum cruciferorum domus hospitalis de Nouacuria omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, salutem in domino sempiternam. Ne ea, que aguntur in tempore labantur simulcum tempore scripti patrocinio solent communiri. Ea propter ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire Quod Nicolaus filius Leukart cum filijs suis videlicet Thoma, Johanne, Georgio et Petro. Item Blasius et Laurencius filij Lothart. Item Myko, Thomas et Albeus cognati predictorum nobiles de Bylle, ex una parte. Comes Eynardus ab altera, personaliter coram nobis constituti, ydem Nicolaus et Blasius cum ceteris prenotatis possessionem ipsorum Bylle uocatam, iure hereditario ipsos contingentem, et ab alijs cognatis ipsorum in diuisione separatam, tribus aratris sufficientem, simul cum suis vtilitatibus fenetis videlicet siluis, terris arabilibus et locis sessionum a probis viris decem marcis estimatam, dicto Comiti Eynardo et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus vendiderunt, perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam et habendam, ipsis decem marcis habitis plene et receptis ab eodem, volentibus eciam et permittentibus cunctis commetaneis possessionis antedicte, videlicet Micaele, Benedicto, et Johanne filys Nicolai, fili Gubas. Item Nicolao filio pous. Item paulo et petro filys dominici. Item Vyda, Item Voyda et Johanne filio suo. Georgio, Dominico et Ladizlao filijs voyda personaliter comparentibus coram nobis. Cuius quidem possessionis mete taliter distinguntur, prima meta incipit a quodam riuulo, in valle Zapula dicta, et uergit ad orientem, ueniens ad diuisionem viarum ubi est meta terrea, inde flectitur ad meridiem et uenit iuxta virgultum ubi est meta terrea, inde flectitur ad occidentem et peruenit ad quasdam arbores ceraseas, deinde transit locum sessionis et uenit ad priorem riuulum quem transiens eundo

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 159 von 696

paululum uersus occidentem per terram arabilem uenit ad metam terream, inde flectitur ad aquilonem incidit ad viam que est in medio silue et uenit ad magnam Ilicem, inde flectitur uersus orientem transiens ipsam siluam et descendit in vallem Zapula ad fenetum, et flectitur ad meridiem, in medio vallis et peruenit ad priorem riuulum, ubi est locus sessionis, Nicolai supradicti, et ibi terminatur. Verum quia ipsa possessio in duobus locis est partita, incipiunt mete alterius partis, prima a quibusdam salicibus Zapulafeu dictis, que separant a terra filiorum dominici, inde uergit ad occidentem, in via publica, et peruenit ad metam terream a qua flectitur ad aquilonem in quadam valle, et peruenit ad metam terream que seperat a terra populorum de Kenesa, inde uenit ad antiquas metas terreas, deinde uenit ad quandam Ilicem que est in introitu silue, et in eadem silua tendit uersus aquilonem et peruenit ad duas metas terreas, secus viam fusas, exhinc peruenit ad quamdam arborem Gemulchyn dictam ubi sunt due mete fuse ab antiquo, dein uenit ad sex metas terreas, que separant a nobilibus de Voyda, inde flectitur uersus orientem et peruenit ad duas metas terreas, postea paululum eundo uersus orientem peruenit ad tres arbores Ilicis, ubi sunt mete terree; inde itur paululum in via et flectitur ad meridiem et uenit ad duas metas terreas, que separant a populis de Reche, inde in quadam valle, eundo uersus meridiem, peruenit ad arborem Ilicis ubi sunt due mete fuse, inde incidit in viam et flectitur versus occidentem, eundo iuxta terram dicti comitis Eynardi et descendit in quamdam uallem ubi est meta terrea, deinde in eadem valle ad meridiem eundo, peruenit ad priorem locum, Zapulafeu dictum, et ibi terminatur. In cuius rei testimonium et memoriám firmiorem, ad peticionem parcium predictarum presentem litteram eidem comiti Eynardo concessimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum feria tercia proxima ante festum beati Georgi martiris. Anno domini M° CCC° octavo.

Vörös, zöld, sárga s violaszínű selyem zsinóron függött pecsétje hiányzik; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 399. 31.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 160 von 696

136.

1308. apr. 27. Az esztergomi káptalan előtt Apor véki nemes, Szakállosi Pasar Györgynek birtokát eladván, ezen utóbbi az abból kijáró hitbéri és leánynegyedi illetőséget kiadja.

Capitulum ecclesie strigoniensis vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in uere salutis largitore. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod cum secundum continenciam priuilegialium litterarum nostrarum super terra Weyk prius emanatarum, quam Opour filius pauli nobilis de Weyk tytulo vendicionis, comiti Georgio dicto pasar nobili de Zakalus, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus perpetuasse est confessus coram nobis, ab omnibus impetitoribus racione ipsius terre uendite prefatum Comitem Georgium et suos posteros deffendere ac expedire proprijs suis laboribus et expensis se obligasset, et quia tandem prefatum Comitem Georgium a suis impetitoribus et contra ipsum mouentibus quescionem, scilicet racione quarte filialis, dictus opour nequiuisset deffendere, ut assumpserat, in omnimodam expedicionem sui, tam pro dote domine agneti relicte dominici de Veyk debita quam pro quarta filiali domine Elysabeth filie eiusdem dominici de ipsa terra Veyk per eundem opour ut prediximus uendita provenientibus, scilicet dominabus antedictis triginta marcis per ipsum Comitem Georgium eisdem ad plenum persolutis domine prenotate scilicet Agnes, et Elysabeth eius filia ex parte sua expeditum per omnia reddiderunt in hac parte Comitem Georgium sepefatum. Insuper eciam in quantum erat in ipsis propter huiusmodi solucionis satisfaccionem prefatam terram Veyk, secundum quod empcionis tytulo prehabite ab ipso opour dictus comes Georgius obtinuit seu habuit, cum suis utilitatibus et pertinencys uniuersis eedem domine reliquerunt eidem perpetuo et per eum suis posteritatibus posterorumque suorum successoribus pacifice et quiete possidendam tenendam pariter et habendam. Ita eciam uidelicet quod si quam ex parte predictarum dominarum ullo umquam tempore oriri contingat contra prefatum

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 161 von 696

Comitem Georgium et suos posteros racione terre Veyk prenotate materiam quescionis, prout coram nobis constanter sunt confesse, omnino inanis friuola, et viribus caritura habeatur. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem ad instanciam prefati Comitis Georgij presentes litteras priuilegiales sigilli nostri appensione fecimus communiri. Datum per manus discreti viri magistri Johannis ecclesie nostre lectoris. Quinto Kalendas may anno domini Millesimo Trecentesimo octauo.

Zöld és piros selyem zsinóron függő ép pecséttel, metszett betűkkel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 31. 66. Közli: Óváry L.

137.

1308. Szepesvárallya, máj. 4. Márton szepesi prépost Sigrai Miklós szepesi várnagynak megengedi, hogy Elsavicha birtokán kápolnát építhessen, s az ottani tized a szerzetesnek járjon.

Magister Paulus prepositus Scepsiensis uniuersis xpi fidelibus quibus presentes ostendentur, salutem in uero saluatore. Vt condigne supplicaciones antidotum exaudicionis reportare valeant, equitati conuenit et rigori presertim, dum religionis innititur vel cultus diuini nominis in augmentum. Proinde ad uniuersitatis uestre noticiam tenore presencium uolumus peruenire. Quod magister Nycolaus filius Comitis Dyonisy de Sygra Comes et Castellanus de Sceps, ad nostram accedens presenciam, humili a nobis supplicacione sibi et Comiti Dyonisio patri suo filijsque suis omnibus ac filiorum suorum omnium posteris uniuersis annui postulauit. Quod in quadam uilla sua congreganda Elsawycha uocata denuo in culturam redigenda Capellam vel ecclesiam in honore beati Nicolai preciosi confessionis xpi edificandi licenciam concedere decimasque populorum eiusdem ville in usum sacerdotis et clerici ipsius Capelle vel ecclesie ob augmentum cultus diuini nominis relinquere et donare dignaremus. Nos itaque attendentes, quod sumpma est racio, que pro religione facit, et cultus diuinici (így) nominis in augmentum. Habito tractatu cum fratribus nostris de Capitulo, et deliberacione diligenti, de

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 162 von 696

consilio et consensu eorumdem, ut idem comes Nicolaus Capellam uel ecclesiam in honore dicti beati Nycolai confessoris edificare valeat, et presbiter in eadem constituendus et confirmacionis munus a nobis uel successoribus nostris recipiendus, decimas iamdicte uille more aliorum plebanorum priuilegiatorum percipiat libere pacifice et quiete, annuimus paterno cum fauore Ita tamen, quod idem sacerdos iure aliorum plebanorum in Sceps nobis subiectorum in Kathedratico et descensu alijsque Juribus . . . libet horis debitis nobis et successoribus nostris cum debita obediencia respondere teneatur. In cuius rei memoriam pleniorem et maioris stabilitatis incrementum presentes concessimus litteras appensione sigilli tam nostri quam fratrum nostrorum Capituli videlicet Scepsiensis roboratas. Datum apud sanctum Martinum in dominica Cantate. Anno domini M° CCC° octauo.

Boleszló esztergomi érseknek 1325-ki, Danus fiai Péter és Domokos kérésére kiállított átiratából, melynek eredetije a Görgey cs. lvtban.

138.

1308. Beregszász, máj. 19. Nyugtatvány arról, hogy Mihály fia István, szölösi várnagy, a beregszászi és borsvavári jobbágyok. ingóságait ezeknek visszaadta.

Datum pro memoria, quod magister St. filius Michaelis castellanus de Sceuleus vniuersas res mobiles et inmobiles quas Jobagiones nostri de Luprechzaza et de Borzauauara ad magistrum St. supradictum sub fide pepulerant eisdem hominibus reddidit et restituit plenariter et ex toto, vnde reddidimus eundem magistrum St. penitus et in toto excusatum permittentes quod in nullo tempore eundem racione rerum prefatarum cum aliqua causa infestabimus ipsas autem res coram discreto viro dominico presbitero de Borzouauara duxit restituendas per nos specialiter ad id destinato. Datum in Luprechzaza in dominica proxima ante rogacionem anno domini millesimo CCC° octauo.

Hátlapján pecsét nyomaival ; eredetije a N. Muzeumban, Kállay lvt. Közli : Csontosi J.

139.

1308. máj. 25. A pozsonyi káptalan elött Olgyai Péter testvérével és fiaival együtt, bankvátai birtokukat Tiborcz fia Péter szolgájuknak ajándékozzák.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie posoniensis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire, quod magister petrus et farkasius filij Andree de Ogya vnacum fukone et Andich filijs eiusdem petri ab vna. Item petrus filius Tyburci paruus noncupatus seruiens ipsorum parte ab altera coram nobis personaliter constituti ydem magister petrus et farkasius, fuko et Andich memorati confessi sunt oraculo viue uocis, quod quia idem petrus filius Tyburci seruiens ipsorum ipsis fideliter et laudabiliter tam per effusionem sui sanguinis, quam eciam per aluid seruicium honorificum a tempore Juentutis sue seruiuisset per seruiciumque eius non dampnum sed semper honorem et vtilitatem percepissent, quandam possessionariam porcionem ipsorum hereditariam, videlicet totalem porcionem eorum in possessione Bankuatha existentem vnacum locis sessionalibus terris arabilibus cultis et incultis fenetis pascuis pecorum et generaliter cum omnibus suis utilitatibus et pertinencijs, cum quibusdam duabus particulis, videlicet cum recta dimidietate terre symonfelde nominate a parte possessionis nobilium de Tonkuatha et Beluatha cuius mete incipiunt iuxta metas nobilium de villa chenkez et transit penes possessiones nobilium de Tonkuatha et Beluatha predictorum et tendit usque metas uille leg, similiter cum recta dimidietate terre Zokfelde nominate a parte possessionis nobilium de villa Zaz, cuius mete incipiunt, iuxta metas prefate possessionis Bankuatha, et transit penes possessionem nobilium predictorum de villa Zaz tendit usque metas ville leg memorate similiter cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs earundem vniuersis, prelibato petro filio Tyburcy seruienti ipsorum et per eum heredibus heredumque suorum successoribus cum permissione et con-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 164 von 696

sensu omnium generacionum et proximorum suorum coram nobis personaliter astancium videlicet Andree dicti Chuna. Nicolai dicti Thumb Endre filiorum Endre lamperti et Alberti filiorum Budrug, Thome fili Buchtus nobilium de Ogya predicta. Item de consensu et bona uoluntate omnium vicinorum et commetaneorum eiusdem possessionis videlicet hermani Andree et Thome filiorum Balka de eadem Bankuata Gregorij filii pauli lachk filij martinj, Nicolai et pauli filiorum Sebe, Jacobi Andree et Laurencij filiorum Johannis et heem nobilium de villa Chenkez ac petri filij Georgij de Kysuatha et Johannis nigri de Beluatha similiter coram nobis personaliter astancium dedissent donassent et tradidissent Jure perpetuo et Inreuocabiliter possidendas tenendas pariter et habendas, ymo dederunt et donauerunt coram nobis, obligarunt se nihilominus ydem magister petrus cum filijs suis memoratis et farkasius quod quicunque successu temporum ipsum petrum uel suos heredes heredumque suorum successores racione predictarum possessionariarum porcionum uellet forsitan molestare extunc ipsi et sui heredes eundem petrum suosque successores tenebuntur expedire ab omnibus et defensare proprijs eorum laboribus et expensis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras cum alfabeto per medium intercisas pendentis sigilli nostri autentici munimine concessimus roboratas. Datum sabbato proximo post festum ascensionis domini anno eiusdem M° CCC° octauo.

Piros zsinóron függő ép pecséttel s metszett betükkel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Monial. Poson. 14. 2. Közli: Óváry L.

140.

1308. máj. 25. A pozsonyi káptalan előtt Olgyai Péter özvegyét Szent-Györgyi Ábrahám özvegye és fiai leánynegyedi illetőségére nézve kielégítik.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie posoniensis salutem in salutis largitore. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire quod nobili domina domina (így) Katha Relicta magistri

petri de Odya filia comitis Buken cognata comitis Abree bone memorie de Sancto Georgio vnacum duobis filijs suis scilicet fuko et Andych ab una parte. Nobili domina Relicta comitis Abree predicti simul cum filio suo Thoma et idem Thomas pro duobus fratribus suis scilicet Sebus et petro ab altera coram nobis personaliter constitutis sunt confessi oraculo viue uocis quod licet mota fuerit materia quescionis inter ipsos super possessione quarta paternali ipsius domine Katha ipsam de iure contingente, et aliqualiter fuissent altercati ad ultimum tamen mediantibus probis viris in talem pacis vnionem deuenissent quod dicta domina Relicta comitis Abree et filij sui predicti racione dicte quarte ducentas marcas denariorum viennensium quamlibet marcam cum singulis decem pensis conputando dedissent plenarie et soluissent quas marcas ipsa domina Katha et filij sui predicti plenarie recepisse et habere sunt confessi, et sic ipsa domina Katha et filij sui supradictam dominam relictam comitis Abree et filios suos racione antedicte quarte reddiderunt liberos et omnino expeditos obligando se quod quicunque processu temporum ipsam dominam relictam comitis Abree uel filios suos racione predicte quarte uellent forsan molestare extunc ipsa domina Katha et filij sui tenerentur expedire proprijs laboribus et expensis nec hoc fuit pretermissum, quod magister petrus bone memorie quondam maritus eiusdem Katha si quas litteras siue capituli, siue comitis posoniensis, seu quascunque super aliquod debitum ipsius Comitis Abree fecisset emanari omnino essent inanes et uiribus simpliciter uacuate. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beati Vrbani pape. Anno domini M° CCC° VIII°.

Piros, sárga s zöld selyem zsinóron függő pecséttel, metszett betükkel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 322. 15. Közli: Óváry L.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 166 von 696

141.

1308. jun. 25. A pozsonyi káptalan előtt Szarvai Gyung leánya férjének megölőivel az ezek által fizetendő pénzösszegre nézve kiegyez.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie Posoniensis salutem in domino omnium saluatore ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire Quod domina Giung filia Antol de villa Zarwa relicta Vrach cum duobus paruulis filijs suis Andrea et Johanne uocatis annos discrecionis nondum habentibus et Jacobo fratre eiusdem Vrach ex una parte ac Johanne filio Zeke ex altera coram nobis constitutis eadem domina Giung relicta uidelicet Vrach et Jacobus frater eius nominatus, asseruerunt oraculo uiuevocis, quod super morte predicti Vrach per dictum Johannem filium Zeke casualiter interfecti solutis vndecim marcis latorum denariorum Wiennensium, per conposicionem proborum virorum uidelicet comitis farkasij de Ogia et magistri Petri fratris sui et Comitis Jacobi Magni de Januk et Andree fily Chugud Ladizlai filij Vrach, Husweth de Leeg ac Comitis Luce de karcha omnimodam satisfaccionem inpendisset, Johannes filius Zeke pretaxatus, quas vndecim marcas predictis d. . . . filijs Vrach dixerunt plenarie se dedisse, predicta domina Giung et Jacobus frater vrach antedicti, sic igitur, Johannem filium Zeke prememoratum et suos successores vniuersos domina Giung sepedicta nomine duorum filiorum suorum et sui ipsius ac Jacobus frater Wrach reddiderunt penitus et per omnia expeditum racione mortis supradicte. Obligantes se eadem domina et Jacobus sepedictus ac filios suos filiorumque posteritates, quod si aliqua materia quescionis processu temporis per quempiam contra Johannem filium Zeke aut suos successores racione mortis . . . . . sepedicti Vrach oriretur ipsi et eorum fily tenerentur expedire proprijs laboribus et expensis, sicut eciam omnia premissa et singula premissorum Comes Luca et Ladizlaus filius Vrach de predictis arbitrijs missi, sic fore astruxerunt. In cuius rei testi-

monium memoriamque firmitatem (így) nostras concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum sabbato proximo post festum sancte trinitatis Anno domini M° CCC° octavo.

Vörös czérnazsinóron függő pecséttel; eredetije a pozsonyi kápt. lvtban. 14. 22. 16.

142.

1308. aug. 15. A győri káptalan előtt az Osl nemzetségből való Imre és fiai az ugyan azon nemzetségből származott Herbordnak és fiának Beled birtokot átengedik, ezek pedig a magtalanúl elhalt András fia Jakab birtokait amazoknak örökbirtokukba bocsátják.

Capitulum Jauriensis ecclesie Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire Quod magister herbordus filius magistri Herbordi et magister Stephanus filius eiusdem ab una parte. Gregorius, Laurencius, Ladizlaus, Emericus filij Comitis Emerici de generacione Osl cognati eorundem pro se et pro eodem Comite Emerico patre eorum necnon pro Mychaele, et dyonisio fratribus suis ex altera, coram nobis personaliter constituti, super quibusdam possessionibus eorum que inferius annotabuntur, super quibus contencio uertebatur inter partes, propter bonum pacis inter se et heredes eorum racione proxime consanguineitatis perpetuo obseruande, taliter se concordasse retulerunt, quod dicti Gregorius, Laurencius, Ladizlaus, Emericus suo et dictorum Comitis Emerici patris, Mychaelis et dyonisij fratrum suorum nomine quandam possessionem Belud vocatam, videlicet porcionem dicti Comitis Emerici et Thome fratris sui, quamquidem porcionem prefatus magister herbordus patrem suum magistrum herbordum a dicto comite Emerico olim mediantibus nostris litteris empcionis titulo comparasse dicebat, reliquerunt eisdem magistro herbordo et Stephano filio eius pacifice, perpetuo, et quiete possidendam, confirmando tenorem dicti nostri priuilegij quod processatur in hoc facto. Econuerso autem ydem magister Stephanus herbordus et Ste-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 168 von 696

phanus filius eius, quartam partem porcionum Jacobi filij Andree, sine herede decedentis, que in communi diuisione generacionis eorum, videlicet in possessionibus Churna, Belud, ubi ecclesia est constructa, et in Chapudchalad uocatis ad ipsos deuenerint, reliquerunt predictis Emerico comiti et filijs suis prenotatis, ac heredibus suis perpetuo et quiete possidendam, hoc specialiter includendo, quod si super easdem porciones, racione dotaliciorum aliqua quescio emerserit, ijdem filij Comitis Emerici se ab huiusmodi quescione tenebuntur racione dictarum porcionum expedire. Tali nichilominus obligacione per partes interposita et assumpta, quod quecunque ipsarum composicionem presentem non tolerauerit, cadet de iure suo, ipso facto, et insuper quinquaginta marcas soluet parti composicionem toleranti. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras nostro sigillo roboratas. Datum in festo assumpcionis beate virginis. Anno domini M° CCC° octauo. Magistris Ladizlao preposito, Mathya lectore, fabyano cantore et stephano custode existentibus.

Hártyaszalagon függő csonka pecséttel s metszett betűkkel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 643. 18. Közli: Óváry L.

143.

1308. Pétervárad, sept. 1. I. Károly király előtt File fiát Lőrinczet Pál fia Péter és Dénes fia Pál a királyi udvar ifjai, Pacsinta birtok elidegenítése miatt kérdőre vonják.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie damus promemoria quod Petrus filius Pauli, et Paulus filius Dyonisij familiares iuuenes aule nostre coram nobis personaliter constituti. Laurencio filio phile similiter coram nobis constituto, dixerunt nobis querimoniam porigendo, quod idem Laurencius quandam particulam possessionis ipsorum Pochenta uocate, Paulo et Emerico filijs Martini bani, sine ipsorum scitu et uoluntate pignori obligasset, idem uero Laurencius respondit e conuerso, quod propriam possessionem suam Sumug uocatam, predictis filijs Martini bani pignori obligasset, et nullam particulam de Pochuntha uel pertinentibus ad eandem. Datum in Varadino

Petri in festo beati Egidy abbatis anno domini Millesimo. CCC° octauo.

Zárlatán pecsétnyommal ; eredetije Keszthelyen, a gróf Festetics cs. lvtban. »Ignota Miscellanea.« 22.

144.

1307. sept. 7. I. Károly király elödeinek Kolchván földtérröl, Ricolf fia Kokas részére történt adományozását megerösíti.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex. Omnibus xpi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Regie celsitudinis incombere dignoscitur officio ut suorum subiectorum obsequia fidelia benigne recompenset et donaciones a suis progenitoribus eisdem racionabiliter collatas approbet, ratificet, et confirmet, hinc est, quod ad vniuersorum noticiam presencium pariter et futurorum harum serie volumus peruenire. Quod accedens ad nostram presenciam magister Kokos filius Comitis Ricolphi dilectus et fidelis noster, exhibuit nobis litteras priuilegiales clare recordacionis domini Andree Regis, continentes tenorem priuilegij domini Regis Ladizlai Karissimi fratris nostri patruelis, in quo continetur forma collacionis inclite memorie domini stephani quondam illustris Regis Hungarie Aui nostri predilecti, super collacione cuiusdem terre Kulchuan uocate, per ipsum Regem Stephanum Comiti helbrando socero ipsius magistri Kokos facta, et eciam super non Judicandis Jobagionibus suis per Comitem scipsiensem pro tempore constitutum confectas, petens a nobis cum instancia, ut easdem litteras priuilegiales Regis Andree ratas habere et nostro priuilegio dignaremur confirmare. Quarum quidem tenor talis est: (következik III. András királynak, IV. László király 1284-ki priuilegiumát magában foglaló s azt megerősítő 1293-ki priuilegiuma l. Wagner Anal. Scep. I. 82. és Fejér Gy. i. m. V. 3. 247.) Nos igitur qui singulorum merita pensare et remunerare ex officio susscepti regiminis tenemur, prefati magistri Kokos

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 170 von 696

peticionibus iustis Regia pietate fauorabiliter annuentes. Consideratis serviciorum suorum meritis graciosis, que nobis idem magister Kokos cum feruore sumpme fidelitatis impendit in obsessione (l. Fejér Gy. i. m. VIII. 1. 250.) et subijt, ab hominibus filij Regis Boemie supradicti. Reuocantes eciam in memoriam eiusdem magistri Kokos obsequia, que idem ante nostre maiestatis oculos, in expugnacione Castri strigoniensis, per Johannem quondam palatinum nostrum emulum occupati cum effusione sanguinis suorum seruientum alacriter exhibuit et impendit, dictumque priuilegium Regis Andree attendentes non cancellatum non abrasum, nec in aliqua sui parte viciatum, de uerbo ad uerbum presentibus insertum ratum et firmum habentes, pretextu cuius idem magister Kokos dictam terram Kulchuan vocatam ex donacione prefati helbrandi soceri sui dinoscitur possidere, approbamus, ratificamus, et collacionem de eadem terra Kulchuan dicto Helbrando factam eidem magistro Kokos innouantes Regia auctoritate Confirmamus, in filios filiorum perpetuo et irreuocabiliter possidendam, relinquendo, conferendo, et donando. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras nostri dupplicis sigilli munimine roboratas. Datum prope Chegled per manus reuerendi viri magistri Johannis Albensis ecclesie Electi, aule nostre vicecancellarij dilecti et fidelis nostri Anno ab incarnacione domini Millesimo CCC° Octauo. Septimo Idus septembris. Regni autem nostri Anno septimo. Indiccione sexta.

Sárga és violaszín selyem zsinóron függő pecsét maradványaival eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 620. 43. Közli: Óváry L.

145.

1308. oct. 18. A pozsegai káptalan kiküldöttjei előtt László comes leánya, az első férje után járó hitbérének és jegyajándékának kielégítésére nézve a néhai Domokos nádor fiát Istvánt nyugtatja.

Nos Laurencius prepositus ecclesie beati petri de posega memorie Commendantes significamus quibus expedit vniuersis, quod nobilis domina Relicta magistri petri filij magi-

stri dominici filia Comitis Ladislai nunc consors magistri Thome filij Comitis Benedicti, semel et secundo, per hominem suum a nobis postulauit, vt duos ex concanonicis eiusdem ecclesie nostre uel tres personas ydoneas, ad audiendas asserciones suas mitteremus. Nos igitur ipsius domine iustis et honestis peticionibus ac congruis inclinati vt tenemur iusticia mediante, viros discretos Michaelem Cantorem ecclesie nostre nominate, ac Stephanum magistros. Concanonicos nostros duximus ad id destinandum. Quiquidem demum ad nos reuersi nobis dixerunt, quod ipsa domina porcionem de dote et rebus suis parafernalibus, a magistro Stephano filio predicti magistri dominici quondam palatini prouenientem, exceptis porcionibus solucionis, quibus alij filij ipsius magistri dominici sibi tenerentur, ob sumpmum titulum reuerencie, quem circa ipsam dominam honoranter ingessisset, sincero cordis desiderio ipsi magistro Stephano dimisisset et relaxasset, ita quod nullo unquam tempore, ipsa solucione porcionis, ex ipsa dote et rebus parafernalibus predicte domine deuenientis, quam idem magister Stephanus soluere teneretur, erit soluturus. Datum in festo beati luce euangeliste. Anno domini M° CCC° octauo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1505. 11. Közli: Óváry L.

146.

1308. dec. 10. A pozsonyi káptalan előtt Jánoki János özvegye leánynegyedi illetőségére nézve János fiát Dankát nyugtatja.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie posoniensis salutem in salutis datore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire. Quod constituta personaliter coram nobis honesta domina Mucha relicta Johannis de Januk filia Mooth de palyazokus sicut dixit ex una parte Danka filius Johannis pro se et pro fratre suo Johanne de eadem ex altera, eadem domina est confessa uiuauoce, quod ipsa racione quarte sue, que ipsam de paterna possessione de iure attingebat receptis ab eisdem Danka, videlicet et fratre suo octo marcis denariorum Wien-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 172 von 696

nensium dictos danka scilicet et fratrem suum ac eorum successores uniuersos, racione dicte quarte sue reddidit per omnia expeditos, Obligando se quod quicunque processu temporum, eosdem uel suos successores racione dicte quarte forsitan uellent inpetere uel uexare, ex tunc dicta domina et sui successores tenerentur expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas Datum feria tercia proxima post festum beati Nicolai confessoris. Anno domini M° CCC° octauo.

Függő pecsét nyomaival, metszett betükkel; eredetije két példányban a pozsonyi kápt. lvtban. 14. 1. 11. és 14. 9. 15.

147.

1308. Buda, dec. 11. Gentilis bíbornok mint telyhatalmú pápai követ a közakarattal pannonhegyi apátnak választott Jánost megerösíti, felmentvén azt egyik hiányzó szeme miatt az egyházi akadálytól.

Frater Gentilis miseracione diuina tituli Sancti Martini in Montibus Presbyter Cardinalis, Apostolice Sedis Legatus. Dilectis in Christo filiis Vniuersis Vassallis Monasterii Sancti Martini de Sacro monte Pannonie, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Ordinis Sancti Benedicti Jauriensis diecesis Salutem in domino. Dum iuxta commisse nobis Legacionis debitum, attenta meditacione pensamus, quantis et quot sit onusta dispendijs, quot eciam et quanta pericula secum trahit ecclesiarum et monasteriorum diuturna uacacio, opem et operam quantum ex alto nobis permittitur adhibemus, ut huiusmodi ecclesijs et monasterijs et precipue ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentibus constitutis infra Legacionis nostre terminos, que uacacionis exponuntur incommodo, de celeris et salubris prouisionis remedio succurratur, ne prouisione illorum diucius protelata, sustineant in spiritualibus et temporalibus detrimentum. Sane Monasterio sancti Martini de Sacromonte Pannonie ad eandem Ecclesiam nullo medio pertinente, Ordinis Sancti Benedicti, per obitum bone memorie fratris Jacobi

Electi in Abbatem ipsius Monasterii regimine destituto, Dilecti filii Decanus et Conuentus eiusdem Monasterii, die ad eligendum prefixa conuenientes in unum, spiritus Dei gracia inuocata, dilectum in Christo filium fratrem Johannem tunc Monachum et Procuratorem eiusdem Monasterii per inspiracionem diuinam ut prima facie apparebat, in suum et ipsius Monasterii Abbatem concorditer elegerunt, ipseque nobis huiusmodi Eleccionis Decretum, infra tempus a iure statutum, personaliter presentare curauit, petens humiliter ut Eleccionem ipsam confirmare canonice dignaremur. Nos uero qui sumus omnibus nostre gubernacioni commissis in iusticia debitores, Eleccionem ipsam per Auditores et Sapientes nostros examinari fecimus diligenter, et demum quia inuenimus in ipsa Eleccione, que nullam de formis in sacros canonibus traditam continebat, fuisse peccatum, ac Eleccionem eandem, de persona indigna propter alterius aliqualem oculi maculam celebratam, licet alias per examinacionem persone sue inuentus fuerit bone conuersacionis et uite, exigente iusticia duximus cassam et irritam nunciandam, Decanum et Conuentum eosdem, eligendi hac uice potestate priuantes, prouisionem ipsius Monasterii disposicioni ac prouisioni nostre specialiter reseruando et decernentes extunc ad nos prouisionem ipsius Monasterii pertinere, ac irritum et inane si secus super hoc per quoscunque scienter uel ignoranter aptemptatum fuerat hactenus, uel in posterum contingeret attemptari. Postmodum autem ad celerem ipsius Monasterii prouisionem, ne uacacionis prolixe sortiretur incommoda, sollicitis studijs intendentes, ut personam aptam huiusmodi regimini diuina nobis Clemencia prepararet, tandem quia ob personarum Religiosarum defectum, quibus Vngarie Regnum propter ipsius fluctuantem statum, et iam inueterata dissidia penuriam patitur, post inquisicionis solertis adhibite studium, secundum cor nostrum ad ipsum Regimen persona sufficiens non occurrit conuertimus indictum fratrem Johannem nostre consideracionis intuitum, pensantes quod idem Monasterium de ipso maxime ordinari plurima suadebant, defectus uidelicet huiusmodi aptarum regiminis personarum, euidens loci utilitas minime negligenda, uota fratrum quibus concors et comune fuerat in ipsius as-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 174 von 696

sumpcione propositum, origo stirpis vngarice, cuius gracia melius dicti iura Monasterii ob confinium Baronum noticiam manutenere poterit et tueri, periculum eciam quod in talibus ex more dispendio formidatur, necnon suorum competencia meritorum — que in sue candore mundicie literarum sciencia competenti morum elegancia uiteque honestate obseruancia regulari et alijs uirtutum donis fidedignorum testimonijs comprobatur, necnon ad memoratum Monasterium et bonum statum illius, quod a longi decursu temporis, grassanter ipsum in suum excepit gremium, sibique deuotum habuit filium, cuiusque procuracionem in temporalibus gessisse comprobatur laudabiliter, gerit feruidam caritatem. Consideracione itaque predictorum clementer inducti, et attendentes quod Monasterium ipsum cuius ad nos hac uice prouisio libere ut premittitur pertinere dinoscebatur, ex uacacione diutina in spiritualibus et temporalibus irreparabile poterat incurrere detrimentum, ac propterea de ipsius prouisione celeri sollicite cogitantes, in dictum fratrem Johannem fidedignorum testimonijs multipliciter commendatum, direximus oculos nostre mentis, et fiximus nostre consideracionis obtutum, ac cum ipsam ad cautelam, ut non obstante predicta macula que ut facie prima perpenditur, notabilem deformitatem non indicat, sed iuxta Medicorum assercionem, tamquam exorta in pupille superficie nouiter lucis priuacionem totaliter non induxit, quodque periti cura Medici poterit prioris luminis beneficio restaurari, ad Regimen prefati Monasterii assumi ualeat, auctoritate qua fungimur graciose et misericorditer dispensantes, ipsum fratrem Johannem tunc dicti Monasterij Monachum ex predictorum Auditorum et Sapientum consilio, auctoritate predicta, ipsum Monasterio in Abbatem prefecimus et Pastorem, curam et administracionem illius, eidem spiritualiter et temporaliter committendo. Sibique postmodum fecimus per venerabilem in christo patrem. . . . Episcopum Quinquecclesiensem munus benediccionis impendi, firma concepta fiducia, quod dirigente domino actus suos, monasterium ipsum per sue circumspeccionis industriam et prudenciam circumspectam, laudabiliter et prospere dirigetur ac salubria suscipiet incrementa. Quo circa Vniuersitati uestre auctoritate prefata, presencium tenore mandamus

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 175 von 696

quatenus eundem abbatem deuote recipientes et honeste, tractantes et habentes ei obedienciam et reuerenciam debitam et deuotam, eius salubria monita et mandata suscipere, ylariter et efficaciter adimplere, sibique consueta exhibere seruicia, ac de iuribus et redditibus ei a nobis debitis plenarie respondere curetis. Alioquin sentenciam siue penam, quam ipse rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfaccionem condignam inuiolabiliter obseruari. Datum Bude III. Idus Decembris. Pontificatus domini Clementis pape quinti anno Quarto.

Függő pecsét nyomával; eredetije a pannonhalmi főapátság lban, 45. H. Közli: Stachovics Remig.

148.

1308. A köi káptalan bizonyítja, hogy Pál fia Miklós, Bács vármegyei nemes társaival együtt, Sebesszeg birtok iránt Károni Csaba fiai ellen az esküt letette.

Vniuersis xpi fidelibus presens scriptum inspecturis, Capitulum ecclesie de Kw salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod cum Nicolaus filius pauli nobilis de Comitatu Bachiensi iuxta examen iudicij virorum nobilium scilicet comitis Vodos comitis stephani de Bancha et Theodori Rufi Item Blasij filij Ipoliti Nicolai filij Mihedeus et Benedicti de Dobra per partes adductorum feria tercia uidelicet in quindenis beati Emirici confessoris cum decem nobilibus sua persona in numero inclusa, ad faciem possessionis Sebussceg vocate in comitatu Bachiensi constitute accedere et in illa meta ex qua Nicolaus Michael et laurencius filij Chaba de Karon ipsum Nicolaum ab usu et utilitate porcionis quam in dicta possessione habere se asserit impediuerant cum dictis nobilibus suis coniuratoribus persistere et contra eosdem filios Chaba prestare sacramentum debuisset prout in prioribus nostris litteris memorialibus uidemus contineri ipso adueniente termino prefatus Nicolaus filius pauli ad nos accedens nostrum hominem ad uidendam deposicionem dicti sui iuramenti anobis secum peciit destinari,

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 176 von 696

quem nos de communi iusticia annuentes destinauimus qui postmodum ad nos reuersus nobis dixit quod idem Nicolaus cum Andrea filio Cosme speciali et nominato suo Coniuratore. Item Georgio filio Lukach de Barba, Johanne filio Simon. Ladislao filio Michedeus, dyonisio filio Retez, Georgio de Kobul ac Andrea de eadem, paulo fratre Symon de Tytil et Thoma filio pousa suis coniuratoribus ad quandam metam terream a parte occidentali circa Karachunfuka erectam, et ab ipsa meta directe descendendo iuxta danubium ad secundam metam ligneam Narfa uocatam et ab illa secunda meta similiter circa danubium procedendo ad terciam metam terream circa Ivanusfuka sitam et ab ipsa tercia meta eundo ad quartam metam ligneam circa Zouorfuk a parte orientali existentem in dicta possessione sebuszeg situatas accessissent et in ipsa quarta meta scilicet circa Zouorfuk predicta ipse Nicolaus cum dictis suis coniuratoribus persistendo terram super ipsorum capita subleuantes in presencia ipsius hominis nostri prout debebant deposuissent iuramentum, super eo uidelicet quod illa porcio terre in supradicta possessione Sebuszeg existens sub predictis quatuor metis constituta in diuisione inter progenitores filiorum Chaba ab vna parte et progenitores Nicolai ab altera olim tanquam inter consanguineos legitime facta, progenitores Nicolai contigisset et in ipsorum cessisset porcionem ita uidelicet quod progenitores filiorum Chaba uel eorum successores nullum penitus ius aut dominium habuerunt uel habere acceptauerunt ullo unquam tempore de porcione terre seu possessionis memorate, ymo ab eisdem antiquis temporibus per progenitores Nicolai filij pauli sepedicti ac suorum progenitorum successores et demum per ipsum Nicolaum usque ad hec tempora ipsa porcio terre Sebuszeg vocate, sepedicta, fuit habita et possessa iure hereditario pacifice et quiete prefatus eciam Mychaël filius Chaba tam pro se quam fratribus suis memoratis ad nostram accedens presenciam, confessus est, predictum Nicolaum cum suis coniuratoribus prefatis super memorata possessione Sebuszeg vocata modo superius expresso deposuisse iuramentum. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus sigillo nostro communitas. Anno domini M° CCC° octauo. Discretis viris magistris

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 177 von 696

Johanne preposito stephano lectore Johanne Cantore Ladislao Custode Ceterisque Canonicis in ecclesia dei existentibus.

Piros, sárga s zöld selyem zsinóron függött pecsétje hiányzik; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1505. 10. Közli: Óváry L.

149.

1308. Az újudvari convent előtt Billei Jakab és rokonai, billei birtokrészöket Eynard comesnek elörökítik.

Nos Conuentus fratrum Cruciferorum domus hospitalis de Nouacuria, significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis. Quod Jacobus filius Agabiti de Bylle et domina Aliwanth filia marcus (így) muti, relicta scilicet Stephani filij ipsius Agabiti nunc consors Lorandi filij Johannis de Ond cum eodem marito suo ac Benedictus filius Chuda cum Iwanka filio Kumpe personaliter ab una parte, comes uero Eynardus filius Pauli ab altera coram nobis sunt constituti, propositumque et relatum extitit per eosdem quod unam particulam in terra seu possessione Bylle uocata porcionem scilicet quondam ipsius Agabiti nunc eidem Jacobo hereditarie predicte autem domine Alywanth pro dote et rebus parafarnalibus suis Benedicto uero predicto pro quarta matris sue et sororum scilicet filiarum dicti Agabiti pertinentem, cum sessionibus et vtilitatibus ac pertinencijs vniuersis vendidissent ipsi Comiti Eynardo pro quinque marcis plenarie receptis ab eodem in filios filiorum perpetuo possidere super ipsa summa pecunie scilicet quinque marcarum iam dictarum conuenientes cui qualiter et quantum debeatur (így) inter se diuisionem facientes Hoc ita adiecto quod pro ipso Benedicto prefatus Iwanka pro prefata autem domina Alywanth maritus eius iam dictus Lorandus se et suas possessiones obligarunt ut si quandocunque processu temporum perquempiam idem Comes Eynardus et eius successores racione dotis et rerum parafarnalium ac quarte iam dicte possessionis Agabiti predicti in causam traheretur prescripti Lorandus et Iwanka et eorum posteritates tenebuntur expedire proprijs laboribus et expensis ex consensu et beneplacito Nicolai fily Pows (filij Agabit) personaliter astantis uicini et

commetanei ipsius terre. Cuius quidem particule terre meta incipit ante curiam ipsius comitis Eynardi superius piscinam eiusdem ab aquilone in riuulo et per meatum ipsius riuuli directe tendendo ad aquilonem peruenit ad unam arborem ylicis pro metha et adhuc ad aquilonem eundo flectitur uersus orientem ad arborem piri uergensque sic ad orientem peruenit ad terram Johannis fily orbani et subtus silwam eiusdem Orbani facit metas duas scilicet arbores ylicis maiores preceteris et inde uertitur ad meridiem directe per metas usque ad terram Petri fily Herchuk et sic separata a terra Nicolai fily Pows et adiuncta terre eiusdem comitis Eynardi a nobilibus de eadem Bylle precio primitus conparate circum adiacet in pace. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam ad peticionem parcium presentes concessimus litteras nostro sigillo appendenti munimine roboratas Datum et actum dominice incarnacionis. Anno Millesimo Trecentesimo Octauo.

Függő pecsét nyomaival; eredetije a gr. Draskovics cs. lvtban, 22. 5.

150.

1308. A szenternöi káptalan elött Naman fia Tamás sapuli birtokrészét Ziloy Jánosnak örökül bevallja.

Capitulum ecclesie beati Iriney omnibus xpi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie litterarum uolumus peruenire. Quod Thomas filius Naman, sicut dicitur, de villa Sapul ab una parte Johannes filius Cozma de Zyloy ex altera, coram nobis personaliter constituti. Idem Thomas prefatus, vnam sessionem videlicet fundum curie cum ortu pomerij, et decem iugera terrarum arabilium, quinque in terra que uocatur Teluk, et quinque iuxta terram Sermegh uocata, de porcione sua in territorio eiusdem ville Sapul existentes (így), ipsum iure hereditario attingentes, confessus est dicto Johanni filio Cozme cognato suo tercia dimidia marca et racione proximitatis uendidisse sibi et per eum suis heredibus iure perpetuo et inreuocabiliter possidendas, quamquidem pecuniam

dixit ab eodem plenarie recepisse. Nec obmisit quod si quis dictum Johannem super ipsa empcione et uendicione aliquo tempore molestare atemptaret, Thomas filius Naman prescriptus prout asumpsit proprijs laboribus et expensis tenebitur expedire. In cuius rei memoriam ad peticionem parcium nostras concessimus litteras priuilegiales apposicione sigilli nostri autentici roboratas, medio alfabeto intercisas. Datum anno Domini M° CCC° octauo.

Czernán függő ép pecséttel s metszett betükkel; eredetije az orsz. lvtár kincst. osztban, N. R. 1505. 9. Közli: Óváry L.

151.

1308. A kapornaki convent előtt Pousa Magus fia, aracsi nemes, birtokát a zalavári apátságnak adományozza.

Frater Andreas Abbas et Conuentus monasterii Sancti saluatoris de Copornuch omnibus presentes literas inspecturis salutem in Domino Jehsu Christo. Cum omne componencium apud componentes reuertatur ad pristinum, expedire uidetur ut affuturis saluas incerte mortis tempora debeat perseuerare. Hinc est quod cum quidam nobilis de Aracha, Pousa nomine filius Magus attendisset, quod ad patriam inter alios sit uocandus, Ade debitum soluturus, cum suo placuerit creatori. Ad nostram accedens presenciam porcionem substancie sue que ipsum iure hereditario tangebat, cum omnibus utilitatibus suis scilicet molendino, feneto, nemore, totaliter donauit seu legauit ob remedium anime sue monasterio Sancti Adriani de Zala attendendo pro hoc qui in erogacionem elemosinarum seminaret in terris multiplicato fructo recolligat hoc in celis. Quamobrem ne processu temporis ipsam legacionem seu donacionem aliquis fratrum suorum seu cognatorum ausu temerario habeat retractare, autor supplicando postulauit ut ipsas uelimus nostris literis roborare. Quibus ipsius precibus fuimus inclinati presentes concessimus sigilli nostri munimine communitas. Anno domini Millesimo. Trecentesimo. Octauo. Reverendis Petro, Jacobo, Didaco, Johanne Custode ac ceteris fratribus salubriter deo famulantibus.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 180 von 696

Hártyaszalagon függő ép pecséttel ; eredetije a pannonhalmi főapátság lvtban, 85. 10. 1. Közli : Stachovics R.

152.

1308. Az egri káptalan előtt Alsózellői Jakab és István, zellői Nógrád vármegyei birtokukat Dezső mesternek elörökítik.

Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Capitulum ecclesie agriensis salutem in omnium saluatore ad vniuersorum noticiam, tenore presencium volumus peruenire quod Jacobo filio Ithemeri et Stephano filio Jule de inferiori Zele ex una parte ab altera vero Reynoldo officiale magistri desew cum procuratoriis litteris eiusdem pro eodem domino suo coram nobis personaliter constitutis predicti Jacobus et Stephanus proposuerunt viua uoce, quod quandam terram ipsorum hereditariam Zele vocatam in comitatu Neugradiensi existentem terre eiusdem magistri desew similiter Zele nominate vicinatam, cum omnibus utilitatibus suis vsque ad metas vnius particule terre de eadem terra, filijs Comitis Jakow de humukterenne per eosdem tradite vendidissent et tradidissent eidem magistro desew pro viginti marcis ab eodem sibi et suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam et habendam. Et Comes ponyth filius Jakow de humukterenne conmetaneus eiusdem terre pro se et pro magistro petro ac Gregorio fratribus suis coram nobis personaliter constitutus huic vendicioni et empcioni plenum consensum prebuit et assensum, alios autem commetaneos dixerunt ipsam terram non habere. Insuper obligarunt se dicti Jacobus et Stephanus et heredes suos predictum magistrum desew et heredes eiusdem vniuersos ab omnibus ipsius terre inpetere nittentibus defendere et expedire propriis laboribus suis et expensis. In cuius rei testimonium ad instanciam parcium presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas, presentibus tamen magistro petro preposito Symone cantore, petro lectore, Stephano custode. Petro de Kemey Egidio de Wng. Briccio de Zabouch. Johanne de heues, magistro Valtero de Borsua Archydiaconis et alijs multis Anno domini

Millesimo CCC° octauo. Regnante Karulo illustri rege hungarie. Thoma strigoniensi. Vincencio colocensi Archyepiscopis, et domino nostro venerabili patre Martino dei gracia episcopo agriensi existentibus.

Az egri káptalannak 1340-ki átiratából, melynek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 870. 2. Közli: Óváry L.

153.

1308. A vasvári káptalan előtt az Osl nemzetségből való Jakab fiai a Kemenes erdőben lévő birtokrészüket Vönöczki Jakab fiainak elörökítik.

Nos capitulum ecclesie sancti Michaelis de Castro ferreo Notum facimus tenore presencium uniuersis, quod Stephanus filius magistri Jakobi de genere Osl pro se et pro Ihone fratre suo coram nobis personaliter constitutus unam silvam Kemmes vocatam sitam super septuaginta iugera terrarum cum mensura regali dedit vendidit pro (az ár ki van törűlve) Alexandro comiti Olpura paulo et stephano filijs magistri Jakobi de Viniczk iure perpetuo pacifice et quiete inrevocabiliter possidendam heredum per heredes hoc adiecto, quod si processu temporis racione silve per eos vendite et collate sicut prediximus fuerint per quempiam molestati seu inquietati stephanus et Ihones predicti tenentur eosdem a molestantibus omnibus coram quouis Judice expedire ut igitur hec vendicio salva semper et inconcussa permaneat presens scriptum contulimus nostro sigillo communitum magistro Bors preposito Cosma custode petro cantore Thoma Decano ecclesie nostre existentibus: Anno ab incarnacione domini M° CCC° octauo.

Hártyaszalagon függő pecsét nyomával és fönt metszett betükkel; eredetije Vönöczk Vas vármegyei község lvtban.

154.

1309. jan. 2. A pozsonyi káptalan előtt Szentandrási András a Csalóközből, leányát, Doborgázi Mihály nejét, bári birtokából leánynegyedi illetőségére nézve kielégíti.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie posoniensis salutem in domino sempiternam, ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire. Quod Andreas filius lacus de sancto Andrea prouincia Challokuz coram nobis personaliter constitutus est confessus quod ipse domine margarete filie sue uxori Mychaelis filij Jacobi de doborgaz pro qua domina idem Mychael maritus eius conparuit, quartam suam utputa de paternali possessione sibi de iure prouenientem in quadam possessione sua Bar uocata triginta iugera terrarum sub certis metis existencia presente Johanne fratre eiusdem andree et bona uoluntate consenciente siue permittente eidem domine Margarete et Mychaeli marito suo et per eosdem suis heredibus dedisset racione predicte quarte sue et donasset iure perpetuo, inreuocabiliter possidendam habendam et tenendam. In cuius rei testimonium nostras concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum secundo die circumcisionis domini Anno eiusdem M° CCC° nono.

Zöld és piros selyem zsinóron függő ép pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Mon. Pos. 53. 2. Közli: Óváry L.

155.

1309. febr. 23. Az egri káptalan előtt Leczi László és Bors fia Pető, Leez és Bezzeg birtokokon megosztoznak.

Datum pro memoria (Capitulum agriensis eccl.) Quod ladislaus filius comitis dominicy de leez ex una parte ab altera vero petew filius (Bors) proximus eiusdem de eadem coram nobis personaliter constituti in duabus possessionibus hereditarijs scilicet in eadem leez et Bezzeg vocatis de uoluntate et beneplacito parcium talem diuisionem prout inferius (nota)

buntur se fecisse retulerunt quod eandem villam Bezzeg in duas partes diuisissent ex quibus vna pars de parte orientali seu campestri preter duas curias in inferiori parte eiusdem partis ipsi ladislao remanentes, cessisset petew antedicto et reliqua alia pars eiusdem ville a parte fluuij harnad (iacens) similiter preter duas curias de Inferiori parte in porcionem dicti petew remanentes cessisset ipsi ladizlao sibi et suis heredibus possidende. Item quoddam nemus eorum Myklosrethe vocatum in toto incipiendo de domo eiusdem petew cessisset eidem petew, item quedam silua eorum Kezeperdew nominata in duas partes diuisa extitisset ex quibus vna pars superior prout scinditur per duas arbores populeas Chuntanar vocatas ipsi ladizlao et reliqua alia pars inferior eiusdem silue de eisdem arboribus dicto petew cessissent possidende Item quedam silua eorum hydeguizkuzy vocata similiter in duas partes diuisa extitisset ex quibus vna pars a parte orientali existens prout diuidit quedam via seu scindit que uenit de Belmech in portum Itemer ipsi ladizlao et reliqua alia pars eiusdem silue iacens a parte occidentali de eadem via incipiendo ipsi petew cessissent possidende. Item quoddam nemus eorum incipiendo de domo ipsius petew et alijs distinccionibus eiusdem vsque ad quendam locum hydueg vocatum ipsi ladizlao remansisset, preterea dictam possessionem leez taliter inter se diuisissent quod tota sessio super qua sunt populi residentes ipsi ladizlao cessisset possidenda alia vero sessio seu fundus ville inferior de eadem Leez ipsi petew remansisset Item quedam particula nemoris circa fluuium harnad a parte eiusdem ville Leez infra portum in quo transitur de domo ipsius petew versus ipsam villam Leez prout girat dictus fluuius harnad de quadam arbore populea cessisset eidem ladizlao. Item quoddam nemus eorum Naras vocatum in duas partes diuisissent ex quibus vna pars inferior prout scinditur de vna arbore magna populea ad duas arbores populeas superficie eorum carentes deinde prout diuidit quedam via in qua itur in ipsam villam leez cum vtilitatibus suis et arboribus fructiferis cessisset eidem ladizlao, et reliqua alia pars superior eiusdem Naras de eisdem distincionibus incipiendo ipsi petew remansisset. Item quoddam nemus eorum Teke-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 184 von 696

berke vocatum in toto cessisset ladizlao antedicto, et aliud nemus eorum perethnyg nominatum eidem petew remansisset. Item quedam particula nemoris abcisa de eadem perethnyek per scannum (így) cessisset eidem ladizlao. Item quandam siluam eorum Tulgus vocatam in duas partes diuisissent ex quibus vna pars a parte orientali existens de quadam via incipiendo cessisset ipsi petew et reliqua alia pars eiusdem Tulgus sita a parte occidentali ab eadem via ipsi ladizlao remansisset. Item inferior finis eiusdem Tulgus iuxta fluuium vsque ad quendam arborem Ilicis cessisset eidem petew, et ab eadem arbore adhuc inferius reliqua particula eiusdem Tulgus ipsi ladizlao remansisset. Item dimidietas cuiusdam silue eorum Laych vocate cessisset eidem ladizlao et reliqua alia dimidietas eiusdem silue dicto petew remansisset sibi et suis heredibus Jure perpetuo possidenda et habenda adiecerunt eciam eedem partes, quod vniuersas terras campestres tam ad ipsam villam leez quam ad villam Bezzeg pertinentes sibi et suis jobagionibus communiter arandas excolendas et inhabitandas simul cum pascuis gregum suorum dimisissent. Ceterum dixerunt eedem partes quod quandocunque infra festum beati mychaelis nunc venturum presentes ad nos reportarent non obstante absencia alterius partis super ipso facto priuilegium concedemus. Datum in dominica Reminiscere anno domini M° CCC° nono.

Az egri káptalannak 1400-ki átiratából, melynek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 872. 7. Közli: Óváry L.

156.

1309. mart. 27. A somogyvári convent előtt a Buzád nemzetségből való Ponith fiának Jakabnak özvegye, szentháromsági Somogy vármegyei és a Muraközben levő birtokait vejének Zákáni Györgynek átadja.

Conuentus simigiensis (littera) anno domini M° CCC° nono feria quinta proxima post dominicam ramis palmarum priuilegialiter emanata expresserat quod nobilis domina Anna relicta magistri Jacobi fily panith de genere Buzad filia Comitis ladislai fily Nicolai vnacum Georgio filio Comitis Pauli

de Zakaan sponso suo coram eodem Conuentu personaliter constituta confessa extitisset vt duas possessiones suas vnam videlicet scenthtrinitas vocatam cum terra Kakonya et cum alijs pertinencijs suis secundam vero terram seu possessionem suam inter aquam draua et Mura adiacentem per eundem magistrum Jacobum maritum suum adhuc viuentem sibi collatas dedisset et assignasset predicto Georgio sponso suo et domine filie sue consorti videlicet eiusdem Georgij eis et ipsorum heredibus perpetuo et irreuocabiliter possidere et habere.

Szécsi Miklós országbírónak 1372-ki ítéletéből, melynek eredetije a M. N. Muzeum könyvtárában.

157.

1309. apr. 17. A buda-felhévízi convent előtt Aranka Lazk özvegye a szentjakabi újmáli hegyben levő szőlejét két pesti polgárnak örökül felvallja.

Omnibus xpi fidelibus presens scriptum inspecturis frater petrus prior et conuentus cruciferorum ecclesie sancte Trinitatis de Calidis aquis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire. Quod domina relicta Lazk fratris claudi petri Aranka vocata vna cum eodem petro personaliter coram nobis constituta quandam vineam suam in promontorio ville sancti Jacobi in Wymal uocate in uicinitate vinearum comitis Johannis et Michaelis filij Geerungk pistoris mediantibus litteris nostris priuilegialibus comparatam viri sui Lazk prefati, et ab ipso sibi successam, de presenciali permissione eiusdem Claudi petri et omnium cognatorum suorum petro longo et Zeuke hospitibus se ciuibus de ciuitate pestiensi et per eosdem eorum heredibus heredumque suorum successoribus confessa est pro octo (marcis denariorum) Wyennensium ad plenum receptis ab eisdem iure perpetuo et inreuocabiliter possidendam et habendam, statuens eciam dictum priuilegium in manus eorundem coram nobis Nullo penitus contradictore existente. Assumpmentes nichilominus Idem petrus claudus et eadem domina Aranka racione vinee prehabite ab

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 186 von 696

omnibus inquietare uolentibus et molestatoribus predictos Zeuke petrum longum ac heredes eorundem deffendere et liberare proprijs cum laboribus eorum et expensis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instanciam eorundem presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum quinta feria proxima post dominicam Misericordias domini Anno domini M° CCC° Nono.

Sárga selyem fonadékon függő ép pecséttel ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 860. 3. Közli : Óváry L.

158.

1309. apr. 19. A szepesi káptalan előtt Ricolf fia Henrik olsovai birtokát Szepesi Mihály comesnek elörökíti.

Capitulum ecclesie beati martini de Scypus omnibus xpi fidelibus quibus presentes ostenduntur salutem in omnium saluatore. Quoniam memorie nouercatur obliuio dignum est ut acta temporaliter scripture patrocinio fulciantur proinde ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire. Quod magistro henrico filio quondam Rycolphy ex vna parte Comite Mychaele filio Ladizlai de predicta Scypus ab altera personaliter coram nobis constitutis idem magister herricus quandam hereditatem Olsowa uocatam cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs eo quod in multis articulis fidelia seruicia sibi exhibendo suum sanguinem effudit, et insuper pro octoginta marcis argenti ab eodem plene habitis et receptis empticionis (így) titulo, nullo contradictore existente, eidem Comiti Mychaeli et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus dedit, donauit et contulit eo iure et libertate sicut ipse et sui predecessores ab antiquo dignoscuntur possedisse perpetuo libere quiete et pacifice possidendam, tenendam pariter et habendam. Cuius quidem terre methe hoc ordine distinguntur, prima incipit a metha Cliue uersus plagam orientalem et uadit inferius uersus metham Tharche et ibi est metha terrea sub Thylia, et deinde transit per quendam fluuium Olsicha uocatum et uadit usque ad methas drauch et deinde tendit super quodam promontorio ad siluam Jaur uo-

catam, et dehinc reflectitur ad primam metham. Vnde methe inceperunt et ibi terminantur methe dicte terre. Assumpsit eciam idem magister herricus eundem comitem Mychaelem ab omnibus racione predicte terre inpetere seu inquietare uolentibus expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam litteras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum sabbato proximo ante festum Georgii martiris Anno domini M° CCC° Nono.

Violaszín selyem fonadékon függött pecsét nyomával; metszett betükkel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 432. 28. Közli: Óváry L.

159.

1309. máj. 1. A pécsi káptalan előtt a Győr nemzetség több tagja a zseliz-szent-jakabi monostor kegyúri jogának miként ellátásáról intézkedik.

Nos Capitulum Quinqueecclesiense, memorie commendamus, quod cum nos ad peticionem nobilium virorum comitis videlicet Jacobi filij magistri Corrardi, magistri Ders filij ders et Comitis Zehani, ceterorumque cognatorum eorumdem de genere Geur, ad audiendum et sciendum hoc qualiter ipsi, de procuracione patronatus Monastery eorum videlicet beati Jacobi de Zelyzyo iuxta continenciam litterarum nostrarum inter eos exinde confectarum, presenti anno ordinarent, hominem nostrum fide dignum magistrum videlicet Bench, prebendarium ecclesie nostre misissemus tandem idem homo noster ad nos reuersus nobis dixit, quod prenotati nobiles procuratorem patronatus predicti Monastery Comitem Jacobum filium Corrardi antedictum hoc anno constituissent et fecissent de eorum omnium beneplacito, et concordi voluntate, et concessissent eidem Comiti Jacobo ex gracia speciali ut a communitate populorum memorati monastery, tempore presentis procuracionis sue, expensam trium marcarum pro sua vtilitate habeat exhigendi facultatem, et quod dicti populi victualia ad replecionem vnius plastry sufficiencia, eunti in exercitum semel dare tenerentur. Datum in Octauis Sancti Georgy martiris, Anno domini M° CCC° nono.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 188 von 696

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a b. Révay cs. lvban, »Gyulai« fasc. III. 10. Közli: Kovács N.

160.

1309. Zemplén, máj. 5. Zemplén vármegye alispánja előtt Imbregi Dezső a Golach fiai által neki kötelezett szolgálatokat elengedi.

Nos Comes dominicus de Zemlen vice magistri ladislai et iudices nobilium de eodem Comitatu paulus Johannes et albertus, damus pro memoria, quod feria secunda proxima ante festum asscensionis domini M° CCC° nono, desev filius Dionisi de Imbregh, personaliter coram nobis constitutus ex una parte ab altera uero prebardus et Nicolaus filij Golach, vnde in quibus Nicolaus dictus pro se et fratre prebardo desev dicto tenebatur seruire duobus annis ad terciam reuolucionem annuum (így) statu priori litterarum nostrarum emanatarum, pse desev ipsos filios Golach permisit expeditos plenitudine, in acquisicionibus prioribus et litteris conuencionis prioris. Datum in Zemlen in die prenotato.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 861. 2. Közli: Óváry L.

161.

1309. máj. 17. A veszprémi káptalan előtt a zirczi monostor dekánja három hold földet a káptalannak szöllösi jobbágyával, Ányossal, ennek Horvátgyöre nevü szölejeért elcserél.

Nos magister Stephanus prepositus et Capitulum Besprimiensis ecclesie Significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem. Quod vir religiosus frater Gefre decanus Monastery beate virginis de Zirch pro se et pro abbate ac conuentu eiusdem Monastery ab una parte. Anianus filius Erdeus iobagio noster de Zeuleus ab altera in nostri presencia personaliter constituti tale concambium inter ipsos factum, et concorditer duxerunt ordinatum. Quod ipsum Monasterium

unum Juger terre et Dimidium in territorio montis Huruathdiure dictum aptum pro plantacionibus vinearum, inter vineam eiusdem Aniani a parte septemtrionali, a parte orientali inter magnam viam a parte meridionali inter terras filiorum Bolpach et a parte Occidentali inter vineas filiorum Bolpach predictorum. Sitam et circumquaque fossato antiquo Circumdatam (igy) pro tribus iugeribus terre predicti Aniani in terra Zeulos a parte Orientali terris ecclesie sancti Nicolai de Vruzku a parte meridionali terris Monastery Zaladiensis, a parte Occidentali terris Sebastiani filij Petri et a parte aquilonis terris filiorum Balpach prescriptorum existentibus dedisset perpetuo possidenda tenenda Habenda aniano memorato in filios filiorum, et econuerso idem Anianus predicta tria Jugera terrarum empcionis titulo ut dicebat a Marko filio Marka comparata mediantibus literis abbatis et conuentus Monastery Tikoniensis pro ipso uno iugere terre et dimidio prefato Monasterio modo permutacionis et concambij sine preiudicio iuris ecclesie nostre et aliorum quorumlibet dedisse perpetuo possidenda, et ad maiorem certitudinem ipsas literas abbatis et conuentus Tikoniensis in manus eiusdem abbatis et conuentus Monastery de Zirch asignasse et eciam tradidisse retulit coram nobis. Datum Sabato proximo post octauas aduentus beati Michaelis archangeli.*) Anno domini M° CCC° IX°.

Hátlapján kis monorú pecséttel. Körirata : † S. MINS CAPITVLI VESPRIMIENSIS; eredetije a Nemz. Muzeum oklevélgyüjteményében. Közli : Nagy Gyula.

162.

1309. jun. 2. A nyitrai káptalan előtt Mog elefánti nemes beleegyezését adja, hogy birtokát Elefánti Mátyás elfoglalja.

Nos Capitulum ecclesie nitriensis memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem. Quod comes Mog filius Thome nobilis de Elefanth

*) Ezen kelet ritkán fordúl elé, l. Knauz : Kortan. 219. l.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 190 von 696

in nostri presencia personaliter constitutus. Dixit uiua uoce quod cum terra Oos nuncupata maiori terre Suur vicinata sibi pre alijs dignoscitur pertinere, ipsam et eandem terram Oos comiti Mathie filio comitis Andree de eadem Elefanth cognato suo proximo permisit occupandam habendam et redimendam ita ut si quandocunque sub specie impignoracionis posset idem Comes Mathias ipsam terram Oos occupare, ipse comes Mathias solus possideret, si uero empcionis titulo eandem terram compararet, dimidietatem pretitulate terre Oos idem Comes Mathias sibi haberet in perpetuum aliam uero dimidietatem ipsi Comiti Mog resignaret. Datum feria secunda proxima post quindenas pentecostes. Anno domini M° CCC° Nono.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 1671. 10. Közli: Óváry L.

163.

1309. jul. 7. A vasvári káptalan előtt Tömördi Péter tömördi birtokának felét vejének Hermani Baldinusnak örök birtokába bocsátja.

Nos capitulum ecclesie beati Michaelis de Castro ferreo presentes litteras damus pro memoria, quod magister petrus de Themerd coram nobis personaliter constitutus dimidietatem possessionis sue Themerd vocate, in sessionibus in vineis in silvis in fenetis et in nemoribus ac in alijs utilitatibus suis omnibus dedit donavit et tradidit cum domina Clara filia sua, Ba. . . . . filio Baldini comitis de Herman, sponso suo iure perpetuo pacifice et quiete inrevocabiliter possidendam heredum perheredes hoc adiecto, quod si magister petrus obierit extunc Baldinus prescriptus et domina Clara predicta . . . . . solempniter prout decet dominam floram tradent cum indumentis muliebribus ac alijs bonis bene ordinatum . . . . . presentes nobis reportate fuerint nostrum privilegium comiti Baldino conferimus. Datum secunda feria proxima (post octavas) apostolorum petri et pauli. Anno domini M° CCC° nono.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 191 von 696

A vasvári káptalannak 1328-ki átiratából, melynek eredetije az Ostffy cs. lvtban.

164.

1309. Vizsoly, aug. 5. Omode nádor előtt Chelei Pongrácz és Jakab fia Mihály a szerencsi egyház kegyuri jogának gyakorlata fölött intézkednek.

(Littera) Omodei palatini in wysal in die beati dominici anno domini Millesimo trecentesimo Nono confecta decantabat quod magister pangracius de Chele ab una parte, Mychael filius Jacobi ab altera coram ipso Omodeo palatino personaliter comparendo concorditer retulissent quod quicunque ipsorum patronatum ipsorum ecclesie de Zerench haberet medio tempore quemadmodum vna pars vtilitates ipsius monasterij sir et altera percipere teneretur. Ita videlicet quod si magistepangracius haberet extunc eodem modo posset percipere myc chael nominatus et si ad mychaelem predictus patronatus deueniret pangracius memoratus ita sicut et idem mychael deberet percipere fructus ipsius monasterij pleno modo. Et quod hec composicio rata et firma inter partes posset stare quicunque ipsam non obseruaret quinquaginta marcas ligaminis intraret eofacto.

Bebek Detre nádornak 1400-ki ítéletéből, melynek eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 1545. 2. és gf. Erdődy István vörösvári lvtban, 59. 3. 1. az előbbiből közli : Óváry L.

165.

1309. aug. 9. A pozsonyi káptalan előtt Ivánka fiának Péternek özvegye hitbérére nézve sógora által kielégíttetik.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis. Capitulum ecclesie posoniensis, Salutem in domino sempiternam, ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod constitutis personaliter coram nobis honesta domina domina (így) Miche filia Modur, relicta Petri filij

Iwank de Staul, unacum patre suo dicto Modur, et fratribus suis, Jacobo uidelicet et Nicolao ex una parte Stephano filio Iwank de Staul ex altera, sunt confessi uiua uoce, quod licet mota fuerit materia quescionis inter ipsos super dote uidelicet predicte domine Miche, et diu fuissent altercati, ad ultimum tamen mediantibus probis (így) in talem pacis concordiam deuenissent, quod predictus Stephanus domine Miche antedicte racione dotis sue, septem marcas latorum denariorum Wiennensium, marcam quamlibet cum singulis decem pensis computando, plenarie persoluisset, et sic sepedicta domina Miche eundem Stephanum et suos successores vniuersos de predicta dote reddidit expeditos, et omnino absolutos, obligando se quod quicunque processu temporum, eundem Stephanum uel suos successores racione predicte dotis forsitan uellet impetere uel molestare, extunc ipsa domina Miche, et sui successores, tenerentur expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in vigilia beati Laurencij martiris Anno domini M° CCC° Nono.

Viola és fehér színű selyem zsinóron függő pecséttel és fölül metszett betükkel ; eredetije a pozsonyi kápt. lvtban. 14. 17. 26.

166.

1309. sept. 6. A pozsonyi káptalan elött az Olgyai családbeliek egy szolga iránt intézkednek, s bankvátai és magyari birtokaikat eladják, illetöleg elcserélik.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie posoniensis salutem in domino sempiternam ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire quod constituti personaliter coram nobis Andreas Chuna et Nicolaus frater eius filij Endre de Ogya pro se et pro Endre fratre ipsorum ac paulus filius eiusdem Andree qui cum nondum habuit etatem loquendi sed pater eius respondebat pro eodem ex vna parte lampertus filius Bodrug similiter de Ogya ex altera idem Andreas et Nicolaus sunt confessi viua voce quod ipsi quendam seruum eorum hereditarium nomine

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 193 von 696

Nicolaum Kusue filium douka qui presencialiter aderat pro se seruum ipsorum asserebat Idem lampertus in quadam possessione Bankvatha vocata ipsum lampertum de Jure attingentem scilicet fundum curie .... Jugera terrarum arabilium cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs vendidisset et tradidisset suam possessionem Bankvatha vocatam dictus Lampertus ..... et ..... cognatorum suorum Nicolai Michaelis et Ladislai filiorum ..... domine ..... matris ipsorum dicto Andree Chuna assignauit perpetuo Jure possidendam tali ..... quod sepedictus Lampertus pro porcione dictorum filiorum suorum in eadem possessione Bankvatha vocata totam porcionem suam in villa Magyar ipsum lampertum attinentem Nicolao et fratribus suis supradictis in concambium sepedicte possessionis Bankwatha assignauit in perpetuum possidendam quam ordinacionem tam Andreas Chuna et Nicolaus quam Lampertus superius nominati ex bona voluntate consilio et fauore cognatorum ipsorum videlicet Comitis farcasij filij Andree farcasij et Andree filiorum petri fratris eiusdem comitis farcasij ac Nicolai et fratrum suorum predictorum qui presencialiter aderant ordinauit preterea sepedictus Lampertus Nicolaum superius ..... in presenciam proborum virorum ..... actorum perpetue tradidit ..... vbicunque vel apud quemcunque residendi seruiendi et conmorandi voluerit liberam habeat facultetem obligando se idem Andreas et Nicolaus quod quiscunque processu temporum eundem Lampertum vel suos successores ..... forsitan vellent molestare extunc (ydem) et eorum successores tenebuntur expedire proprijs laboribus et expensis in cuius rei memoriam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas datum sabbato proximo ante festum natiuitatis beate virginis gloriose Anno domini Millesimo CCC⁰ Nono.

A pozsonyi káptalannak elfakúlt átiratából ; az átirat évszáma ki nem vehető s az Bankváthai Péter fia János kérésére I. Lajos király rendelete folytán állíttatott ki ; az átirat eredetije Olgyay cs. lvtban B. 12.

---

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 194 von 696

167.

1309. sept. 22. A somogyvári convent előtt, Szendi Péter özvegye és ennek nővére Tókaj birtokból járó leánynegyedi illetőségüket fitestvérüknek Fogas János fiának Gergelynek a kikötött pénzösszegért eladják.

Nos Conuentus Monastery sancti Egidy de symigio. Damus pro memoria quod magister Gregorius prothonotarius magistri Nicolai comitis Symigiensis vnacum domina relicta Petri de scend et altera domina nomine Preciosa filias (így) Comitis Johannis dicti fogos ac Gregorio filio eiusdem Johannis ab una parte comes Adryanus de Tolkey vna cum Ladizlao et Andrea filijs suis pro se et pro Stephano filio suo, ab altera personaliter coram nobis constituti propositum extitit per eosdem ut super omnibus causis, seu iniurijs usque ad datam presencium, inter eos susscitatis et specialiter super quarta earundem dominarum ac super omissione termini iuramenti in quo termino in uiginti quinque marcis idem comes Adryanus tamquam spoliator contra eandem dominam conuictus extiterat ad plenam pacis et concordie deuenissent vnionem. Eo modo ut medietatem terre eiusdem comitis Johannis Tolke uocate a parte meridionali adiacentem prout per uiam vnam que progreditur de domo eiusdem Comitis adryani ad partem Occidentalem in villam Clementis fily Laurencij ad partem meridionalem separatur, ex permissione et uoluntate prefati Gregorij ac dominarum prescriptarum, dedissent et contulissent seu tradidissent prefato magistro Gregorio et per eum suis heredibus, pro ipsis uiginti quinque marcis et pro quarta memorata ac pro suis remansionibus iure perpetuo possidere et habere. Asseruerunt eciam partes ut feria tercia proxima in crastino festiuitatis sancti Michaelis Archangeli Comitem Cyan pro parte eiusdem Gregorij Item Comitem Nicolaum filium Wlchatha pro parte eiusdem Adryani et filiorum suorum nec non peteu quem de communi presente homine nostro adducere tenerentur in faciem possessionis memorate et in facie ipsius terre comparendo predicti Comes syan comes Nicolaus et Peteu, super medietatem terre prefati Gregory, de-

bent ponere ligaturam et mensurare eandem et si ipsa una medietas porcio uidelicet magistri Gregory de alia medietate plus et maior fuerit extunc prefatus magister Gregorius, de ipsa medietate prefate terre a parte terre eiusdem comitis Adryani et filiorum suorum debet remittere eisdem tantum quantum conueniet per mensuracionem hominum predictorum. Si uero alia medietas prefate terre porcio uidelicet, comitis Adryani, et filiorum suorum predictorum de prefata medietate terre memorate maior fuerit extunc idem comes Adryanus et fily sui similiter de porcione ipsorum in parte terre eiusdem magistri Gregory debent remittere tantum quantum conueniet ad remittendum Preterea terminos et et (így) metas prefate terre Johannis (ydem) Comes Cyan comes Nicolaus et Peteu mediante fide ipsorum ostendere et dicere tenebuntur prout ipsa terra sub antiquis metis et terminis (substi)terat tempore ab antiquo prout Idem comes Adryanus et fili sui nec non magister Gregorius id uoluerunt seu assumpserunt nostri in presencia d(icim)us eciam quod patronatus in ecclesia sancti Ladizlai in prefata villa Tolke constructa sicut ipsis et alijs generacionibus suis cederet, eodem modo patronatum commiserunt et admiserunt magistro Gregorio memorato Hoc eciam interposito ut transcriptum litterarum Capituli vesprimiensis super facto eiusdem terre Johannis confectarum in litteris nostris inseri faciendo debent dare magistro Gregorio superius nominato. Assumpserunt eciam idem Comes Adryanus, et fily sui, et obligauerunt se ut ipsum magistrum Gregorium super medietate prefate terre ab omnibus defenderent, et expedirent proprys laboribus ipsorum et expensis obligacione tali interposita, quod si qua pars ipsarum parcium hec premissa non acceptaret obseruando, extunc pars de ipsa conposicione resiliens, parti ipsam ordinacionem obseruanti quinquaginta marcas absque porcione Iudicis ante suam responsionem dare et soluere teneretur. Datum feria secunda in crastino festiuitatis beati Mathey apostoli et evangeliste. Anno domini M° CCC° nono Iudicem autem et pristaldum partes de communi placare tenebuntur.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije Sitkén, Nagy Sándor lvtban. 32. 2.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 196 von 696

168.

1309. oct. 23. A somogyvári convent előtt Darói Salamon özvegye és leánya Deseda birtokot Henrik slavoniai bánnak elzálogosítják.

Nos Conventus Monastery sancti Egedij de Simigyo damus pro memoria quod nobilis domina nomine Margareta Relicta magistri Salomonis de darow filia comitis laurencij de genere hedruh et magister hedricus frater eius, et altera domina nomine Anna filia eiusdem domine et eiusdem magistri Salomonis consors videlicet Stephani filij Symonis de Gywad ab vna parte, Comes Michael filius Andree castellanus magistri herrici bani sclauonie de debregezth pro eodem domino herrico Bano domino suo ab altera personaliter coram nobis constituti predicte domine confesse sunt viua uoce in nostri presencia et in presencia magistri stephani archidyaconi simigiensis et magistri mathie canonicorum ecclesie wesprimyensis ac eciam fratris mathey abbatis et prelati nostri vt vnam terram sew possessionem ipsorum deushyda vocatam cum suis vtilitatibus vniuersis eidem domine Anna per eundem magistrum Salomonem patrem suum adhuc viuentem datam et assignatam pignori obligassent et coram nobis ac predictis viris discretis pignori obligarunt predicto domino herrico Bano pro quadraginta marcis per ipsas dominas partem in denarijs et partem in mobilibus pannis denaria valentibus plene receptis coram nobis et in presencia canonicorum predictorum, a data presencium incipiens, vsque ad octauas sancti Georgij martiris, Talimodo quod si eedem domine in predictis octauis possessionem prehabitam in ipsis quadraginta marcis modo premisso persoluendo ab eodem domino herrico Bano redimere poterunt, coram nobis benequidem, alioquin prefata possessio deushyda predicto domino herrico Bano in perpetuum remanebit possidere et habere, ordinatum eciam extitit inter partes quod si medio tempore dictus dominus herricus Banus super eadem possessione edificia aut vtilitates ordinari et preparari faceret extunc eadem edificia et ipsas vtilitates eedem domine cum pecunia sua pro qua legitime estimarentur etiam in ipsis octa-

uis similiter coram nobis redimere tenerentur. Datum feria quinta proxima ante festum Symonis et Jude apostolorum Anno domini Millesimo CCC⁰ Nono.

A székes-fehérvári káptalan 1365-ki átiratából, melynek eredetije orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 1510. 5. Közli : Óváry L.

169.

1309. nov. 5. A győri káptalan előtt Dechai Márton özvegye Csehi birtokát Gerencséri Ivánka fiainak elörökíti.

Capitulum Jauriensis ecclesie. Vniuersis Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire Quod domina Scolastica filia Gregorij de Azzun, relicta quondam Martini filii Decha ab una parte. Goganus et Dauid pro se et pro Anyano. Beke. Item pro Pese, fratribus suis, filij (így) videlicet Ivanka de Gerencher ex altera, ad nostram presenciam accesserunt, et eadem domina quandam possessionem Chej uocatam, porcionem scilicet dicti Martini quondam mariti sui, quam quidem possessionem in dotem suam, et quartam filie sue, ad se deuenisse dicebat, prout in literis nostris uices quondam venerabilis patris Dyonisii Episcopi nostri tunc gerentis uidimus contineri, uendidit et tradidit prefatis Gogano et Dauid ac fratribus eorum prenotatis, pro quinquaginta marcis cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs eiusdem per heredes Heredumque suorum successores pacifice, perpetuo et quiete possidendam, quas quidem quinquaginta marcas, eadem domina et (így) plenarie se recepisse ab eisdem. Ita uidelicet, quod quicumque proximorum antedicti Martini, ab eis ipsam possessionem redimere uoluerit, redimere poterunt pro quinquaginta marcis prenotatis. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus literas nostro sigillo roboratas. Datum in festo beati Katherine virginis. Anno Domini M⁰ CCC⁰ nono. Magistris Ladizlao preposito Mathya Lectore, et Stephano custode, ecclesie nostre existentibus.

Zöld-vörös selyemzsinóron függő pecsétrommal ; eredetije a pannonhalmi főapátsági országos lvtban. I. 18. Közli : Stachovics R.

170.

1309. Pozsony, dec. 23. László szentmártoni apát a Hertlin pozsonyi bíró részére történt pozsonyi házeladást megerösíti.

Frater Ladislaus Dei gracia humilis abbas monasterii sancti Martini de Sacro Monte Pannonie dilecto in Christo filio Hertlino Judici posoniensi Salutem in Domino. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis, ut id per solicitudinem nostri officii ad debitum perducamus effectum. Sane, peticio tua nobis exhibita continebat, quod cum bone memorie frater Johannes predecessor noster, censum unius domus in medio ciuitatis Posoniensis, quam olim nomine dicti Monasterii possidebat et de qua quidem domo ipsi quondam abbati predecessori nostro a decem annis singulis annis tres marcas latorum denariorum monete Viennensis, duas marcas piperis, unam marcam thuris semper marcam denariorum cum decem pensis computando, soluere tenebaris, de consensu communi Fratrum suorum, et Capituli tocius Ecclesie Sancti Martini de quorum numero tunc eramus, et eciam de bona uoluntate sua, presente comite suo Thoma, propter legitimam necessitatem ipsorum quondam Abbatis et Monasterii preter tres marcas denariorum cum pipere et thure uendiderit, dederit et concesserit tibi pro uiginti octo marcis semper marcam cum decem pensis computando perpetuo ac libere in filios filiorum possidendas, prout in litteris dicti quondam Abbatis et Conuentus dicti Monasterii eorum Sigillatis Sigillis quas uidimus et legimus non cancelletas, non abrasas, non abolitas, nec in aliqua sui parte corruptas plenius continetur, uendicionem, dacionem et concessionem huiusmodi confirmari tibi per nostras litteras deberemus. Nos itaque considerantes causam predictum quondam Abbatem et Conuentum dicti Monasterii ad predicta digne mouerunt peticioni tue huiusmodi annuentes, quod super hoc a predicto quondam Abbate et Conuentu prouide factum est, ratum et gratum habentes, id auctoritate qua fungimur confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. In

cuius rei testimonium, et predicti Hertlini et Heredum suorum cautelam presentes litteras emanari fecimus et nostri Sigilli appensione muniri. Datum Posonii decimo Kalendas Januarii Anno Domini Millesimo Trecentesimo nono. Pontificatus Domini clementis Pape Anno quinto.

Hártyaszalagon függő monorú pecséttel ; eredetije a pannonhalmi főapátság lvtban C. 58. 0. Közli : Stachovics R.

171.

1309. A váczi káptalan előtt, Chernethe fia Iván bágyoni birtokát, melyet 1283-ban neje után nyert, Guthai Istvánnak elörökíti.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis. Capitulum ecclesie waciensis salutem in domino. Quia res gesta labitur a memoria quam non serenat lucida series litterarum, proinde vniuersorum noticie presencium serie declaramus quod Iwan filio Chernethe cum Johanne filio suo adherentibus eisdem cognatis ipsorum Andrea filio Gothardy de Baghun, Symone, Jacobo filijs suis pro se et Zonuk ac feliciano similiter filijs eiusdem, paulo filio dominici de eadem pro se patre suo et omnibus fratribus suis sicut dixerunt ex una parte. Stephano dicto de Gutha filio Buchka seruiente magistri Benedicti filij Kyliani ex altera constitutis personaliter coram nobis, predictus Iwan filius Chernethe et Johannes filius eiusdem asseruerunt viua uoce quod terram ipsorum per nobiles de Baghun cum domina Elysabeth consorte ipsius Iwan sorore videlicet predicti Andree filij Gothardy tempore nupciarum memorato Iwan traditam, collatam, et uenditam, ac nostro priuilegio priori sigillo nostro conmunito perpetuatam uendidissent Stephano dicto de Gutha suprascripto pro decem marcis puri argenti plene receptis ab eodem et uendiderunt eidem cum sessione vtilitatibus et pertinencijs suis vniuersis heredum in heredes, prenominatis Andrea filio Gothardy de Baghun, Symone et Jacobo filijs eiusdem, paulo filio dominici pro se et supradictis personaliter astantibus liberum consensum presentibus et beniuole permittentibus coram nobis perpetuo paci-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 200 von 696

fice et irreuocabiliter possidendam tenendam et habendam obligantes se et suos heredes sepedicti Iwan filius Chernethe, Johannes filius eius Andreas de Baghun, Symon et Jacobus filij sui, paulus filius dominici ipsum stephanum quem in eandem societatem, vicinitatem et dileccionem in omnibus qua prenominatum Iwan premissam terram sibi dando receperant, susceperunt et suos successores ab omnibus racione supradicte terre inquietare uolentibus proprijs laboribus et expensis defensare, priuilegij superius nominati quod Iwan et Johannes filius suus stephano coram nobis tradiderunt quo mediante premissam terram possidebant, forma talis est: Capitulum vaciensis ecclesie (l. Hazai Okmánytár VII. köt.)

Nos igitur in premissorum recordacione presentes concessimus sigillo nostro communitas. Datum per manus magistri Laurencij lectoris ecclesie nostre. Anno domini M° CCC° nono domino herrico preposito, magistris Johanne Cantore, Benedicto custode, petro Waciensi, nycolao pestiensi, Augustino de Ziguethfeu, Goblino de Zonuk, petro de Chongrad Archidyaconis presentibus, ac alijs canonicis in ecclesia beate virginis deo pie famulantibus et deuote.

Zöld selyem zsinóron függő pecséttel, metszett betükkel; eredetije orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 694. 12. Közli: Óváry L.

172.

1309. Az egri káptalan előtt Bulchi Dénes és fia, pátrói Zemplén vármegyei elzálogosított birtokukat visszaváltják.

Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis. Capitulum ecclesie Agriensis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire quod cum dyonisio filio comitis Blasi de Bulch vnacum dominico filio suo pro se et pro Johanne licet minore filio suo ex una parte, ab altera vero Comite Bors filio Johannis, Laurencio filio Ombreus et Lucas filio Gabrielis tandem in termino infrascripto per arbitrium proborum ut dixerunt uirorum assignato pari uoluntate coram nobis personaliter constitutis, per prephatum dyonisium proposi-

tum extitit viuauoce et per dominicum filium suum, quod quandam terram ipsorum patury uocatam in comitatu de Zemlyn iuxta fluuium hernad existentem ipsi Bors filio Johannis Ambrosio et Gabrieli fratribus suis patrum (így) laurenci et luce prenotatis, quam diu pro uiginti marcis prout partes retulerunt pignori obligatam et dicta sumpma pecunie ab eisdem redimisse et coram nobis redemit, soluendo enim ipsis viginti marcas plenarie, partim in denarijs partim uero in estimacione condigna et per eosdem Bors laurencium et lucam prenotatos dictas viginti marcas plene receptis ab eisdem dyonisio et dominico sepedictis, necnon ipsam terram patury vocatam cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis ydem Bors laurencius et lucas eisdem dyonisio dominico et Johanni filijs suis bono modo tamquam redemptum pacifice relinquerunt in ueteris methis possidendam et habendam. In cuius rei testimonium ad instanciam ipsi dyonisio et filiis suis presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas presentibus tamen magistro petro preposito Stephano Custode. Benedicto de Zobolch, magistro Waltero de Borsua laurencio de Kemey et alio laurencio de hewes archidiaconis et alijs multis. Anno domini M° CCC° nono. Regio solio uacante. Thoma strigoniensi Vincencio colocensi archiepiscopis et domino nostro venerabile patre martino dei gracia episcopo agriensi existentibus.

Sárga és piros selyem szálakon függő pecsét nyomaival s metszett betükkel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 497. 50. Közli: Óváry L.

173.

1309. A vasvári káptalan előtt Oladi Gyurk és Köveskuti Sol a Gyöngyös folyó melletti birtokuk felét Mikotha comesnek átengedik.

. . . . (In tenore) litterarum capituli castriferrei in anno domini M° CCC° Nono emanatarum inter alia habebatur quod Gyurk filius Georgij de Olaad et Sol filius martini de Keueskuth coram dicto capitulo constituti, vnam particulam terre eorum videlicet decem Jugera vicinam et contiguam terre

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 202 von 696

eiusdem comitis martini a parte meridionali sitam prope fluuium Gyungus ab utraque parte cum vno loco molendini in quo due rote possunt currere pertinentes ad ipsam terram super qua materia quescionis inter comitem Mykotha filium Ita de Iuxta Gyungus ab una parte ab altera vero parte Gyurk filium Georgij Sol filium Martini de Keueskuth suborta fuisset in talem pacis titulum deuenissent quod medietatem illius terre prefati Gyurk et Sol relinquissent Mykotha comiti antedicto perpetuo possidendam, alteram uero partem uendidissent eidem pro quinque marcis similiter Jure perhempnali possidendam quam metis vndique circumdatam fuisse affirmassent.

Szécséni Frank országbíró 1402-ki ítéletéből, melynek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1672. 63. Közli: Óváry L.

174.

1309. A budai káptalan előtt Csete fia Aladár a királyné udvarbírája Bereg vármegyei három birtokát fiának Jakabnak átadja.

Capitulum Budensis ecclesie, Omnibus xpi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire quod vir nobilis magister Aladarius filius Chete Judex curie domine Regine coram nobis personaliter constitutus, oraculo uiue uocis est confessus, quod quia magister Jacobus filius eiusdem Junior, qui personaliter aderat, diuersis prerogatiuis, fauoribus et dileccionibus filialibus pre alijs filijs suis sibi meruit complacere seruicia grata et accepta ut decet paternum honorem indefesse filialiter eidem impendendo sine offensa aliquali eius acceptis et prerogatiuis fauoribus seruicijs et dileccionibus gratuito remuneracionis premio uolens occurrere, quasdam possessiones suas aquisitas sicut dixit Scentmiclos, Zolna et Veruske uocatas in comitatu de Bereg existentes, cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs vniuersis ad easdem possessiones spectantibus, sub eisdem metis et terminis, sub quibus habuit et possedit dedis-

set, donasset, tradidisset et contulisset magistro Jacobo filio suo predicto et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo possidendam et habendam (így) nullo iure sev dominio sibi idem magister Aladarius et maiori filio suo Aladario in predictis possessionibus ipsi magistro Jacobo datis et donatis reseruato nichilominus alias possessiones suas acquisitas vniuersaliter filijs suis annotatis communiter habendas utendas et percipiendas se dixit iam dudum dedisse et pariter contulisse. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras, ad peticionem eiusdem Aladarij predicto magistro Jacobo filio suo concessimus sigilli nostri robore communitas. Datum per manus discreti viri magistri pauli lectoris ecclesie nostre. Anno domini M° CCC° Nono, presentibus magistro Johanne Cantore, petro tercio custode, Nicolao, Petro, Benedicto et posonio presbiteris ceterisque canonicis existentibus.

Zöld és fehér selyemzsinóron függő ép pecséttel s metszett betükkel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1534. 19. Közli: Óváry L.

175.

1309. Az egri káptalan elött Renold volt nádor fia Gyula, Zakulán, Ujvár megyében, egy birtokrészt két szolgájának hüségök jutalmául oda adományoz.

Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Capitulum ecclesie agriensis salutem in omnium saluatore Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire quod magister Gywlas filius Renoldi quondam palatini ad nostram accedens presenciam proposuit viua uoce quod quandam particulam terre de terra sua hereditaria Zakula vocata in comitatu noui castri existenti cum omnibus vtilitatibus suis metis infrascriptis ab alijs particulis eiusdem terre distinctam ob merita fidelitatis et seruiciorum ladizlai et Andree filiorum dyonisij seruientum suorum tam in regno quam extra regnum et specialiter ante ciuitatem Kothunbania cum de eadem Bohemi contra dominum Karulum Illustrem regem hungarie hostiliter exiuissent eumque de equo suo de-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 204 von 696

iectum de faucibus mortis cum effusione sanguinis eorum ereptum in alium equm subleuando inpenderunt dedisset donasset et contulisset ipsis filijs dyonisy et suis heredibus heredumque suorum successoribus Jure perpetuo possidendam et habendam In super obligauit se idem magister Gywlas et heredes suos dictos filios dyonisij et heredes eorundem vniuersos ab omnibus racione ipsius particule terre inpetere nitentibus defendere et expedire propriis laboribus et expensis. Mete autem ipsius particule terre prout Myke sacerdos de lapuspotak ad instanciam eiusdem magistri Gywlas super faciem dicte particule terre per nos destinatus ad nos rediens nobis recitauit hoc ordine distinguntur, quod prima meta incipit super fluuio Bositapothak nominato de quo egreditur ad aquilonem et in quadam valle directe eundo iungit vnam viam in qua itur ad siluam et eundo per eandem venit in publicam stratam que venit de pataka et eundo in eadem iungit duas arbores Ilicis iuxta ipsam viam pro meta assignatas de quibus transit ad quandam arborem piri pro capitali meta assignatam, super qua arbore cadit in dictum fluuium Bosita et descendit in eodem ad priores metas vnde inceperat et ibi terminatur. In cuius rei testimonium ad instanciam eiusdem magistri Gywlas presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas, presentibus tamen magistro Symone cantore, petro lectore, Stephano custode petro de Zemlyn, magistro valtero de Borsua, laurencio de heues, petro de Zaboch Archydiaconis et alijs multis. Anno domini M° CCC° Nono Regnante Karulo illustri Rege hungarie. Thoma strigoniensi, Vyncencio Colocensi Archyepiscopis et domino nostro venerabili patre martino dei gracia Episcopo Agriensi existentibus.

Az egri káptalannak 1357-ki átiratából, melynek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 575. 9.*) Közli : Óváry L.

*) Rövid kivonatát l. Fejér Gy. i. m. VIII. 1. 370. Szerk.

176.

1309. Az egri káptalan előtt Aladár a királyné udvarbírája Ujvár, Pozsega és Somogy vármegyei birtokain fiait megosztoztatja.

Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis. Capitulum ecclesie Agriensis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod magistro Aladaryo Iudice Curie domine Regine ex una parte ab altera uero Aladaryo et Jacobo magistris filijs eiusdem coram nobis personaliter constitutis, idem magister Aladaryius proposuit, quod in quibusdam possessionibus suis inferius declarandis inter predictos filios suos ex beneplacito voto et consensu eorundem, cupiens post suum decessum ipsos habere seu gerere uitam inter se pacificam, talem fecisset diuisionem, quod duas possessiones suas deuecher et fanchal uocatas in comitatu nouicastri existentes cum vtilitatibus suis omnibus, et specialiter cum dimidietate molendini super fluuio harnad situati cum tribus mansionibus jobagionum, apud dictum molendinum commorancium necnon cum vna vinea in promontorio ville forrow a parte inferiori eiusdem existenti dedisset et tradidisset predicto Aladario filio suo et heredibus eiusdem perpetuo possidendas et habendas. Reliquas uero duas possessiones in eodem comitatu existentes forrouu et lock nominatas similiter cum vniuersis pertinencijs earundem, et specialiter cum reliqua dimidietate dicti molendini et cum quatuor mansionibus apud idem molendinum residentibus nec non cum reliqua vinea a parte superiori ipsius ville forrouu sita tradidisset et assignasset ipsi Jacobo et heredibus eiusdem perempnali iure possidendas habendas et tenendas. Item siluam et Rubetum ipsarum possessionum eisdem communiter habenda et vtenda, et si ipsis placuerit equaliter diuidenda dimisisset. Item possessionem Atyauice uocatam in comitatu de posuga existentem et pertinentes ad eandem cum vtilitatibus suis omnibus in duas partes equales inter predictos filios suos diuidi ordinasset, ex quibus facta diuisi-

one quilibet filiorum suorum predictorum suam habebit porcionem, et idem Jacobus de habita porcione sua teneretur dare et assignare ipsi Aladaryo fratri suo octo mansiones Jobagionum et septem loca curiarum que simul quindecim faciunt, iuxta debitum dictorum eiusdem partis seruituros. Item tres vineas suas in Symigio existentes Noguy, Kyos et Chereley vocatas eisdem filijs suis communiter possidendas assignasset et si eisdem uidebitur quamlibet ipsarum in duas partes et non aliter diuidere tenerentur. Adiecit eciam idem magister Aladarius, quod quamdiu ipse uiueret, terciam partem vini in eisdem vineis procreati pro usu suo proprio pacifice possideret seu deduceret, et ydem Aladarius et Jacobus magistri formam eiusdem diuisionis per modum prehabitum per predictum patrem ipsorum ordinatam inter ipsos ratam et gratam habuerunt atque inter se et heredes suos inuiolabiliter et firmiter se tenere obligarunt, preterea dixit idem magister Aladarius, quod quamdiu ipse viueret possessiones in comitatu (noui)castri existentes pro usibus uite sue non obstantibus premissis pacifice conseruaret. In cuius rei testimonium ad instanciam eorundem presentes contulimus sigilli (nostri) munimine roboratas presentibus tamen magistro symone cantore stephano custode. Briccio de Zobolch . . . . . de Kemey et . . . . . laurencio de heues. Archidiaconis et alijs multis. Anno domini M° CCC° Nono. Regnante Karulo . . . . . vincencio (coloc)ensi Archiepiscopis, et domino nostro venerabili patre Martino dei gracia Episcopo Agriensi existentibus.

Violaszín és piros selyem zsinóron függött pecsét nyomával és metszett betükkel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1534. 18. Közli: Óváry L.

177.

1310. jan. 6. A pozsonyi káptalan előtt Jányoki Jakab comes Magyaron nyolczvan hold földet és Jányokon egy curiát szolgájának adományoz.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis. Capitulum ecclesie posoniensis salutem in domino sempiternam.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 207 von 696

Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire. Quod constitutus personaliter coram nobis Comes Jacobus filius Johannis de Janyk est confessus viua uoce, quod ipse quandam particulam terre sue acquisite, inter terras Magar uocate, Octuaginta iugera terrarum arabilium continentem cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis et unum fundum Curie in villa Janyk existentem quatuor Jugera terrarum in longitudine et latitudine continentem, super quem fundum Curie Matheuka filius Mychael famulus suus resideret, eidem Matyuka pro suis seruicijs meritorijs dedisset, donasset, et tradidisset iure perpetuo in filijs filiorum irreuocabiliter possidendam, habendam et tenendam. Obligando se quod quicunque processu temporum eundem Matyukam uel suos successores racione dicte particule terre et fundi Curie uellent inpetere uel uexare, extunc idem Comes Jacobus et sui successores tenerentur expedire proprijs laboribus et expensis, permittente Thoma filio petri fratris eiusdem Comitis Jacobi qui pro se et pro fratre suo dominico comparuit et bona uoluntate consenciente. In cuius rei testimonium presentes concessimus itteras sigilli nostri munimine roborando. Datum in festo epiphaniarum domini. Anno domini Millesimo CCC° decimo.

Metszett betükkel, zöld és piros selyem zsinóron függött pecsétje hiányzik ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 359. 7. Közli : Óváry L.

178.

1310. febr. 3. Gentilis bíbornok a pozsonyi Szent-Klára szüzeket mindennemü tized alól fölmenti.

Frater Gentilis miseracione diuina tituli sancti martini in montibus presbiter Cardinalis Apostolice sedis legatus Dilectis in xpo filiabus Abbatisse et Conuentui monasterij sancte Clare de posonio ordinis eiusdem sancte salutem in domino. Pietatis opera cuius obseruancie Vos pro xpi gloria deputastis affectu beniuolo nos inducunt ut ea que cum deo et honestate possumus iuxta commisse nobis legacionis officij debitum fauore uobis beniuolo concedamus. Exhibita siquidem nobis uestra peticio continebat quod licet Vos a prestacione decima-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 208 von 696

rum immunes per specialia sedis apostolice priuilegia existatis nonnulli tamen ecclesiarum prelati, Rectores et Canonici eorumque Vicarij, uel ab eis titulum siue Causam habentes a uobis contra tenorem priuilegiorum huiusmodi de possessionibus et alijs bonis uestris decimas exigunt et extorquere nituntur, Vosque super hoc multiplici vexacione fatigant. Quare nobis humiliter supplicastis, ut prouidere super hoc paci et quieti uestre, paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque uestris supplicacionibus inclinati, ut contra priuilegia ipsa nullus a uobis uel monasterio uestro decimas de possessionibus et bonis huiusmodi exigere uel extorquere presumat, auctoritate presencium districcius inhibemus. Nos enim interdicti, suspensionis et excomunicacionis sentencias siquas in Vos aut uestrum aliquam uel monasterium uestrum seu quoscunque alios occasione uestri contra priuilegiorum eorundem tenorem per quemcunque promulgari contigerit prout sunt irritas decernimus et inanes. Vosque ad ipsarum obseruacionem aliquatenus non teneri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibicionis et constitucionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum posonij. III. nonas februarij, pontificatus domini Clementis pape quinti. Anno sexto.

Piros és sárga selyem zsinóron függő vörös viaszba nyomott ép pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Monial. Poson. 45. 2. Közli: Óváry L.

179.

1310. Bars, mart. 20. I. Károly király, felsorolván a Drusma nemzétségből származott Garai István bán fiának Pálnak hü szolgálatait, a Pozsega várához tartozó Dornouch földtért neki adományozza.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex. Omnibus x. fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Celsitudinis regie liberalitas, digne illis sue mu-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 209 von 696

nificencie dexteram porrigit largitatem, quos seruiciorum numerositas et deuocionis ac fidei penes regiam excellenciam sinceritas, propensius commendant et extollunt. Hinc est, quod ad uniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie uolumus peruenire. Quod nos consideratis fidelitatibus et seruiciorum meritis, nobilis viri magistri Pauli filij Stephani bani de Gara de genere Drusma, dilecti et fidelis nostri, nobis exhibitis alacriter et feruenter, in diuersis nostris expedicionibus et agendis oportunis et specialiter attendentes quod cum post mortem regis Andree felicis recordacionis nostri karissimi patruelis regnum ungarie nobis debitum iure et ordine geniture adiissemus, idem magister Paulus Castrum nostrum de Posoga, quod tunc idem ut Castellanus tenebat, in fluuio Zoua uocato nobis occurrens, in manus nostras statuit, nos pro domino et rege naturali recognoscens. Item cum exercitus Herrici bani nostri infidelis Comitatum de Wolko depopularetur, et Ciuitatem nostram Engh uocatam, bonis suis uniuersis mobilibus spoliasset, idem magister Paulus dictum exercitum aggressus uiriliter debellauit, bona ablata prouincie restituit, prefatamque Ciuitatem indempnem reddidit, letalibus uulneribus sauciatus, pro fidelitate nobis in hoc inpendenda. Ceterum cum filij Bagun una cum gente seu exercitu predicti Herrici bani districtum de Posoga deuastarent, et usque Castrum nostrum de Posoga, destruxissent, res et bona ipsorum auferendo, dictus magister Paulus simulcum nostris fidelibus partis eiusdem, prenotatos filios Bagun hostiliter inuadens, triumphum uictorie de ipsis reportauit. Districtumque predictum indempnem reddidit, uulnera perpessus letalia, equo cui tunc insidebat in eodem congressu interempto. Preterea cum homines seu populi districtus de Posoga pestiferis suggescionibus acquiescentes, ad memoratum Herricum banum nostrum emulum, contra nostram maiestatem infideliter agendo se flexissent, supradictus magister Paulus una cum nostris seruientibus fidelibus in villa Paka nominata, eosdem congregatos, expugnauit, et ad fidelitatem nobis obseruandam reduxit, plagis quidem letiferis uulneratus. Nec hoc silencio pretereundum estimamus, quod cum pro propulsanda et ulciscenda iniuria nobis et regno nostro vngarie per Regem Boemie irro-

gata, dictum Regnum Boemie, una cum barronibus et nobilibus regni nostri potenter intrassemus, antedictus magister Paulus sub quodam Castro Lean dicto, solite sue uirtutis ostendens indicia, trium suorum dencium euulsionem in congressu sustinuit, sed quendam strennuum militem Dauid nominatum, captum coram oculis nostre maiestatis nobis in signum uictorie presentauit, adicimus eciam quod cum Ihones filius Erardi concepto spiritu malicie, Stephano Regi Seruie nostro emulo dampnabiliter adhesisset, et contra spectabilem virum magistrum Vgrinum, dilectum et fidelem nostrum, ac partes regni nostri, de Sirmia, et de wolko, collectis suis conplicibus, nequiter dimicaret, et seuiret, prelibatus magister Paulus una cum nostris fidelibus prefatum Ihonem bellicose inuadens, potenter captiuauit, uictorieque palmam obtinens, ipsum captum dicto magistro Wgrino tradidit, patriamque ab excidio quod sibi uerisimiliter intentabatur liberauit. Pensatis igitur exanimo, tot et tantis, fidelitatum et seruiciorum meritis, et aliorum obsequiorum, exercicijs nobis inpensis indefesse, per eundem, que seriatim enarrare longum esset, et presentibus inseri tediosum, in reconpensacionem prenumeratorum seruiciorum aliqualem, licet idem ob sue fidelitatis erga nos prerogatiuam, promereatur a nobis longe plura possessionem quandam Dornoch appellatam ad castrum nostrum de Posoga spectantem, in districtu eiusdem Castri, prope fluuium Oroa uocatum existentem, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs uniuersis, sub ueteribus metis et terminis, quibus ab antiquo extitit limitata, sine preiudicio iuris alieni, de consilio et conniuencia Barronum nostrorum fidelium, sepedicto magistro Paulo, et suis heredibus, heredumque suorum successoribus dedimus donauimus et contulimus, iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam et habendam. Vt autem huius nostre collacionis et donacionis series robur obtineat perpetue firmitatis nec ualeat temporum labente curriculo per quempiam retractari, uel in irritum reuocari, presentes concessimus litteras, nostri dupplicis sigilli appensione communitas. Datum in Bors, per manus Reuerendi viri magistri Ihonis prepositi ecclesie Albensis aule nostre vicecancellarij, Archidiaconi de kukullew, dilecti et fidelis nostri. XIII. Kalendas

aprilis. Anno domini Millesimo CCC° decimo. Regni autem nostri Anno decimo. Indiccione septima.

Zöld és vörös selyem zsinóron függő pecséttel ; eredetije a gr. Zay cs. lvtban, Zay-Ugróczon, C. 2.

180.

1310. Karász, mart. 24. Sándor Szabolcs vármegye ispánja előtt Semjéni File, Kozma és Sándor, a részükre megítélt bírságot Billei Lőrinczek elengedik.

Nos magister Alexander Comes de Zobolch damus pro memoria, quod magister laurencius filius Gregorii de Bylle in iudicijs quibus remansurus fuerat contra Filem contra Cosmam de Symyn et contra comitem Alexandrum fratrem eius cum procuratore eiusdem penitus et per omnia magister Alexander et . . . . . eius Comes partem ipsorum relaxauerunt et expeditum reddiderunt usque datarum presencium. Datum in Karaz feria tercia proxima ante dominicam letare letare (így) Anno domini M° decimo (így).

Zárlatán pecsét nyomaival ; eredetije a N. Muzeum könyvtárában, a Kállay cs. lvtban. Közli : Csontosi János.

181.

1310. apr. 1. A nagyváradi káptalan előtt Ibrányi Bors és Lőrincz, Bagos Szabolcs vármegyei birtokukat Egyed fiainak drávántúli Tupal nevü birtokával elcserélik.

Capitulum Waradiensis ecclesie. Omnibus xpi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Bors filio Johannis et Laurencio filio Ambrosij fratris uterini eiusdem Bors de Ibraan ab una parte, Item Joan filio Egidij pro se et Symone fratre suo ab altera, coram nobis personaliter constitutis, ydem Bors et Laurencius quamdam possessionem eorum hereditariam Bogus uocatam ut dixerunt, in comitatu de Zobolch existentem, cui terra Tamasy uocata filiorum drug

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 212 von 696

et terra filiorum laurencij filij pauli vicinantur, sicut retulerunt, pro concambio seu permutacione ipsis Joan, et Symoni ac successoribus eorundem filiorum scilicet Egidij, Item ydem filij Egidy, possessionem Tupal vocatam, ultra fluuium draue prope eundem fluuium sitam ut dixerunt ipsorum acquisiticiam inter possessiones filiorum pauli bani undique adiacentem, eisdem Bors et Laurencio et per ipsos eorum heredibus ac successoribus perpetuo pacifice et inreuocabiliter possidendas dedisse et tradidisse sunt confessi cum omnibus utilitatibus et pertinencijs earundem sub eisdem metis et terminis quibus ipsi possedisse dinoscuntur. Assumendo utraque parcium racione possessionum utrinque pro concambio datarum ab omnibus molestare uolentibus se mutuo deffensare, proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus ad peticionem parcium sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum feria quarta proxima ante dominicam Iudica me. Anno domini M° CCC° decimo. Domino Iwanka preposito. Chanadino lectore. Johanne Cantore. Jacobo Custode magistris existentibus.

Piros selyem zsinóron függő pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 921. 33. Közli: Óváry L.

182.

1310. apr. 12. A somogyvári convent előtt László pannonhegyi apát Nyirakól nevü birtokát, az apátság györöki nemes jobbágyaival, Miklós comes fiaival, ezen apátság méhesi tepei és csicsali birtokrészeiért elcseréli.

Conuentus monasterii sancti Egidij de Symigio Omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris presentes literas inspecturis salutem in omnium saluatore. Quoniam vnicum est obliuionis remedium scriptura que calumpniis infert silencium, et modum contencionis explicans, sua serie loquitur presentibus et posteris ueritatem. Pro inde. Ad uniuersorum noticiam harum serie literarum uolumus peruenire. Quod Vir, Religiosus Frater Ladizlaus Abbas Monasterij sancti Martini de sacro monte Pannonie, vnacum Martino Procura-

tore suo et Mathya fratribus suis ab una parte. Comes Albertus, Egidyus et Nicolaus filii Comitis Nicolai nobiles Jobagiones eiusdem ecclesie sancti Martini de villa Gerek exaltera personaliter coram nobis constituti, dictus Dominus Abbas et ydem Comes Albertus Egidius et Nicolaus confessi sunt viua uoce ut idem Dominus Abbas super quadam possessione predicti Monasterii sancti Martini Nirokul vocata, et predicti filii Comitis Nicolai super terris et possessionibus eorum Hereditariis mixtim cum villarum eiusdem Monasterii sancti Martini Tepey Mehus et Chikol vocatarum adiacentibus, tale cumcambium fecissent inter ipsos quod Item Dominus Abbas terram seu possessionem suam Nirokul vocatam superius nominatam in Zelizio existentem cum vtilitatibus suis vniuersis sub antiquis metis et terminis quibus eadem possessio consistit tempore ab antiquo que eciam mete inferius annotantur dedisset et assignasset predictis filiis Comitis Nicolai et eorum heredibus perpetuo possidere et habere. E conuerso autem Idem Comes Albertus, Egidius et Nicolaus terram et possessionem eorum Hereditariam et emticiam, mixtim cum terris villarum superius notatarum existentem simul cum Locys sessionalibus quinquaginta mansiones olim resedisse dicti filii Comitis Nicolai asseruerant, et cum aliis vtilitatibus suis vniuersis dedissent et assignassent predicto Monasterio sancti Martini et Domino Abbati supradicto similiter perpetuo possidere et habere Cuius quidem terre seu possessionis Nirokul vocate prima meta incipit super pontem Baashyda volgariter nuncupatum vbi sunt due mete terree antique, quarum una ad partem orientalem terram magistri Jacobi filii Dobromir, alia autem ad partem occidentalem terram Nirokul predictam separat. Abhinc incedit in riuullum Fizveulg volgariter dictum et per ipsum riuullum vadit ad partem meridionalem eundoque satis in magno spacio, exit de ipso riuullo ad partem occidentalem, ad vnam arborem Ihorfa dictam, sub qua est meta terrea antiqua, que meta ad partem meridionalem separat terram ecclesie sancti Martini, ad partem autem septemtrionalem terram Nirokul superius nominatam. De inde vadit per unam vallem siluosam ad partem occidentalem, et de ipsa valle exit ad continuas arbores Piri. Abhinc transiens Siluam

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 214 von 696

Cher dictam et peruenit ad arbores Cherasi. De inde adhuc eundo ad partem occidentalem incidit in magnam uiam, et eundo in ipsa uia satis in magno spacio perueniet ad duas metas terreas quarum una ad partem occidentalem terram Pauli dicti Zupa, alia autem ad partem orientalem terram Nirokul predictam separat, de inde reflectitur in ipsa magna uia ad partem occidentalem et septemtrionalem terram eiusdem ecclesie sancti Martini, ad partes autem orientalem et meridionalem terram Nirokul, sepius nominatam separat. De inde declinans in una semita ad partem orientalem, et eundo in una silua perueniet ad unum verticem montis volgariter Berch dictum ubi est meta terrea que meta ad partem orientalem terram predicti magistri Jacobi, alia autem ad partem occidentalem terram Nirokul memoratam separat. Ab hinc eundo per eundem Berch per metas terreas perueniet ad pontem Baashyda predictum ad priorem metam ibique terminatur. In cuius rei memoriam et ad perpetuam firmitatem ad peticionem partis utriusque presentes dedimus literas nostras sigilli nostri munimine communitas. Datum in Dominica ramispallarum. (így). Anno Domini M° CCC° decimo. Religioso viro Fratre Matheo Abbate et Prelato nostro, Stephano Decano, Valterio Custode, Joanne Cellerario, ceterisque fratribus ibidem existentibus.

Piros és sárga selyemszalagon függő pecsétje a Jerney által a Tört. Tár. II. k. 82-ik ábrán közlöttől különbözik; eredetije a pannonhegyi főapátság lvtban, CXX. G. Közli: Stachovics R.

183.

1310. apr. 16. A nagyváradi káptalan előtt a Gútkeled nemzetség tagjai az alább felsorolt birtokokon megosztoznak.

Nos Capitulum ecclesie Waradiensis tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis. Quod Comite Briccio filio Andree pro se et Benedicto fratre suo, ac Johanne et Michaele filijs Georgij fratris sui, Laurencio filio Comitis Hudus, pro se et Ladislao fratre suo, ac Stephano fratre patris eorumdem, de Genere Guthkeled ab vna parte Item Comite Michaele filio feliciani, Vyd filio Johannis pro se, dominico et

feliciano fratribus suis, feliciano filio Comitis Luce pro se et Johanne dicto Muth fratre suo, de eodem genere ab altera coram nobis personaliter constitutis, dictum et relatum extitit per eosdem, Quod in possessionibus eorum hereditarys huiusmodi diuisionem equalem inter se ordinassent et fecissent, vt videlicet possessiones Zolmad, Geelse, Wylok, Tegey, totaliter et in possessione Zylos dimidietatem que ipsos contingebat Briccius et Laurencius, ac ceteri proximi eorumdem, reliquissent et assignassent bona voluntate, Comiti Michaeli filio feliciani wyd et dominico ac feliciano filys Johannis et feliciano filio Luce, ac Johanni fratri eiusdem prenominatis, perpetuo possidendas. E conuerso autem Comes Michael filius feliciani wyd et fratres sui filij Johannis, et felicianus filius Lucha et frater eius sepedicti in possessione Rakamaz ecclesiam in honore sancte Crucis in se habente, porcionem quem (igy) ipsorum est hereditaria vt dixerunt totaliter in possessione Batand et Bagata dimidietatem que ipsos contingebat ut dixerunt totaliter statuissent et dedissent Comiti Briccio et fratribus suis Ladislao et Laurencio filijs Comitis Hudus ac Stephano fratri eorum prenotatis perpetuo et irreuocabiliter possidendas. Tali condicione apposita, quod predicta diuisio inviolabiliter et irreuocabiliter duraret inter eos. Hoc adiecto, quod si qua parcium racione predictarum possessionum vel alicuius porcionis de eisdem inpeteretur, vel in causam traheretur, aut iam in accione esset incoata partes se mutuo iuuare tenebuntur usque ad consumpmacionem negocij. Et cum presentes nobis fuerint reportate, nostrum super hoc priuilegium conferemus. Datum in die Cene domini. Anno eiusdem M° CCC° decimo.

Sárga és piros selyem zsinóron függött pecsétje hiányzik; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 413. 1. Ünnepélyesebb alakban a föntebbi kelet alatt kiállítva ugyanott egy másik példányban is őríztetik; ennek végén felsoroltatnak: »Jowancha preposito, Chanadyno Lectore, Johanne Cantore Jacobo custode . . . existentibus«.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 216 von 696

184.

1310. maj. 5. A somogyvári convent bizonyítja, hogy a Daróí Salamon és leánya által Henrik bánnak elzálogosított Deseda birtokra nézve a kiváltás nem sikerült.

Nos conuentus Monasterij sancti Egidij de Simigio damus pro memoria Quod cum secundum tenorem priorum litterarum memorialium nobilis domina relicta magistri Salamonis de darow filia comitis laurencij de genere Hedruch ex altera domina nomine Anna filia eiusdem domine et eiusdem magistri Salamonis consors videlicet Stephani fily Symonis de hywad In octauis sancti Georgij martiris terram sew possessionem ipsarum deushyda vocatam magistro herrico bano mediantibus prioribus litteris nostris pro quadraginta marcis pignori obligatam redimere coram nobis debuisset adveniente ipso termino predicte domine hominem ipsorum ad nos destinarunt Quiquidem tribus diebus comparuit coram nobis pro filys vero magistri herrici bani ad recipiendam ipsam pecuniam in ipsis tribus diebus nullus comparuit post modum termino quarto eciam die et quinto die venit magister Nicolaus filius omodei, venit eciam predicta domina relicta magistri Salamonis et dixit vt possessionem suam prehabitam in ipsis quadraginta marcis redimeret ab illo, qui priores litteras nostras, quibus mediantibus predictam possessionem suam predicto domino herrico Bano pignori obligauerat, redderet. Econuerso autem ipse magister Nicolaus dixit, vt si in toto ipsam pecuniam sibi persolueret extunc possessionem suam redderet seu restitueret et insuper bonam racionem daret per quam rehabere et tenere posset possessionem suam antedictam sed ipsas priores litteras nostras seriem ipsius pignori obligacionis continentes reddere non assumpsit et ipsa domina sine ipsis litteris pecuniam predictam dare et soluere recusauit. Datum quinto die octauarum predictarum Anno domini millesimo tercentesimo decimo.

A székes-fehérvári káptalannak 1365-ki átiratából, melynek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1510. 5. Közli: Óváry L.

185.

1310. jun. 14. A pozsonyi káptalan előtt Elefánti Mátyás egy pozsongi szőlejét Jenslin nagyszombati bírónak apaji birtokával elcseréli.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis. Capitulum ecclesie posoniensis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod nobilis vir Comes Mathyas filius Comitis Andree de Elefanth pro se et pro Mog cognato suo ab una parte. Jenslinus iudex Tyrnensis pro se et pro filijs suis ab altera coram nobis personaliter constituti sunt confessi oraculo uiue uocis quod in suis quibusdam possessionibus pari consensu et unanimi uoluntate tale inter se fecissent concambium et ordinassent, quod idem Comes Jenslinus quandam possessionem suam iuxta Moteh possessionem ipsius Comitis Mathye circa fluuium parna adiacentem usque ad fluuium dudwag in quadam particula protendentem olimque terram populorum castri similiter Moyteh nuncupatam, nunc autem Opoy uocatam ab inclitis quondam Regibus Vngarie ladizlao et Andrea sibi collatam et donatam cum omnibus utilitatibus et pertinencijs uniuersis ipsius possessionis Opoy dedisset et assignasset eidem Comiti Mathye et suis heredibus heredumque suorum successoribus irreuocabiliter iure perpetuo possidendam habendam et tenendam sub eisdem metis et terminis quibus ipse comes Jenslinus habuit et possedit. E conuerso predictus comes Mathyas quandam vineam suam in territorio seu promontorio posoniensi prope ciuitatem posoniensem, iuxta vineam hertlyni iudicis posoniensis sitam seu adiacentem in concambium prefate possessionis Opoy, eidem Comiti Jenslino ac suis heredibus eodemmodo dedisset et assignasset in perpetuum possidendam, et insuper ad additamentum ipsius vinee eidem Jenslino duodecim marcas persoluisset comes Mathyas memoratus, hoc adiecto quod idem Comes mathyas in medietate ipsius vinee, et Comes mog filius Comitis Thome de eadem Elefanth in alia parte seu dimidietate eiusdem vinee predictum

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 218 von 696

Comitem Jenslinum et suos heredes ab omnibus inpetitoribus asumpserunt expedire et defendere proprijs laboribus et expensis. Datum in festo sancte Trinitatis. Anno domini M° CCC° decimo.

Zöld és piros selyem zsinóron függött pecsétje hiányzik ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1671. 11. Közli : Óváry L.

186.

1310. jun. 20. A pozsonyi káptalan előtt Tornyos-Chondoli Mikó leánya Erzsébet az anyja után az Olgyay családbeliektől járó hitbér és jegyajándékra nézve kielégíttetik.

Vniuersis x fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie Posoniensis salutem in salutis largitore ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod constituta personaliter coram nobis Elisabeth filia Miko de Turnuschondol ex una parte. Mathyas filius Stephani frater dicte Elisabeth Buz filius Benedicti Andreas filius Gregorij de villa Ogia minori ex altera, ipsa Elisabeth est confessa uiuauoce, quod licet mota fuerit materia quescionis inter ipsos super dote et dotalicijs domine Elene matris dicte Elisabeth quondam relicte Stephani, filij Benedicti et diu ordine iudiciario fuissent altercati ad ultimum tamen mediantibus probis viris in talem pacis unionem deuenissent, quod Mathyas, Buz et Andreas supradicti, racione predicte dotis seu dotalicij decem et septem pensas latorum denariorum Wienensium, sepedicte Elisabet dedissent et assignassent quas decem et septem pensas, eadem Elisabeth recepisse plenarie et habere est confessa et sic Mathyam et suos cognatos superius nominatos racione dicte dotis ac suos heredes reddidit liberos et omnino expeditos. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum tercio die festiuitatis corporis x. Anno domini M° CCC° decimo.

Hártyaszalagon függött pecsét nyomával ; fönt metszett betűkkel ; eredetije a pozsonyi kápt. lvtban. 14. 10. 33.

187.

1310. jun. 24. Achilles pataki plébános a Ronva vizén túl bejövő tizednek a Szent-Egyed egyháza részére való kiszolgáltatására magát kötelezi.

Nos magister Achilles plebanus de potok, significamus vniuersis tenere (így) presencium memorie commendantes, quod cum predecessores nostri de decimis ultra fluuium Ronua tunc sibi et ecclesie prouenientibus septuaginta capecias ecclesie sancti Egidij et fratribus in ea domino famulantibus, prout nobis certo cercius constitit, sicut eciam sic esse inuenimus, annuatim persoluerunt, iuxta ordinacionem et consuetudinem ab antiquo obseruatam, et nos per consequens nemini et precipue ob deuocionem quam ad predictam ecclesiam beati Egidij et fratres antedictos habemus, eidem ecclesie et fratribus supradictis in suo iure derogare et preiudicare in aliquo nullatenus sicut nec expedit intendamus, ob hoc auctoritate presencium litterarum protestamur quod et nos eidem ecclesie et fratribus supradictis annis singulis singulas septuaginta capecias in tribus generibus videlicet frumento siligine et ordeo de decimis ut superius est pretactum ultra flumen Ronua prouenientibus dare et asignare tenemur, tenerique confitemur, et ad huiusmodi solucionem annualem faciendam nos et nostram ecclesiam presentibus obligamus. In cuius rei (így) presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in die natiuitatis Johannis baptiste. Anno domini M° CCC° X°.

Hártyaszalagon függő ép pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Paulin. Ujhely, 4. 2. Közli: Óváry L.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 220 von 696

188.

1310. Somogy, jul. 19. Az ország főbb bírái egyikének bizonyítványa arról, hogy Merse özvegye Vitézmező nevü birtokát, melyet testvérétől, Dénestől, leánynegyede fejében kapott, örök joggal unokáinak adja.

Damus pro memoria quod cum nos ad instanciam nobilis domine relicte Merse, tres viros ydoneos videlicet othonem plebanum ecclesie sancti Michaelis de agria petrum de felnemuth et magistrum Laurencium canonicos ecclesie nostre transmissemus (így) quibus presentibus eadem domina de facto suo ordinaret, ydem Ottho et alij ad nos reuersi taliter nobis recitarunt quod prefata domina quandam possessionem suam hereditariam Wythezmezeu vocatam pro quarta filiali per magistrum dyonisium fratrem suum sibi traditam cum omnibus utilitatibus suis et pertinencijs ob dileccionem Nicolai et Petri filiorum Benedicti filij Merse nepotum suorum dedisset donasset et contulisset eisdem Nicolao et Petro et suis heredibus iure et irreuocabiliter perpetuo (így) possidendam et habendam, per neminem cognatorum suorum curriculo temporis per quempiam repetendam. Datum in Somus dominica die ante festum beate mariemagdalene. Anno domini M° CCC° decimo.

Zárlatán hosszúkás pecsét nyomaival; eredetije a Nemz. Muzeum oklevélgyüjteményében; vesd össze: Fehér i. m. VI. 2. 43. Közli: Nagy Gyula.

189.

1310. aug. 3. Omode nádor előtt a Zoárd nemzetségből való István comes, magai Szabolcs vármegyei birtokát János fiának Miklósnak felyanchi Ujvár megyei birtokával elcseréli.

Omodei palatini (littera) feria secunda ante festum beati dominici in anno domini Millesimo trecentesimo decimo exprimebat Quod Comes stephanus filius laurencij de genere

Zouard ab una parte ex altera uero Nicolaus filius Johannis de eodem genere coram ipso palatino personaliter constituti in quibusdam possessionibus suis infradicendis de parcium voluntate taliter concambium se fecisse retulissent Quod idem Comes stephanus dimidietatem cuiusdam possessionis sue acquisite Maga nominate in Comitatu de Zabouch existentis cum omnibus vtilitatibus suis dedisset et tradidisset ipsi nicolao et suis heredibus iure perpetuo possidendam et habendam. In cuius concambium dictus Nicolaus similiter dimidietatem cuiusdam possessionis sue felyanch nominate in comitatu de wyuar iuxta flumen harnad adiacentis a parte eiusdem fluuy sitam cum vtilitatibus omnibus et specialiter vno molendino suo super eodem fluuio ipsi comiti stephano tam in forma concambij quam sumpma viginti marcarum pro quibusdam expensis eiusdem Comitis stephani litteris in eisdem expressatis sibi et suis heredibus iure perhempnali possidendam tradidisset et contulisset.

Báthori István országbírónak 1436-ki ítéletéből, melynek eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. N. R. 1552. 8. Közli: Óváry L.

190.

1310. aug. 22. A nyitrai káptalan előtt István fia Péter kápolnai Pozsony vármegyei birtokrészért Benedek fiának Péternek a kitüzött záros határidö alatt öt márka lefizetésére magát kötelezi.

Nos Capitulum ecclesie nitriensis damus pro memoria quod petrus filius stephani nobilis de Kapulna comitatus posoniensis ab vna parte, petrus filius Benedicti de eadem ab altera coram nobis personaliter constituti dixerunt, quod cum predictus petrus filius Benedicti pro debito et offensa Johannis filij farkasij de eadem Kapulna prefatum petrum filium stephani traxisset in causam, dandam per composicionem proborum virorum taliter uterque petrus inter se concordasset, quod ante fatus petrus filius stephani in festo Martini confessoris atque pontificis proxime nunc venturo assumpsit soluere coram nobis quinque marcas petro filio Benedicti memo-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 222 von 696

rato, pro quibus quinque marcis usque ad prefixum festum sancti martini idem petrus filius stephani dimidietatem possessionis sue in eadem Kapulna existentis scilicet totam porcionem Johannis prenominati cognati sui, pro quo ipsum conuenerat, pignori obligauit petro filio Benedicti antedicto, ita ut si in ipso festo sancti martini predictam porcionem Johannis pro eisdem quinque marcis redimere non curaret uel non posset ab eodem, extunc eo facto prefata porcio Johannis perpetuaretur eidem petro filio Benedicti in Jus perpetuum possidenda heredum eiusdem per heredes ex parte ipsius petri filij stephani pretitulati. Datum in Vigilia beati Bartholomei apostoli. Anno domini M° CCC° decimo.

A nyitrai káptalannak 1310-ben »quinto die festiuitatis b. Martini conf. magistro farkasio lectore ecclesie nostre existente« kelettel kiadott átiratából, mely szerint a kitűzött határidőben a fizetés nem történt meg; az átirat eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 548. 13 Közli: Óváry L.

191.

1310. aug. 27. A székesfehérvári káptalan előtt a Ják nemzetségből való Terestyén fia Imre, a Diákó melletti Neuna nevü örökbirtokának eltulajdonítása ellen tiltakozik.

Nos Capitulum ecclesie albensis damus pro memoria, quod anno domini. M° CCC° decimo in octauis sancti Regis stephani. Emericus filius Tristyan de genere Ghak ad nostram accedens presenciam retulit, quod possessio Neuna uocata iuxta dyaco esset ipsius hereditaria et ne aliqui eandem racione acquisicionis uel occupacionis seu collacionis uel alio, quouis modo possidere ualeant inibuit. Coram nobis protestando. Datum in octauis prenotatis.

Zárlatán monorú pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. lvtban. »Ignota miscellanea« 23.

---

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 223 von 696

192.

1310. sept. 4. I. Károly király Nekcha birtokból a templariusok birtokába jutott részt, az Aba nemzetségből származott Sándornak hűsége jutalmául visszaadatni rendeli.

Karolus dei gracia hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex Omnibus xpi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Lex est Regia a naturali iure descendens bene meritis equo premio respondere. Proinde ad vniuersorum tam presencium pariterque futurorum noticiam harum serie volumus declarare. Quod nos meritoria obsequia et obsequiosa merita magistri Alexandri filij Alexandri de genere Aba dilecti et fidelis nostri, que nobis a primo introitu nostro in regnum hungarie cum desiderio sumpme fidelitatis usque horam coronacionis nostre tenuit semper, fouitque partem nostram inmutabiliter contra omnes, et specialiter contra filium Regis Boemie, qui per quosdam emulos seu barrones Regni, nostre maiestati reluctantes, dyademate Regio fuerat insignitus, quem idem Rex Boemie pater suus, ad suam reduxit propriam patriam, cum magna et maxima multitudine armatorum, usque Pesth personaliter ueniendo ad eundem, sicut id est cunctis notorie magne notum, quem nos postmodum cum barronibus et nobilibus Regni nostri nobis fidelibus in Boemiam hostiliter insequentes, vastus, spolia et incendia ibidem committendo, municionibus plurimis et castris occupatis seu combustis, ubi idem magister Alexander laudabilia et acceptabilia exhibuit seruicia coram oculis nostre maiestatis, attendentes, in memoriam eciam reuocantes seruicia eiusdem, que nobis contra ducem Otthonem inpendit, nostro lateri iugiter adherendo, personam suam et omnes possessiones suas ac bona dubijs fortune casibus pro nobis submittere non expauit. Volentes itaque sibi pro tot et tantis seruiciorum meritis aliquali remuneracionis beneficio Regio occurrere cum fauore, quanquam exiguum et minimum videatur, eaque ad presens facimus, respectu horum que eidem facere intendimus in futurum, quandam terram seu

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 224 von 696

possessionem Cruciferorum Templi, Nekcha noncupatam, olym per Jvla banum precessorem (így) ipsius magistri Alexandri de hereditaria possessione eorundem similiter Nekcha vocate excisam, et ipsis Cruciferis datam, ab eisdem cruciferis pro quadam macula infamie super qua apud Sanctam Romanam ecclesiam negocium ipsorum dampnabili fuit exitu et fine terminatum, et eciam apud nostram excellenciam sinistratum, auferentes, eidem magistro Alexandro, et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs vniuersis, sub metis prioribus, tum propter seruicia sua premissa, tum eciam in concambium cuiusdam possessionis Nycolai filij Iwan, in posoga existentis lypia uocate, propter magnifestos (így) excessus eiusdem Nycolai et notam infidelitatis in quam inciderat, in nostras manus Regias de regni consuetudine deuolute et eidem magistro Alexandro per nos date et collate, tali modo ut eandem possessionem Lypia ab ipso magistro Alexandro auferre non possemus, nisi eidem dato consimili concambio pro eadem, quam tamen postmodum ipsi Nycolao filio Iwan, reddendam decreuimus, suos excessus et notam infidelitatis quam incurrebat ad peticionem venerabilis patris domini Wincencij dei gracia Archiepiscopi Colocensis, aule nostre cancellarij, et magistri Wgrini fidelium nostrorum, ac aliorum ex pietate Regia misericorditer remittendo de mera liberalitate et pura consciencia dedimus donauimus et contulimus perpetuo et irreuocabiliter possidendam tenendam et habendam, tali modo quod si processu temporis quandocunque dicti Cruciferi obtenta gracia Curie romane offensam eorum emendare statumue ipsorum reformare possent, aut dominus apostolicus de bonis et possessionibus ipsorum Cruciferorum Templi, aliam ecclesiam construere adiudicauerit seu dotare, et super premissa nostra donacione eidem Magistro Alexandro et suis successoribus facta processum fuerit, uel per quaruncunque (így) partem super ipsa nostra donacione inpeterentur, promittimus huiusmodi inpetitoribus in consimili et equiualenti concambio prouidere. Si uero dicti Cruciferi uel hys ad quem possessiones ipsorum cruciferorum secundum arbitrium domini pape deuolute fuerint, aliud concambium pro ipsa possessione Nekcha recipere nollent ullomodo

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 225 von 696

restituta eis eadem possessione cum sui iuris plenitudine, prefato magistro Alexandro et suis successoribus de alia possessione et de consimili concambio prouisionem faciemus, hoc tamen declarato, quod circa premissam collacionem nostram ipsi magistro Alexandro et suis successoribus factam prelatorum et barronum nostrorum consilium habuimus et consensum. Vt autem huius nostre collacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, nec possit per quempiam retractari, presentes eidem concessimus litteras nostri dupplicis sigilli munimine roburatas. Datum Bude per manus discreti viri magistri Jhoannis prepositi ecclesie albensis Aule nostre vicecancellarij dilecti et fidelis nostri. II-o nonas septembris, anno domini Millesimo Trecentesimo decimo Regni autem nostri anno Decimo.

Zöld és piros selyem zsinóron függött pecsétje hiányzik ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1505. 12. Közli : Óváry L.

193.

1310. oct. 9. A boszniai káptalan előtt Ruchi Tamás, balktelki birtokát, melyet neje vagyonán Miklós boszniai püspöktől kiváltott, nejének Annának mindaddig míg tartozását kifizetheti, birtokába bocsátja.

Nos Capitulum ecclesie Boznensis memorie commendamus per presentes. Quod Thomas filius Andree de Ruch coram nobis personaliter constitutus confessus extitit ministerio viue uocis, quod quandam particulam terre Bolkteluke vocatam quam Comes Andreas filius ladizlai pater suus domino Thome Episcopo Boznensi bone memorie pignori pro triginta marcis denariorum obligauerat quam idem Thomas cum rebus scrinialibus nobilis domine Annus vocate consortis sue a domino Nicolao similiter eiusdem Boznensis ecclesie Episcopo redemisset ipsam particulam terre cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs prout inpignorata et redempta fuisset prefate domine Annus vocate consorti sue assignauerit et assignasset coram nobis possidendam donec ipsam particulam terre proprijs suis rebus, pro sumpma triginta marcarum pecunie redimere posset ab eadem prout redempta fuisset a domino Nicolao Epi-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 226 von 696

scopo prenotato. Datum feria sexta proxima post festum beati francisci confessoris. Anno domini M° CCC° decimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1505. 13. Közli: Óváry L.

194.

1310. nov. 5. Achilles pataki plébános előtt Zalók fia Márton Patak vára alatt nyolcz hold földet az újhelyi remetéknek elárusít.

Nos magister Achilles plebanus de potok significamus omnibus presentibus (így) per tenorem quod frater laurencius prior fratrum heremitarum de huihel pro se et pro alijs eiusdem loci heremitis ex una parte, ex altera uero martinus filius Zolouk ciuis de eadem coram nobis constituti, idem martinus octo iugera terre ipsius quatuor emticia et quatuor extirpata sub castro potok a sinistris magne uie que ducit in uillam potok in medio terre villanorum de huihel ipsis fratribus heremitis antedictis ecclesie sancti Egidij confessoris se confessus est uendidisse pro una marca argenti, quod asseruit ab eisdem plenarie recepisse, perpetualiter possidenda ita tamen quod si quis super ipsam terram predictos fratres iuris serie impediret, ex tunc idem martinus uel posteri eius ipsos fratres tenebuntur expedire, hec autem emcio et uendicio in presencia et ex uoluntate stephani et Emrici filij Zidlik, Bote et Andree, Johannis fili Michaelis et ladizlai fili Warou ac aliorum villanorum ville memorate quibus ipse prior et fratres sui dederunt mercipotum et a l d a m a s i u m ad bibendum secundum consuetudinem illius loci approbatam. Nos igitur in huius rei testimonium ad peticionem parcium litteras nostras presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beati Emrici. Anno domini M° CCC° X°.

Hártyaszalagon függő pecsét maradványaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Paul. Ujhely, 4. 1. Közli: Óváry L.

195.

1310. nov. 16. Péter renneki plébános, egri és budai kanonok, bizonyítja, hogy Leonárd fiának Jakabnak neje többek jelenlétében végrendeletet tett s hitbérét és hozományát férjének hagyta.

Nos petrus plebanus de Rennek, Agriensis Budensisque ecclesiarum Canonicus memorie commendantes significamus quibus expedit presencium per tenorem, quod Anno domini M° CCC° decimo nobilis domina nomine Katerina filia Comitis Radolf uxor magistri Jacobi filij Comitis Leonardi in lecto egritudinis iacens videlicet in partu laborans compos tamen sue mentis secunda feria proxima ante octauas beati martini confessoris in presencia multorum scilicet domini Nicolai lectoris ecclesie Colocensis, domini Sudami custodis de eadem, Stephani decani, Mathei pauli, Nicolai pauli magistris Canonicorum predicte ecclesie, comitis syke fratris domini Jhonis prepositi de kw Laurency, Detrici Comitum, Jacobi villici, Andree, pangracy fili Garab, Ladislai Blasy filij sanctus Gregorij fili Georgij magistri, Mychaelis Comitis, Cosme fili Iwanka Gregory fili Budulo, dionisij fili Mykus, Demetry uentrosi, Blasy de prolach Stephani fili passce, Jacobi fili henneng, dominici de loco Briccy Mathie fili paznan petri fili valentini, Mathie fili Sandur, Jacobi fili Ithemer, Egidy fili Karachun, pauli fratris Clementis Nicolai fily marinus Gregory fili Ithemer Jhonis fili Jhonis villici Nicolai fili petri, Johannis fili Balase de Zemlino, petri et Benedicti fily Stephani puer cum filio suo dominico, Thome fili Mark, Stephani Crispi, Thome fili Endre, Benedicti fili pousa, Comitis Salomonis Egidij fili Dyonisij, Emerici de loco son, Thome fili Gefre, Bench sponsy petri fili Kete, pous fratris pauli prepositi, Iwan dictus morhar, super dote sua tale condidit testamentum, quod ob reuerenciam et dileccionem magistri Jacobi mariti sui predicti, omnem dotem suam et res parefarnales que ipsam contingerent reliquit et legauit predicto marito suo, ut nullo unquam tempore nullus cognatorum suorum uel propinquorum prephatum magistrum Jacobum maritum suum racione predicte dotis

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 228 von 696

molestare uel inpedire ualeant aut presummant, Item duas filias suas ob dileccionem mariti sui prescripti relinquit eidem obseruandas nullo cognatorum suorum contradicente, procuracionem uero anime sue in omnibus et per omnia discrecioni eiusdem magistri Jacobi mariti sui committendo. Datum die et anno prescriptis, et nos Nicolaus lector ac Sudanus Custos, Ecclesie predicte vt prescriptum robor firmius in posterum possit obtinere rogati per dictum magistrum Jacobum nostra sigilla duximus apponenda.

Zárlatán három monorú pecsét nyomaival; egyik veres viaszba van nyomva; eredetije a b. Révay cs. lvtban, »Gyulay« fasc. III. 11. Közli: Kovács N.

196.

1310. dec. 13. A nagyváradi convent elött Kis Kozma, Pelbárdhida birtoknak a fia Ivánka által czélba vett elidegenítése ellen tiltakozik.

Nos Capitulum ecclesie Waradiensis damus pro memoria quod comes Cosmas parvus coram nobis personaliter constitutus retulit quod intellexisset obligacionem possessionis sue aquisiticie privarthyda vocate per magistrum Joankam filium suum factam contra Drug filium petri et fratres suos et Johannem filium Nicolai ac fratres eiusdem ab huiusmodi obligacione prohibuit protestando. De vendicione eciam inpignoracione ac quovis modo alienacione, nec non obligacione aliarum possessionum suarum aquisitarum similiter prohibuit eundem protestando, dicens eandem privarthyda sibi separate et distincte a filio suo predicto pertinere, cui idem magister Joanka presencialiter astans non contradixit. Datum in octaua sancti Nicolai. Anno domini M° CCC° decimo.

Hátlapján pecsét nyomával; eredetije Galgóczon, a gr. Erdődy cs. vtban. Közli: Botka T.

197.

1310. A csatári convent előtt a Damasa nemzetségből való Pál és rokonai, jakusföldi birtokrészöket három szolgájuknak adományozzák.

Nos Frater herricus miseracione diuina Abbas Monasterij Beati petri apostoli de Chatar. Locique eiusdem Conuentus, Vniuersis in xpo pie uiuentibus tam presentibus quam futuris salutem in filio virginis gloriose. Quod confirmat pia legis auctoritas et uera stabilitas donacionis non debet uariare aliqua dyficultas proinde vniuersorum noticie tenore presencium declaramus. Quod Comes paulus filius Comitis Adriani de genere Damasa tam pro se quam pro Michaele fratre suo uterino, quam eciam Cazmerio filio stephani ac fratribus eiusdem Coram nobis personaliter comparendo. Vnam particulam cuiusdam possessionis sue Jacusfewlde uocate iuxta fluuium paka existentis per dominum inclitum Regem hungarie Ladislaum condonatam dedit contulit et donauit cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs Matheo Endre et Stephano filijs Johannis dilectis et fidelibus seruientibus suis, propter obmeritis seruiciorum in heredes heredumque suorum successoribus (így) iure perpetue (így) ac inreuocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam obligans se idem Comes paulus predictus et assumpmens, vt si aliqua quescio super ipsius donacione per fratres suos oriretur, que absit, ipse idem predictus tenebitur predictos seruientes suos in possessione prefata conseruare pacifice et quiete uel in eadem canticare fratribus suis in hereditaria possessione sua accomodare. (így) Cuius quidem terre meta sic incipit Videlicet a possessionibus filiorum Bene Johannis Adriani et Michaelis Beke Sara uocate et uadit uersus aquillonem vbi est vna vallis, in eadem eundem (így) ad partem occidentalem ubi sunt due mete terree, que meta separat a uilla sancti Michaelis inde vadit ad montem dumb wlgariter vbi est vna meta terrea, et inde scandit unum lutum nomine Sochsara uocatam (így) et inibi est vna uallis sochsara in qua ultra eundo est una meta terrea.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 230 von 696

Inde uadit ad partem aquillonem uersus Ozyag vnde tendit ad magnas arbores ilicys, que mete tendunt ad tres valliculas, inde ascendit de ualliculis ad terram Zamarfolde ad metam angularem, que meta separat occidentali terram Zamarfolde uocatam, alia pars uero separat a parte aquillone terram Ozyag tercia uero pars separat a parte meridionali terram Jakusfolde uocatam, et inde uadit in eadem ualle et cadit ad aquam paka vizy uocatam, et inibi terminatur. In cuius rey testimonium nostras literas sigilli nostri pendentis concessimus munimine roboratas. Datum et actum Anno domini M° CCO° decimo.

Hártyaszalagon függő ép pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 611. 15. Hasonló felvallás történt a szalavári convent előtt, ugyancsak 1310-ben, l. u. o. 647. 5. Közli: Óváry L.

198.

1310. Az egri káptalan előtt Béli Ugra fia Egyed comes, a leányának Strigói Bozó özvegyének járó hitbér és jegyajándék kiszolgáltatását nyugtatja.

Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Capitulum ecclesie Agriensis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus pervenire Quod Comite Egidio filio Vgra de Beel ex una parte, ab altera vero Martino de Azian socero stephani de Strigua pro ipso stephano genero suo coram nobis personaliter constitutis, idem Comes egidius proposuit viua uoce quod in causis quas domina relicta Bozow filij Mikou de strigua filia sua racione dotis et rerum parapharnalium suarum ipsi Comiti egidio patri suo Nycolao et Johanni filio ipsius Nycolai filij Kene ac petro dicto fudur seruienti Comitis egidij antedicti mediantibus litteris nostris super ipsis dote et rebus parapharnalibus confectis seu emanatis cuilibet eorum in solidum finaliter conmiserat exequendas propter bonum pacis proximitatis seu consanguinitatis concordasset cum ipso stephano fratre ipsius Bozow in triginta marcis plene receptis ab eodem, dimittendo ipsum per omnia expeditum. In cuius rei testimonium ad instanciam parcium presentes contulimus

sigilli nostri munimine roboratas, presentibus tamen magistro petro lectore, Symone cantore, petro Custode, magistro dominico de hong, laurencio de heues, petro de scobolch Archidiaconis Anno domini M° CCC° decimo. Regnante Karolo illustri rege hungarie. Thoma strigoniensi Vincencio colocensi archiepiscopis et domino nostro venerabili patre Martino dei gracia episcopo agriensi existentibus.

Sárga és violaszín selyem zsinóron függő pecsétje hiányzik; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 29. 88. Közli: Óváry L.

199.

1310. A nagyváradi convent előtt a Gútkeled nemzetség tagjai, az idősb tagok által a nemzetség birtokaira nézve megejtett osztályos egyesség megtartására magukat kötelezik.

Nos Jacobus prepositus, et Conuentus Monasterij sancti Stephani prothomartiris de promontorio Waradyensi, omnibus xpi fidelibus presentibus et futuris presencium noticiam habituris, salutem in salutis largitore. Quia negocia possessionaria quanto ad plurium confessionem publice se extendunt, tanto maiorem sorciuntur firmitatem et vigorem, Ideo ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod Comite Briccio filio Andree, et Benedicto fratre suo, Item Johanne et Michaele filijs Georgij fratris sui, nec non Ladislao, et Laurencio filys Hudus pro se, ac Stephano fratre patris eorundem ab vna parte, Item comite Michaele filio feliciani, Wyd dominico et feliciano filys Johannis, ac feliciano et Johanne dicto Mycch, filys comitis Luka, omnibus de genere Guthkeled, confessum extitit per eosdem Benedictum filium Andree, Johannem et Michaelem filios Georgij, Ladislaum, filium Hudus, Dominicum et felicianum, filios Johannis, ac Johannem dictum Micch, filium Comitis Luka, viua uoce, sana mente, spontaneaque voluntate coram nobis pariter et relatum. Quod quamuis per predictos eorum maiores et seniores, uidelicet Comitem Briccium, Ladislaum et Laurencium, filios Hudus, Michaelem filium feliciani, Wyd filium Johannis, ac felicianum filium Luka, per eosdem conmuniter, ad hoc ordinatos et transmissos, mediantibus

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 232 von 696

litteris honorabilis Capituli Waradyensis, diuisio possessionum hereditariarum, propterea facta inter eos fuerit, attamen et ipsi uolentes ne processu temporum, eodem (igy) diuisio per quempiam retractari, propter bonum pacis, ipsam diuisionem rite et legitime factam, nulli parcium derogantem, voluerunt et pronunciauerunt inreuocabiliter et irretractabiliter duraturam, Ita quod nec per ipsos, nec per eorum heredes, vllo vnquam tempore valeat retractari, vel eciam reuocari, sed predicte littere Capituli, super hec confecte, in perpetuo vigore debeant permanere, hoc eciam adicientes, quia de possessionibus eorum acquisitis, quelibet parcium contentabatur Ideo decreuerunt, quod possessiones eorum, tam acquisitas quam acquirendas, tam emptas quam emendas quelibet parcium, tam aquirens, quam emens et ipsius heredes perpetuo possiderent, nec alicui de sua generacione predicta, partem extradare tenerentur. Ad quod se spontanea obligarunt voluntate, coram nobis. In cuius rei testimonium, ad instanciam parcium, presentes litteras concessimus, pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Anno domini M° CCC° decimo.

Czérnán függő pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 924. 14.

200.

1311. jan. 1. Imre nagyváradi püspök előtt Adon fia Iványka és társai kinyilatkoztatják, hogy Kopoz nádor által a Dorogon és társán elkövetett hatalmaskodás nem az ő tanácsukra és biztatásukra történt.

Nos Emericus miseracione diuina Episcopus Waradiensis et Capitulum ecclesie sue damus pro memoria, quod comes Ivanka filius Odun et Nycolaus filius eius pro se et alijs filijs eiusdem Item magister Ivanka filius comitis Cosme pro se et patre suo predicto, coram nobis personaliter constituti protestati sunt, quod Kopoz palatinus captiuacionem drug filij petri et Johannis filij Nycolai ac combuscionem castri eorundem, non ex ipsorum consilio uel suggescione nec pro causa patronatus monasterij de Egged, super qua agitur inter ipsos, fecis-

set sed pro multis et plurimis excessibus et nocumentis eorundem toti provincie per eosdem irrogatis et illatis. Datum in octaua nativitatis domini. Anno eiusdem M° CCC° vndecimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1698. 4. Közli: Óváry L.

201.

1311. jan. 22. Detre Pozsony vármegye alispánja és bíró társai Staul (Stal) birtokot Moius fia ellen Stauli Egyed fiainak ítélik oda.

Nos detricus curialis Comes Posoniensis, et quatuor iudices uidelicet Andreas Chun Stephanus filius Seraphyni, Paulus filius Martini et Luka de Karcha a domino Rege deputati, damus pro memoria quod cum Nicolaus filius Moius simul cum fratribus suis, per Johannem, Nicolaum, et Andream, filios Egidij de Staul ad nostram presenciam fuissent legitime citati pro medietate Staul possessionis ipsorum, quam medietatem dicte possessionis, cum omnibus utilitatibus eiusdem per spacium decem annorum predictus Nicolaus filius Moius Johannem filium Egidy predictum in publica uia eundo captiuasset, et per octo dies in suis uinculis absque suis culpis exigentibus obseruasset, et pro decem marcis se de dicto uinculo idem Johannes liberasset de quo dampno indebite sibi illato litteras protestacionis discretorum uirorum Capituli posoniensis nobis ostendit, qui Nicolaus et fratres sui, nec primo termino nec secundo nec tercio, nec quarto, nec quinto, nec sexto neque septimo et ultimo contumaciter conparuerunt, nec pro se aliquem in predictis terminis mittere curauerunt, ipso Johanne et fratribus suis in quolibet termino legitime expectantibus, tandem per nos et nobiles prouincie supradicta possessio cum omnibus utilitatibus suis iure hereditario, sepedicto Johanni et fratribus suis iuris ordine obseruato est deuoluta, harum testimonio literarum. Datum in die vincency martiris· Anno domini M° CCC° vndecimo.

A pozsonyi káptalannak 1311-ki átiratából, melynek eredetije a pozsonyi káptalan lvtban. 14. 17. 30.

202.

1311. mart. 17. A nyitrai káptalan Ethey Pálnak az Elefánti Mátyás és Mog suri birtoka között lévő birtokát körüljáratván, a határjelekről bizonyítványt ad.

Nos Capitulum ecclesie Nitriensis memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem Quod cum iuxta tenorem priorum litterarum nostrarum comites Mathias et Mog nobiles de Elephanth ad rehambulandam terram pauli fily Mogh de Ethey inter terras eorundem Mathye et Mogh comitum in Suur existentem hominem nostrum magistrum paulum ordine dyaconum fidelem clericum Chori nostri, ex nostra permissione adduxissent, tandem idem homo noster, ad nos reuersus cum eisdem paulo ab vna parte, Mathia comite pro se et pro eodem Mogh cognato suo ab altera dixit oraculo viue uocis quod predictus comes Mathyas per longitudinem terre quondam Kochou nunc eiusdem comitis Mathye ostendisset duas metas terreas ab inuicem longe sytas et eciam terminum seu cumulum terre fossati antiqui in fine terre que mete et terminus separant predictam terram eiusdem pauli a terra prenominati comitis Mathye inter duas terras Suur adiacentem Item ex alia parte terre Suur Maioris a parte meridionali per longitudinem maioris Suur predictus comes Mogh filius Thome de parte sue terre ostendisset quendam terminum per terram aruatam seu non cultam usque ad pratum et ultra pratum seu fenetum tendendo ad quandam metam antiquam terream que prope nemus de qua meta currit, per nemus usque ad fluuium dudwag qui termini et meta separant et distingunt terram ipsius pauli a terra comitis Mogh memorati quam quidem terram rehambulatam ydem Mathyas et Mogh comites prout prefatus homo noster uobis retulit assignassent eidem paulo filio Mog in ius perpetuum possidendam prout sibi de iure sciuerunt pertinere. Datum feria quarta proxima post dominicam oculi mei. Anno domini M° CCC° vndecimo.

Hátlapján töredezett pecséttel ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1671. 12. Közli : Óváry L.

203.

1311. mart. 21. A szepesi káptalan elött Adolf comes testvéreivel és többi rokonaival együtt, Bethlen fiaival s társaival több szepes vármegyei birtok iránt folytatott perben kiegyez.

Litteras Capituli scepusyensis in festo beati Benedicti confessoris Anno dominice incarnacionis M° CCC° vndecimo Confectas presentauit continentes. Quod accedentes ad ipsius capituli scepusyensis presenciam magister Jacobus filius quondam Comitis Adolphi pro se et fratribus suis Kormus videlicet et Adolpho lachk filius quondam petri Chyem Michael filij quondam Thobie ex vna parte Iwan Bethleem et petrus filij Bethleem et Vrbanus quondam filius Nicolai pro se et dominico fratre suo nobiles de scepus ex altera ydem composicionem racione cuiusdem hereditatis de villa Bethleem et alie hereditatis de villa siluestri apud sanctum nicolaum per arbitrium proborum virorum videlicet Ladizlai et franconis Iwani comitis de Gorgo et Nicolai et Nicolai (így) filij Mathye inter ipsos factam taliter ipsi capitulo scepusyensi recitare curassent quod predicti filij Bethleem dimidietatem hereditatis quam habuissent in villa cani Nicolai excepta illa porcione que vxorem Comitis Andree attingisset ipsis filijs Adolphy filiis petri et filijs Thobie contulissent Jure hereditario cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs vniuersis perpetuo possidendam, hoc tamen interiecto quod si predictos filios Adolphy et socios suos aliqui racione predicte possessionis molestare seu inpedire attemptarent predicti filij Bethleem eosdem tenerentur expedire proprijs laboribus et expensis. Item Chyem Michael filij Thobie et lachk filius petri de eadem hereditate videlicet de villa Cani Nicolai predicti porcionem ipsos contingentem predicto magistro Jacobo filio Adolphy cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs pro vndecim marcis argenti ab eodem plene habitis et receptis in filios filiorum suorum Jure hereditario perpetuo possidendam vendidisse fuissent confessi.

Az oklevél eredetije felmutattatott »Gerardus filius Honnus procurator fratrum de lapide refugii« által Pál országbírónak, s a föntebbi ki-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 236 von 696

vonat ennek 1349-ki ítéletében foglaltatik; az ítélet eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Eccl. Ord. Carth. Közli : Óváry L.

204.

1311. Kedhely, apr. 16. Németújvári Miklós tárnok bykugi várnagyának és fülesi jobbágyainak meghagyja, hogy a borsmonostori apáttól Ikech nevü birtokán lefoglalt tizedet kiszolgáltassák.

Nos Nicolaus magister thauarnicorum domini Regis uobis Comiti Iwanche Castellano nostro de Bykug villico et populis de fyles firmiter precipimus et districte quatenus capecias terre Ikech et decimas si quas usque ad hec tempora pertinentem (így) ad dominum abbatem Montis sancte Marie non persoluissetis uel pro uobis exegissetis, omnino refundatis et restituatis, et uolumus vt manus uestras amodo ad capecias et iura ipsius domini abbatis non tendatis quia uolumus vt fructus et iura iam dicte terre predictus dominus abbas percipiat plene et integre, aliud in premissis si nostram dileccionem curam habere uultis non facturi. Miramur enim cur priores nostras litteras noluistis acceptare cum ex nostro precepto sint emanate, prout eciam in ipsis litteris nostris prioribus continetur. Datum in Kedhel feria sexta post festum passce anno domini M° CCC° XI°.

Hátlapján pecsét nyomaival ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Eccl. 27. 1. Közli : Óváry L.

205.

1311. máj. 1. A leleszi convent előtt Panki Dobó, az Albert fia Gergely által nöül vett Erzsébetet Bench szolgájának leányát négy leányával együtt felszabadítja s ezért a nevezett Gergely Dobónak két szolgálót átad, és Csuza nevü birtokát is neki örökül leköti.

Nos Jacobus prepositus de lelez et conuentus eiusdem Monasterij significamus quibus expedit presencium

vniuersis, (így) uel quibus presentes ostenduntur ad vniuerso rum noticiam uolumus peruenire. Quoniam omnia presencia transeunt, et futura euanescunt nisi omnia se studeant testimonio litterarum confirmare, hinc eciam ecclesia sancte cru cis, inter alias ecclesias regales francilinus (így) arantibus-regularibus canonicis conuentualibus iusticiam faciens omnibus prout coram ipsis cause prosecuntur vt a regia celsitudine est commissum et ordinatum vnde accedens coram nobis magister dobou filius comitis Jacobi de pank ex una parte personaliter ab altera uero Gregorius filius Alberti nepos velchene coram nobis fassus est viua uoce et sponthanea uoluntate est confessus in hunc modum, quod non ex datu et uoluntate magistri dobou duxisset legitime quandam filiam mancipij uel serui nomine Bench, elizabeth uocatam de qua quatuor filias iuxta thorum legitimum se habere dixit quarum hec sunt nomina clara, Elena, Chala et Agnes, nolensque eas in iugum serui et ancille committere uel perpetuari ardue et feliciter cogitando eas uolens liberare pro predicta muliere sua et filiabus suis ac qui essent nascituri et procreandi magistro dobou dedit duo capita hominum Elena et elizabeth uocatas, proprias et hereditarias et quandam terram suam similiter hereditariam a primeuis parentibus sibi commissam chusam uel Velchenehaza uocatam cuius methanei sunt, ex una parte aba filius serephili ab altera uero nicolaus niger dictus contulit et dedit magistro dobou et filijs suis et heredumque (így) suorum successoribus et irreuocabiliter tenendam et habendam, et e conuerso idem magister dobou predictas ancillas suas dimisit liberas et filios filiorum et heredumque (így) suorum successores in nullo processu temporum easdem molestare uel impedire ubique uellent liberam uel securam haberent commorandi facultatem. Obligantes eciam se in hunc modum, quod si quispiam unquam uel aliquando super predictas ancillas uel terram donatiuam magistrum dobou molestaret uel impediret. Gregorius nominatus eundem dobou uel sui heredes ubique tenebuntur excusare propriis laboribus et expensis, et econuerso annotatum Gregorium uel suos successores quis impediret idem magister dobou et sui heredes tenebuntur liberare, et defendere similiter propriis laboribus et expensis, et insuper quisque

ipsorum uel de ipsorum proximis dictam ordinacionem titularet uel uentillaret et coram quouis iudice astaret pro calumpnia uinceretur. In cuius rei firmitatem et memoriam ad peticiones parcium concessimus nostras litteras nostri sigilli munimine roboratas. Datum post festum beati Georgij sabato proximo Anno domini M° CCC° vndecimo.

A jászói conventnek 1311-ki átiratából, melyben utólag Pank Jakab fia Dobó az oklevélben említett Bench-et és nejét szintén felszabadította; az átírat eredetije az orsz. lvt. kinest. oszt. N. R. 801. 3. Közli: Óváry L.

206.

1311. máj. 1. A pozsonyi káptalan előtt Wilki Mihály és Bechk Magyari Annának, Kozma özvegyének, a wilki földtér egy részét éltefogytáig birtokába bocsátják.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie Posoniensis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire pro Michaele et Bechk de villa Wilk pro se et pro Jacobo fratre ipsorum ab vna parte, domina Anna filia Jacobi de Mogeri quondam Relicta Cozme nunc vero vxore Marci fudur ab altera, coram nobis personaliter constitutis sunt confessi vivauoce quod licet mota fuisset materia quescionis inter ipsos super quadam particula terre Wilk uocate que a Cozma predicto bone memorie eidem domine legitime fuit deuoluta et diu ordine iudiciario fuissent altercati, ad vltimum tamen mediantibus probis viris scilicet Hambacone ciue Posoniensi et comite Abraam Rufo ac alijs probis viris in talem pacis vnionem deuenissent, quod ydem Michael et Bechk ac Jacobus frater eorundem predictam particulam terre Wilk uocate domine Anne antedicte racione consangvineitatis, quamdiu eidem domine uita comes fuerit, dimiserunt pacifice possidere et quiete, tali modo quod medio tempore nullus ipsorum possit aut valeat racione dicte particle terre molestare, seu ni aliquo agrauare, si uero eandem dominam mori contigerit, cuicunque uel quibuscunque in vltimo testamento suo lega-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 239 von 696

uerit sepedicte terre particulam liberam et securam legandi habeat potestatem, nichilominus tamen si ydem Michael et fratres sui predicti, si ab illo uel illis, cui uel quibus sepedicta particula terre legata fuerit, pro dote et dotalicijs eiusdem domine Anna, prout ius regni requirit liberare teneantur. Preterea assumpsit eadem domina Anna et Michael cum fratribus suis supradictis, quod si aliquas litteras super predicta particula terre haberent emanatas, omnino essent inanes et viribus uacuate. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo Phylippi et Jacobi apostolorum. Anno domini M° CCC° vndecimo.

Függő pecséttel és metszett betükkel ; eredetije a pozsonyi káptalan lvtban. Közli : Géresi Kálmán.

207.

1311. máj. 1. A vasvári káptalan bizonyítványt ad arról, hogy midőn a németek által elfoglalt vasvári egyházat több országnagyok és nemesek visszafoglalták, az egyház és benne a káptalan birtokára vonatkozó adomány- és egyéb oklevelek elégtek.

Nos abbas et Conuentus Monasterij sancti saluatoris de kopurnuk damus pro memoria quod discreti viri Gregorius Custos et magister Eguke notarius ecclesie sancti Michaelis archangeli de Castroferreo ad nostram personaliter accedendo presenciam cum litterys procuratorijs fratrum suorum videlicet capituli prenotate ecclesie vice et nomine eorundem nobis per modum protestacionis significare curauerunt, quod cum Theutonici ecclesiam ipsorum videlicet ecclesiam sancti Michaelis de Castroferreo ostiliter invasissent et occupassent, et Barones regni vngarie ac nobiles prouincie Comitatus ferrei castri, aliarumque prouinciarum ad eiciendum eos fuissent congregati, in ipsorum conflictu eadem ecclesia sancti Michaelis concremata extitisset et conbussa (így) per quod factum et conbussionem, quam plures littere eorum et instrumenta priuilegialia super donacionibus possessionum ecclesie predicte confecta et littere protestacionales super possessionibus Warnepe

pachun Zergeyn et Zilwagh vocatis in Comitatu ferrei castri existentibus ibidem in camera ecclesie pradicte fuissent amisse et conbusse, Datum in octauis sancti Georgy martiris Anno domini M° CCC° decimo primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan lvtban. 1. 2. 16.

208.

1311. máj. 7. Az erdélyi káptalan előtt Dániel ryhói plébános demeterpataki birtokrészét unokabátyjának Dániel comesnek elörökíti.

Capitulum Ecclesie beati Mychaelis archangeli Transsiluane. Omnibus xpi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire. Quod daniele plebano de Ryho filio quondam Jacobi Comitis filij Chelonis pro se et Salomone fratre suo ex una parte, ab altera uero daniele Comite patruo suo filio eiusdem Chelonis, coram nobis personaliter constitutis, idem daniel plebanus confessus est oraculo viue uocis, medietatem terre demeterpotoka uocate porcionem ipsorum videlicet in ipsa terra demeterpotoka, ipsum et Salomonem fratrem suum contingentem cum omnibus utilitatibus suis sine preiudicio iuris alieni uendidisse et locasse, dicto Comiti danieli consanguineo suo, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus pro duodecim marcis fini argenti plene habitis per eosdem sicut dixit et perceptis, perpetuo et irreuocabiliter possidendam tenendam pacifice et habendam. In cuius rei testimonium et robur perpetuum ad instanciam et peticionem parcium litteras nostras presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria sexta proxima post festum Inuencionis sancte crucis Anno domini Millesimo Trecentesimo Vndecimo Magistro Gregorio preposito Thoma Cantore Vicencio custode Gregorio decano Ecclesie nostre existentibus.

Zöld selyem zsinóron függő ép pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Transsilvanica 12. 6. Közli: Óváry L.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 241 von 696

209.

1311. jun. 6. A sági convent előtt Detre comes és fiai egy ekényi földtért Iván korponai polgárnak ajándékoznak.

Nos Laurencius prepositus et conuentus fratrum ordinis premonstratensis monasterij beate virginis marie de Sag. Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in uero salutari. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire quod comes dytricus frater Laurencij quondam prepositi de Bozok (simulcum) filijs suis uidelicet Jacow Laurencio et Andrea coram nobis personaliter constituti terram vnius aratri . . . . . ad vsum vnius aratri sufficientem de terra ipsorum empticia wnecen uocata separando cum . . . . omnibus vtilitatibus suis dederunt et donauerunt Iwan filio Iwanca ciui de Corpona . . . . heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam tenendam et habendam, ob amorem et dileccionem quam habent racione fraternitatis ad ipsum Iwan supradictum tali tamen moderamine interiecta, quod quandocunque idem Ivan cum predictis filijs comitis dytricy diuisionem facere uoluerit a parte ciuitatis de Corpona ydem filij Comitis ditricy separare et distingere tenebuntur prout ad hoc ipsi spontanea uoluntate obligarunt. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad peticionem parcium presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in octaua pentecostes. Anno domini Millesimo CCC° vndecimo.

Hártyaszalagon függő csonka pecséttel s metszett betükkel; ere detije az orsz. lvt. kincst. oszt. Jesuit. Tyrnav. 18. 8. Közli: Óváry L.

210.

1311. jun. 13. Az esztergomi káptalan előtt Liptai Ibor és társai, Hont vármegyei Lissó nevü birtokukat Sági Bedének elzálogosítják.

Nos Theophylus prepositus et capitulum ecclesie strigoniensis, memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem. Quod ybor filius Gregorij Matheus filius Serephel Jacev et Anda filij petri Laurencius filius Lukas nobiles de Liptow, personaliter ad nostram accedendo presenciam dixerunt et confessi sunt terram ipsorum Jure hereditario in Lysso in Comitatu videlicet huntensi ipsos contingentem, cum suis utilitatibus et pertinencijs, ex parte scilicet orientis ultra fluuium pothak uocatum a data presencium per spacium decem annorum pro vndecim marcis plene habitis et receptis, magistro Bede filio Egidij nobili de Saag pignori obligasse, tali condicione interiecta, quod si ipsis decem annis completis cum predictis vndecim marcis redimere non curarent, termino adueniente, extunc cum dupplo redimere tenebuntur, sicut ad hoc se obligarunt liberaliter et libenter, fructus eciam et utilitates seu hedificia, ac Jobagiones cum eadem terra desolata penitus fuerit et destructa, si idem magister Bede super faciem ipsius terre augmentaret seu hedificaret, ydem cum propria pecunia ipsorum termino adueniente redimerent a Comite Bede superius nominato, assumpserunt insuper ipsum magistrum Bede per spacium ipsorum decem annorum et ultra in possessione predicte terre et vtilitatum eiusdem Lysso uocate conservare et ab omnibus inpetitoribus et molestare uolentibus expedire suis laboribus et expensis. Datum in quindenis festivitatis pentecostes. Anno domini M° CCC° vndecimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 795. 6. Közli: Óváry L.

211.

1311. jun. 27. A nagyváradi káptalan előtt a Gútkeled nemzetségbeliek Rakamaz birtokot maguk között felosztják.

Capitulum ecclesie Waradyensis. Vniuersis xpi fidelibus presencium noticiam habituris. Salutem in omnium saluatore. Satis intelligit humana racio quod mundus transyt et mundane acciones simul cum eodem. Ne igitur gesta hominum labantur cum mundo mobili, perhemnari solent obsequio litterarum proinde vniuersorum noticie tam presencium quam futurorum harum serie declaramus. Quod Comes Briccius filius Comitis Andree de genere Guthkeled, pro se et comite Benedicto fratre suo, ac filijs Georgij fratris sui, ab vna parte. Item magister Ladislaus et laurencius filij comitis hwdus de eodem genere ab altera coram nobis personaliter constituti retulerunt, quod super facto locorum sessionalium in possessionibus ipsorum Rakamoz que est propria hereditaria ipsorum ut dixerunt, et alia Olsorakamoz empticia, talem diuisionem inter se ordinassent et fecissent quod in predicta hereditaria Rakamoz sessiones cessissent magistro ladislao et laurencio possidende et habende. Item econuerso loca sessionalia in Olsorakamoz empticia cessissent et deuolute essent Comiti Briccio et fratribus suis predictis possidenda et habenda pro distinccione autem siue meta inter ipsos est portus, qui wlgariter Rew dicitur, et deinde ad ecclesiam sancte crucis separat taliter, quod pars ab oriente existens cedit Comiti Briccio et fratribus suis predictis, ab occidente ladislao et laurencio remanente. Item terras arabiles aquas pisscinas et omnes utilitates predictarum possessionum communiter possidebunt et habebunt. Adiecerunt eciam quod Jobagiones vnus alterius non accipiat nec assumpmat nisi ex permissione et beneplacito domini sui et hoc propter bonum pacis et concordie statuerunt dixerunt eciam quod si super facto possessionum tam hereditariarum quam empticiarum lis et accio oriretur communiter partes tenerentur expedire. Datum in festo beati Regis Ladizlay. Anno domini M° CCC° vnde-

cimo discretis viris Ywanka preposito Chanadino lectore. Johanne Cantore. Jacobo custode. Dominis et magistris Canonicis ecclesie nostre salubriter existentibus.

Függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 841. 2. Közli: Óváry L.

212.

1311. jul. 6. A vasvári káptalan előtt Nádasdi Katalin Sári Marczel özvegye, az általa zálogban tartott bizonyos földrészt a Sár mellett, András fiának Lászlónak vissza bocsátja.

Nos Capitulum ecclesie beati Michaelis de Castroferreo presentes Litteras damus pro memoria quod domina Catarina filia Emerici de Nadasd relicta Marcelli de Saar coram nobis personaliter constituta, illam terram quam olim Andronicus filius Chopow Emerico patri suo pro tribus marcis inpignorauerat et post hec idem Emericus domine Catarine filie sue reliquerat possidendam, que iacet iuxta terram Saar vocatam, nunc prefata domina illam terram dedit Ladislao filio Andre receptis tribus marcis ab eodem, ut dicebat. Datum in octauis apostolorum petri et pauli anno domini M° CCC° vndecimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen, a gr. Festetics cs. lvtban, »Castriferrei« 7.

213.

1311. Buda, jul. 6. Csák fia János országbíró, Corrád fiának Hasághi Jakabnak ügyében Lelehi György ellen új határnapot tüz ki.

Nos magister Johannes filius Chaak Judex Curie domini Regis Damus pro memoria, quod in Octauis beati Mychaelis archangeli proxime venturis Jacobus filius Corrardy de Hasagh pro quo Fabianus filius Egidy, seruiens suus comparuit et terminum assumpsit, contra Georgium filium Benedicti de Leleh pro quo Nicolaus dictus fudur cognatus suus cum procuratorijs litteris domini nostri Regis aderat, debet respondere coram no-

bis. Datum Bude octauo die festiuitatis beatorum Apostolorum petri et pauli Anno domini. M° CCC° vndecimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a b. Révay cs. lvtban, »Gyulay« fasc. III. 12. Közli: Kovács N.

214.

1311. Buda, aug. 5. I. Károly király a kir. udvarnokok Baráti nevü Györ vármegyei birtokát, Miklós tárnok pannonhegyi várnagyának Sándornak és testvéreinek adományozza.

Nos Karolus dei gracia Rex hungarie memorie commendantes significamus quibus expedit presencium per tenorem vniuersis. Quod magister Nicolaus magister Thauarnicorum nostrorum personaliter coram nobis comparendo petiuit nos cum instancia vt quandam villam Wduornicorum nostrorum Barathy vocatam in comitatu Jauriensi existentem in conmetaneitate vero terre ipsius magistri Nicolai et Stephani filij Martini adiacentem magistro alexandro Castellano suo de sacro monte pannonie alpra et stephano fratribus eiusdem dare et conferre dignaremur. Nos qui ex officio suscepti regiminis iustis peticionibus nostrorum fidelium aquiescere debemus, eandem villam ad peticionem et instanciam magistri Nicolai memorati. Et inspectis seruiciorum magistri Alexandri Alpra et Stephani supradictorum meritis quibus in presencia nostre maiestatis multipliciter meruerunt complacere, licet tamen in futurum plura et pociora eisdem filijs Jacobi dare intendamus, eandem villam cum vtilitatibus et pertinencijs suis vniuersis dictis filijs Jacobi et per eos suis successoribus perpetuo iure Irreuocabiliter dedimus donauimus et contulimus possidendam tenendam et habendam sine preiudicio juris alieni Et cum presentes ad nos fuerint reportate nostrum priuilegium dictis filijs Jacobi dari faciemus. Datum Bude in festo sancti dominici confessoris Anno domini Millesimo Trecentesimo decimo primo.

I. Károly király 1322-ki megerősítő okleveléből, mely a vasvári káptalan által 1514-ben átíratott; ennek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 596. 10. Közli: Óváry L.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 246 von 696

215.

1311. sept. 26. I. Károly a királyi nyergestartók birtokát hívének Debreczeni Dózsának adományozza.

Karolus dei gracia hungarie dalmacie Croacie Rame seruie Gallicie lodomerie Cumanie Bulgarieque Rex. Omnibus xpi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Solet Regia Celsitudo suorum fidelium obsequijs sue liberalitatis munificencia prouidere vt et ipsi condigna meritis premia reportantes uberius consulentur et ceteri ipsorum exemplo prouocati ad opera fidelitatis exercenda deuocius accendantur proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod nos considerantes fidelitates et seruicia meritoria nobilis viri magistri douse filij Comitis Andree de debrunchun dilecti et fidelis nostri que nobis ab ingressu nostro in regnum hungarie iure et ordine geniture nobis debitum in omnibus nostris factis et agendis suis proprijs sumptibus et expensis exhibuit et inpendit in diuersis expedicionibus Regni nostri se casibus fortuitis conmittere et exponere non formidans, et specialiter cum nos vna cum barronibus nostris fidelibus contra magistrum matheum de Tyrunchun cum ualido exercitu processimus, considerata ipsius magistri douse probitate, maiorem nostri exercitus prefecimus in quoquidem officio sue fidelitatis euidenciam operibus et seruicijs meritorijs demonstrauit. Vnde licet respectu premissorum multa plura a nobis in futurum habere mereatur, tamen ad presens in aliqualem recompensacionem seruiciorum eiusdem prescriptorum terram pach in comitatu pestiensi existentem, ad nostram collacionem pertinentem, in qua terra antea populi nostri Nerguestorto vocati morabantur predicto magistro douse et suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus donauimus et contulimus cum suis utilitatibus et pertinencijs vniuersis perpetuo et irreuocabiliter possidendam tenendam et habendam. Vt autem huius nostre collacionis et donacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, nec lapsu temporis valeat per quempiam retractari pre-

fato magistro douse presentes litteras nostras dari fecimus nostri dupplicis sigilli munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Jhoannis prepositi ecclesie Albensis Aule nostre vice cancellarij dilecti et fidelis nostri. VI. Kal. Octobris. Anno domini Millesimo CCC° vndecimo. Regni autem nostri anno similiter vndecimo.

Sárga és piros selyem zsinóron függő nagy pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1505. 16. Közli: Óváry L.

216.

1311. Kassa, oct. 3. Tamás esztergomi érsek Achilles pataki plébánosnak egy szölö adományozásáról 1307-ben kiadott bizonyítványát átírja és megerösíti.

Nos Thomas miseracione diuina Archiepiscopus Strigoniensis eiusdemque loci Comes perpetuus. Significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem. Quod religiosus vir frater Laurencius prior fratrum heremitarum de ecclesia beati Egidii confessoris prope castrum potok ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis litteras discreti viri Achillis plebani de potok super facto cuiusdam vinee legate ipsi ecclesie sancti Egidij, petens nos cum instancia ut easdem confirmare dignaremur, quarum tenor talis est (l. fönebb 122. sz. a.) Nos igitur peticionem dicti fratris Laurencij considerantes esse iustam et consentaneam racioni, et considerantes premissam donacionem vinee salutiferam pro animabus dictorum Sada et vxoris sue, eam ratam habemus, et ipsas litteras predicti Achillis plebani super premissa donacione seu legacione vinee quantum de iure possumus auctoritate presencium confirmamus. In cuius rei testimonium presentes nostro sigillo fecimus communiri. Datum in Cassa in dominica proxima post festum beati Michaelis archangeli. Anno domini M° CCC° decimo primo.

Hártyaszalagon függő pecséttel; eredetije az orsz. lvban, kincst. oszt. Paulin. Ujhely, 20. 2. Közli: Óváry L.

---

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 248 von 696

217.

1311. oct. Misle, 13. Az egri káptalan előtt a Kaplon nemzetségből való Jákó újfalui Zemplén vármegyei birtokát leányának és vejének birtokába bocsátja.

Nos Martinus miseracione diuina Episcopus Agriensis significamus universis quibus expedit et presentes ostendentur memorie commendantes Quod magister Jakou filius Jakou de genere Koplon pro se Andrea Ladislao et Jakou filijs suis coram nobis personaliter constituti proposuit quod totam porcionem Johannis filii sui mortui quam habet in possessione sua hereditaria Wyfolu vocata in comitatu de Zemlen existente cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs et cum omni eo iure quo eam idem Johannes possiderat dedit et donauit domine filie sue . . . . . eam Thome filio Stephani genero suo iure perpetuo et pacifice possidendam et habendam a nemine filiorum vel proximorum . . . . . processu temporis repetendam. Datum in Mysle in quindenis beati Mychaelis Archangeli. Anno domini M° CCC° Vndecimo.

Az egri káptalannak 1329-ki átiratából; ennek eredetije a Csícsery cs. lvtban.

218.

1311. Vácz mellett, nov. 8. I. Károly király hívének Dózsának a Kekalló folyó mellett három birtokot adományoz.

Nos Karolus dei gracia Rex hungarie memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis. Quod nos considerantes fidelitates et seruicia meritoria magistri dausa que nobis exhibuit et inpendit, quasdam terras hominum sine herede decedencium videlicet Scentmiclos, Scenthleurinch et fiuzesteluk vocatas, prope fluuium Kekallo existentes, ad nostram collacionem pertinentes dedimus donauimus et contulimus eidem magistro dausa et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo possi-

dendas et habendas, promittentes eidem, quod quamprimum presentes nobis fuerint reportate nostras litteras priuilegiales eidem faciemus emanari. Datum prope Wach in octauis omnium sanctorum. Anno domini Millesimo CCC° vndecimo.

I. Károly király 1323-ki megerősítő okleveléből; ugyan abban egy másik hasonló keletű és tartalmú adománylevél van átírva, melyben Fegwernek, Suma és Zuza birtokokról »prope ecclesiam Hegys« az adományozás szintén Dózsa részére történik; az átirat eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1505. 17. Közli: Óváry L.

219.

1311. Gömör, nov. 15. Sándor Gömör vármegye alispánja és bíró társai előtt Ravasz Miklós, Meinold fia Márton ellen egy lóra nézve követelésétől elállott.

Nos Alexander Curialis comes et quatuor Judices de Gumur damus pro memoria, Quod personaliter coram nobis comparuit Nicolaus dictus Rouos et proposuit uiua uoce, quod inpedicionem Equi sui Zuk Zaar coloris quem equum Martinus filius Meonoldi ad scitum nostrum fugitiue abduxit totam causam et accionem suam, super ipso Equo Herrico et Clementino proximis suis reliquisset et coram nobis reliquit finaliter consequi. Datum in Gumur secunda feria proxima post festum beati Martini confessoris Anno domini M° CCC° vndecimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Markusfalvi Máriássy cs. lvtban, »Idegen oklevelek« 17.

220.

1311. nov. 21. A pozsonyi káptalan előtt Ilkai András az Ilkai Miklós özvegyét illető hitbérre nézve, ennek atyját Magyari Jánost kielégíti.

Vniuersis x fidelibus presentes litteras inspecturis, Capitulum Ecclesie Posoniensis. Salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Johanne filio Buhtus de Magar ab vna parte, Andrea

filio Mikolin de Ilka ab altera, coram nobis personaliter constitutis, sunt confessi, oraculo viuenocis, quod licet mota fuisset materia quescionis inter ipsos super dote et dotalicys domine Margarethe bone memorie filie dicti Johannis, relicte quondam Nicolai fratris Andree antedicti et diu ordine iudiciario fuissent altercati, ad ultimum tamen mediantibus probis viris in talem pacis vnionem deuenissent, quod idem Andreas racione dicte dotis et dotaliciorum, antedicte domine Margarethe viginti pensas denariorum wiennensium ipsi Johanni patri eiusdem domine dedisset et soluisset, et sic eundem Andream aut suos heredes seu cognatos, de dicta dote reddidit liberos et omnino expeditos. Obligando se quod quicunque processu temporum eundem Andream seu ipsius heredes, aut cognatos, racione dicte dotis uellent forsitan molestare, extunc idem Johannes aut sui heredes, seu cognati tenerentur expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam presentes dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum dominica proxima post festum beate Elisabeth. Anno domini M° CCC° vndecimo.

Függő pecsét nyomaival; eredetije a pozsonyi káptalan levéltárában, Capsa. 14. Fasc. 9. nro 3.

221.

1311. I. Károly király Tolmachi Miklós comesnek Corlad comes fiának kérésére István ifjabb királynak 1265-ki, a IV. Béla még mint ifjabb király által Loysta birtokról 1233-ban kiadott adománylevelet magában foglaló oklevelét, átírja és megerősíti.

Datum per manus discreti viri magistri Johannis prepositi ecclesie Albensis Aule nostre vicecancellarij dilecti et fidelis nostri . . . . . Anno domini Millesimo trecentesimo vndecimo. Regni autem nostri Anno similiter vndecimo.

Függő pecsét nyomaival; eredetije. az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1501. 7. István ifj. király fönt érintett oklevelét lásd Fejér i. m. VII. 4. 129. l. Béla ifj. királyét pedig u. o. VII. 4. 81. l., kivonatban pedig u. o. XI. 502. l. Közli: Óváry L.

222.

1311. A vasvári káptalan Tagadó fia Euzen birtokának Sárdi Benedek által történt elajándékozásáról bizonyítványt ad, melynek kivonata a következő :

Quod Benedictus filius Timodei de Sard et stephanus filius eiusdem pro se et pro Nicolao fratre suo coram eodem capitulo castriferrei personaliter constituti dimidietatem terre Euzen filij Tagadeu decedentis sine herede cum omnibus vtilitatibus suis circumstancijs et pertinencijs vniuersis dedissent donassent et contulissent Comiti Salomoni filio comitis demetrii de harkal Jure perpetuo pacifice et quiete Irrevocabiliter possidendam heredum per heredes, hoc adiecto quod si processu temporis idem comes Salamon vel eius heredes racione prescripte terre a quoquam fierent molestati prefati Benedictus et Stephanus ac Nicolaus tenerentur eosdem a molestantibus omnibus expedire.

Tamás országbírónak 1354-ki ítéletleveléből ; ennek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 602. 31. Közli : Óváry L.

223.

1311. A csanádi káptalan előtt Beezi Mihály comes ipának Mihály bánnak három birtokát, miután neje azokból kielégíttetett, sógorának Jánosnak s fiainak birtokába bocsátja.

Nos Capitulum ecclesie chenadiensis significamus omnibus quibus expedit presencium per tenorem, quod Comes Mychael de Beez una cum filio suo Johanne et domina consorte sua filia quondam Mychaelis bani sorore magistri Johannis filij petri ab una parte coram nobis personaliter constitutus quasdam possessiones videlicet Sap Kalanda et Mouruch uocatas, cum aliis eciam omnibus possessionibus quondam per predictum Mychaelem banum possessis et acquisitis cum omnibus utilitatibus suis et pertinencijs eidem magistro Johanni pro se et pro filijs suis similiter coram nobis personaliter constituto,

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 252 von 696

uno mancipio et tribus marcis antiquarum banalium, receptis ab eodem reliquit et resignauit perpetuo possidendas pacifice et quiete. Datum sabbato proximo ante octauas Epyfanie domini Anno eiusdem M° CCC° vndecimo.

Hátlapján pecsét nyomaival ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1534. 20. Közli : Óváry L.

224.

1311. Az egri káptalan elött Imbregi Dénes fiai két Zemplén vármegyei birtokukat Korrád fiainak másik két birtokával elcserélik.

Omnibus christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Capitulum ecclesie Agriensis salutem in omnium saluatore ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire quod Andreas filius Dyonisy de Imbreg pro se et pro Stephano filio Deseu fratris sui ex una parte ab altera vero comes Mattheus Boda et Thomas filij comitis Korrady coram nobis personaliter constituti in quatuor possessionibus suis de beneplacito parcium et voluntate tale concambium se fecisse retulerunt quod ydem Andreas et Stephanus duas possessiones suas Gerepse et Wrus vocatas in comitatu de Zemlen existentes in forma concambii a Nycolao Stephano et Uyd filijs pauli bani ad ipsos deuolutas cum omnibus utilitatibus earundem sub eisdem antiquis metis quibus per priores possessores et per consequens per ipsos fuerunt possesse Dedissent et contulissent ipsis filijs comitis Korrady et eorum heredibus iure perpetuo possidendas et habendas. In quarum concambium dicti filij comitis Korrady similiter duas possessiones suas hereditarias Kuzten et Scynereg nominatas in eodem comitatu sitas cum earum vtilitatibus omnibus sub eisdem certis metis et antiquis quibus easdem possedissent dedissent et tradidissent ipsis Andree et Stephano ac heredibus eorundem iure perhennali possidendas habendas et tenendas Et quia dicte possessiones Gerepse et Wrus possessionibus ipsorum filiorum comitis korrady predictis meliores et vtiliores extitissent ob hoc dicti fily comitis korrady quadraginta marcas argenti fini, qui-

bus dictam terram Wrus a Nycolao Stephano Jacobo et Symone filys Detrici redimerunt eisdem Andree et Stephano relaxassent. In super obligauit se idem Andreas et dictum Stephanum ac heredes suos quod in eisdem possessionibus Gerepse et Wrus ipsos filios comitis korrady et suos heredes contra ipsos filios pauli bani indempniter conseruare tenerentur. Et e conuerso ydem fily comitis korrady se et suos heredes taliter obligarunt, quod ipsos Andream et Stephanum ac heredes eorundem in dictis possessionibus kuzten et Scynereg contra petrum filium petri dicti petene similiter illesos conseruare ipsi tenerentur quecunque vero ipsarum parcium in eisdem possessionibus ut premissum est, aliam partem conseruare non posset in quinquaginta marcis grauaretur seu pro conuicto haberetur In cuius rei testimonium ad instanciam parcium presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas presentibus tamen magistro petro custode, magistro Waltero de Borsoa dominico de Vng. Laurencio de Kemey et alio Laurencio de heues petro de Zobolch archidyaconis et aliis multis. Anno Domini M° CCC° vndecimo. Regnante Karulo illustre rege vngarie Thoma Archiepiscopo Strigoniensi Kolocensi sede vacante et domino nostro venerabili patre Martino dei gracia Episcopo Agriensi existentibus.

Eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 861. 4. Közli: Óváry L.

225.

1311. A bácsi káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Ugrin mester megkeresésére Balad fiának Mateukának három birtokába Dénes mestert beiktatta.

Excellentissimo Domino suo Karulo dei gracia illustri Regi hungarie Capitulum Bachiense oraciones in domino tam debitas quam deuotas. Notum facimus excellencie uestre nos litteras magnifici uiri magistri vgrini recepisse in hec uerba, honestis uiris et discretis amicis suis reuerendis Capitulo ecclesie Bachiensis amiciciam paratam, amiciciam uestre discrecionis petimus diligenter per presentes quatenus litteras uestras super facto magistri dyonisij quas nobis sub sigillo

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 254 von 696

nostro remittimus domino nostro regi destinetis interserentes nomina uicinorum et commetaneorum qui tunc presentes erant in easdem prout eciam homo uester nobis potest recitare. Item cum Georgius filius Bencench et Benedictus super quibusdam particulis terrarum Chuig, Kethzanto et Bukkescy vocatarum Mateukam filium Balad contingentes (igy) super quibus particulis terrarum earundem magistro dyonisio contradicebant priuilegia seu instrumenta sua ordine iudiciario corum nobis exhibere debuissent, ipso termino adueniente quem eisdem ad exhibendum commisseramus predicti Georgius et Benedictus comparuerunt et nullum ius supra predictas terras dixerunt se habere et pacifice eidem dyonisio relinquerunt possidendam. Quo circa petimus amiciciam uestram ut pro eodem magistro dyonisio super premissis litteras vestras dirigatis. Nos igitur mandato et precepto eiusdem magistri Vgrini obedientes tamquam vestris preceptis et mandatis cum stephano homine vestro de Bancha misimus magistrum demetrium unum ex nobis pro testimonio fidedignum qui quidem homo uester cum eodem nostro testimonio ad nos rediens nobis dixit quod convocatis conmetaneis et uicinis prenominatis in litteris nostris uestre maiestati super alijs porcionibus Mateuka antedicti destinatis ipsas terras reambulando statuisset iuxta ueteres metas nouas erigendo supradicto Magistro dyonisio possidendas et habendas nullo omnino contradictore existente. Datum Anno domini M° CCC° Vndecimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 1505. 14. Közli: Óváry L.

226.

1311. A pozsegai káptalan előtt az Aba nemzetségbeli Sándor és Péter fiai, birtokaikon megosztoznak és egymást kielégítik.

Capitulum ecclesie beati petri de posoga omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Mores et virtutes sapientum sic reperiunt, vt ea que aguntur in temporis curriculo, ne per vetustatem temporis et fragilitatem humane nature

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 255 von 696

simul cum tempore confluantur et labantur, litterarum patrocinijs solent perhempnari. Nam ea sunt irrevocabilia sine dubio que per series earum fulciuntur. Proinde vniversorum sancte matris ecclesie filiorum noticie auctoritate presencium volumus fieri manifestum. Quod nobiles uiri magistri videlicet demetrius et Nicolaus filij Comitis Alexandris de genere Aba pro se et pro Alexandro fratre eorundem ab vna parte, lukachius, petrus et demetrius magistri filij comitis petri de eodem genere pro se et pro ladislao ac stephano fratribus ipsorum ab altera cum sufficientibus procuratorijs litteris domini Regis coram nobis personaliter constituti, ydem filij comitis Alexandri et filij comitis petri prescripti in possesionibus ipsorum infrascriptis talem diuisionem concorditer inter se fecisse retulerunt viua voce, quod possessiones Nekchepagarach, Chabamezeu, Benezurduka, Weurustou, Compold, Honchol et pata cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis vniversis ad easdem spectantibus ydem magistri lucachius petrus et demetrius ac fratres ipsorum predicti filij comitis petri prenotati eisdem magistris demetrio, Nicolao et Alexandro filijs comitis Alexandri prefatis et per eos eorum heredibus heredumue suorum succesoribus Jure perpetuo et Irrevocabiliter dedissent donassent et concessissent possidendas tenendas et habendas et concesserunt coram nobis. Econuerso autem possessiones Raduan, Zentmihal in Comitatu Barania existentes, et Zekuduor, Wassyan, Arkychalan et alias quas habent inter fluuios feirkeris et Morus similiter cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis uniuersis ydem magistri demetrius, Nicolaus et Alexander filij Comitis Alexandri antedicti, eisdem magistris luche, petro, Demetrio, Stephano et ladislao filijs Comitis petri prefati et per eos eorum heredibus Jure pariter perpetuo dedissent et donassent possidendas hoc eciam manifestarunt. Quod quia possessiones prenotate eisdem magistris demetrio, Nicolao et Alexandro filijs comitis Alexandri prememoratis per eosdem magistros lukachium petrum, demetrium, Stephanum et ladislaum filios comitis Petri pretactos per modum divisionis vt premittitur perpetuo iam donate maioris fructus et vtilitatis necnon quantitatis fore dinoscerentur, prout partes affirmarunt, ydem magistri lukachius, petrus, demetrius Stephanus et ladislaus filij comitis petri preno-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 256 von 696

tati pro quibusdam arduis negocijs ipsorum expediendis, ab eisdem magistris Demetrio, Nicolao et Alexandro filijs Comitis Alexandri prenotatis mille et trecentas marcas fini argenti ad racionem Budensem, et decem pecias panni Ypri vocati, necnon quinque equos sexaginta marcas ualentes, asseruerunt et dixerunt plene et integre se iam recepisse preterea partes coram nobis retulerunt quod possessionem ipsorum empticiam Lypolth nuncupatam cum vniversis vtilitatibus et pertinencijs suis, certis metis et limitacionibus separando in duas eciam partes divisissent ex quibus vna pars, a parte meridionali sita, cum universis utilitatibus suis videlicet simul cum Castro Eluskw nuncupato, specialiter cum terris de iuxta fluuium Topl adiacentibus cessisset magistris demetrio nicolao, et Alexandro filijs Comitis Alexandri prenominatis et per eos eorum posteritatibus perpetuo possidenda. Reliqua vero parte eiusdem terre Lypolth a plaga aquilonali existente magistris luche, petro, demetrio, stephano et ladislao filijs Comitis petri prelibatis et per eos eorum heredibus similiter cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis universis perpetuo possidenda remanente. Mete autem que separant porcionem vtriusque partis in eadem possessione Lypolth habitam, prout partes dixerunt ab inuicem hoc ordine distinguntur, prima siquidem meta incipit super duas arbores Ilicis a parte occidentali iuxta terram Renoldi quondam palatini Zakula vocatam, deinde per quandam semitam tendit versus partem orientalem, et descendit ad quendam riuulum Triztinik nominatum, ab hinc transeundo ipsum riuulum per eandem semitam ascendit ad quendam montem et eundo paululum in planicie uenit ad quandam viam que venit de villa Chyzete, post hoc eundo per eandem uiam venit ad quendam riuulum Lypolthpotoka appellatum, et ibi transeundo per ipsum fluuium tendit per quemdam monticulum Beerch uocatum, et in cacumine eiusdem monticuli progreditur versus partem aquilonem, et deinde descendendo de eodem monticulo per eandem viam diuertit iterum ad partem orientalem, et uenit ad quemdam riuulum, et deinde diuertendo iterum ad partem aquilonem, per eundem riuulum ascendendo uenit ad quendam fontem qui est iuxta curtem seu sessionem eorundem, et deinde transeundo uenit ad ecclesiam sancti

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 257 von 696

Regis Ladislai, et ab eadem ecclesia descendendo per uillam uersus orientem uenit ad quasdam arbores nucum que sunt iuxta fluvium Ylsua et iuxta eundem fluuium ascendendo venit usque ad alium fluuium Nogpotok nominatum vbi ydem fluuij in vnum coniunguntur. Deinde ascendendo per ipsum fluuium Nogpotok uadit usque ad Scaraspotok, deinde vadit usque ad siluam, et ibi cadit ad quandam uiam que uenit de Soukuuth. et transeundo per eandem uiam nenit ad silvam, et eundo per eandem siluam uenit ad quandam magnam vallem lobou nuncupatam, deinde transeundo ipsam uallem uadit per eandem uiam ad quendam magnum montem, et descendendo de eodem monte uenit ad quendam fluuium Lamnicha uocatum, et descendendo iuxta eundem fluuium per ipsam uiam uenit ad quendam locum uenacionis Bykachlesy nominatum et ibi relinquendo ipsam uiam diuertit uersus plagas aquilonis, et eundo iuxta alpes uenit ad quendam lapidem qui vocatur Solymkw, deinde eundo uenit ad quendam montem Oblyk uocatum vbi continuatur terris regalibus pertinentibus ad Sarus et ibi terminatur. Hoc eciam adiecto quod si minera auri et argenti uel cuiusuis generis metallorum aut salifodina seu puteus salis reperta sunt, uel reperiri poterint in futurum in eadem possessione ipsorum Lypolth memorata, videlicet in porcione vtriusque partis, prouentus huiusmodi partes communiter percipient et habebunt. Cultores autem seu operarij metallorum eorundem salifodine seu putei salis ad illam partem pertinebunt in cuius porcione reperta fuerint metalli sales et puteus salis memorata Et pecuniam ad opus inchoandum ipsis operarijs partes dare communiter tenebuntur. Hoc eciam propalarunt quod ad recuperacionem possessionum alienatarum, que in diuisione utrysque partibuscessisse dignoscuntur partes adinuicem se iuuare tenebuntur proprijs laboribus et expensis. Ne igitur ordinacio seu diuisio possessionum ipsorum prescriptarum per ipsos uel ipsorum posteritates quoquomodo lapsu temporum possit uel valeat retractari, partes predicte se tam in suis quam in personis suorum posteritatum obligarunt seu connexerunt coram nobis. Quod quandocunque racione diuisionis possessionum ipsorum prememoratarum modo premisso inter partes diuisarum pars vna uel eius posteritates contra partem alteram aut eius suc

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 258 von 696

cessores quid quescionis uel materiam litis palam aut clamdim suscitaret seu moueret. Extunc pars aduersa contra partem vnionem pacis obseruantem in facto subcubitus duelli potencialis conuinceretur eo facto, ad quod se partes predicte spontanee obligarunt coram nobis, in cuius premisse diuisionis et obligacionis memoriam perpetuamque firmitatem litteras nostras concessimus sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum per manus magistri Theophile dicti puer lectoris ecclesie nostre Anno domini M° CCC° decimo primo, presentibus tamen laurencio preposito ecclesie nostre predicte, demetrio cantore. Mathya custode, ceterisque canonicis deo in eadem famulantibus.

Sárga és piros selyem foszlányon függött pecsétje hiányzik, metszett betükkel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 558. 1. Közli: Óváry L.

227.

1311. Az egri káptalan előtt Pupsai Reze, fiai és testvére nevében is, ruszkai Ung vármegyei birtokukat Paniki Jakabnak s fiainak Dobónak és Jánosnak ungi nemeseknek elörökíti.

Omnibus x fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Capitulum ecclesie Agriensis Salutem in omnium saluatore ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod comite Rezee filio pauli de pupsa cum dominico Johanne, Gregorio, Georgio petro et Nicolao filijs suis Item comite pete fratre eiusdem Rezee cum Nicolao et Andrea filijs suis ac Stephano filio ywancha et demetrio filio eiusdem, ex vna parte, ab altera vero magistro dobo filio comitis Jacobi de Panik, pro se et pro ipso patre suo, ac Johanne fratre eiusdem, nobilibus de Hung, coram nobis personaliter constitutis, ydem Rezee pete et Stephanus, cum eorum filijs annotatis proposuerunt viua voce, quod quandam possessionem eorum hereditariam Ruzka nuncupatam in Comitatu de Hungwar existentem, possessionibus magistri Thome dicti Bede de Mochar et pauli parui de Barcha consignatam, cum omnibus vtilitatibus, et pertinencijs suis, sub eisdem metis et terminis quibus per eosdem et per eorum predecessores fuit

possessa ab antiquo, vendidissent et tradidissent ipsi Comiti Jacobo et magistro dobo ac Johanni filijs eiusdem comitis Jacobi antedictis pro centum septuaginta marcis plene coram nobis eisdem persolutis, eis et eorum heredibus heredumque suorum successoribus iure perhennali et irreuocabiliter pacifice possidendam et habendam, Thomas vero et paulus antedicti commetanei possessionis predicte coram nobis personaliter constituti huic vendicioni et empcioni plenum consensum prebuerunt et assensum. Insuper obligarunt se dicti Rezee pete et Stephanus, ac eorum filij supradicti et eorum heredes, prefatum comitem Jacobum, magistrum dobo et Johannem filios eiusdem antedictos, ac eorum heredes vniuersos ab omnibus racione possessionis memorate impetere nitentibus defendere et expedire proprijs laboribus et expensis et in pacifica possessione ipsius possessionis indemniter conseruare, In cuius rei testimonium nos ad instanciam parcium presentes contulimus sigilli mostri munimine roboratas, presentibus tamen petro preposito Simone cantore, Nikolao lectore, petro custode, dominis, magistro waltero de Borsua, dominico de Hung petro de wyuar, Laurencio de Kemey et alio Laurencio de Hewes ac petro de Sobolch, Archidiaconis, et alijs multis Anno domini Millesimo. CCC° vndecimo Regnante Karulo illustri rege Hungarie, Thoma archiepiscopo Strigoniensi Colocensi sede vacante, et domino nostro venerabili patre Martino dei gracia Episcopo Agriensi existentibus.

Az egri káptalannak 1415-ki átiratából, melynek eredetije két példányban gr. Erdődy István ltvban Vörösvárt, 35. 2. 3.

228.

1312. jan. 13. Theophil esztergomi prépost s a káptalan, János nyitrai püspök kérésére IV. Béla királynak a banai tized visszaadása iránti évnélküli oklevelét átírja.

Datum in octauis epiphaniarum domini Anno eiusdem M° CCC° XII°.

Hártyaszalagon függő pecséttel s metszett betűkkel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Eccles. 7. 3. Béla király föntérintett évnélküli oklevelét l. Hazai Okmt. VII. k. 94. sz. a. Közli: Óváry L.

---

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 260 von 696

229.

1312. jan. 15. A nagyváradi káptalan előtt Illés bán fiai és társaik Laskod birtoknak Karászi Sándor bán fia részére való elidegenítése ellen tiltakoznak.

Nos capitulum ecclesie waradiensis damus pro memoria, quod quidam qui se Johannem filium Elye bani esse nominauit pro se et Ladizlao fratre suo coram nobis personaliter conparendo protestatus est quod petrus dictus churgo et Nicolaus dictus Nakas ac paulus filij sui quandam possessionem eorum Loskud uocatam mutato nomine suo et nominando eandem kyus kyrchid nomine sui iurys et uendere eandem Alexandro filio Alexandri bani de karas niterentur de cuius uendicione inpignoracione et quouisomodo alienacione eundem petrum et filios suos predictos et dictum Alexandrum ab empcione et occupacione eiusdem prohibuit protestando. Item comes Cosmas filius Chepani pro se et Chepano fratre suo de Jakou similiter personaliter conparendo coram nobis racione conmetaneitatis et vicinitatis eundem petrum dictum Churgo et filios suos pretactos a uendicione inpignoracione in quouis modo alienacione eiusdem possessionis Loskud et dictum magistrum Alexandrum filium Alexandri similiter a uempcione (igy) et occupacione eiusdem prohibuit protestando. Datum sabbato proximo post octauas Epiphanie domini anno eiusdem M° CCC° duodecimo.

Zárlatán monorú pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeum könyvtárában, a Kállay cs. lvtban. Közli: Csontosi J.

230.

1312. Bonahida-Krassó, febr. 11. A magyar- és tótországi keresztesek főnöke, a közte és László comes fia Fülöp között Bonahida-Krassó birtok iránt fönforgott viszályt a határjelek meghatározása mellett kiegyenlíti.

Nos frater loquetus magister domorum hospitalis sancti Johannis Jerosolomitani per hungariam et sclauoniam memorie commendantes significamus quibus expedit per presentes. Quod licet inter nostros ab vna parte vero ex altera ma-

gistri philipi filij comitis Ladizlay populos sev Jobagiones disscordie et inimicicie propter distincciones metarum possessionum nostrarum Bonahida-Crasso vocatarum ac ipsius magistri philipi hereditariarum susscitate fuissent et exorte. Tandem nos habito prius vniuersorum confratrum nostrorum conmuni consilio. Juxta conposicionem et ordinacionem quamplurimorum proborum et nobilium virorum pacis Zelatorum ut nos et per consequens nostri successores bona et perpetua pacis tranquilitate congratularentur in futurum Vniuersis vicinis et conmetaneis nostris ad facies predictarum possessionum conuocatis distinccionibus dictarum metarum tam ab ipsis vicinis quam iaxta series et continencias duorum priuilegiorum condam domini Bele felicis recordacionis pyssimi Regis hungarie pro utrisque partibus olym emanatorum cursus dictarum metarum in se continencium per nos ac per ipsum magistrum philipum in faciebus prescriptarum possessionum in specie exhibitorum fideliter et conscienciose requisitis et rescitis cum ipso magistro philipo super omnibus factis et specialiter super facto ipsarum metarum ad plene et perpetue pacis deuenimus vnionem ipsas metas Juxta series et continencias eorundem duorum priuilegiorum hoc ordine Jure perpetuo et irreuocabiliter distingendo, quod incipiendo a lacu Kas vocato qui procedit a longo ponte Vysunthida dicto penes villam ipsius magistri philipi Babarini vocatam habitam vadit ad partem septentrionalem directe inter duo stagna ad magnam viam que ducit ad villam Verosyn vbi sunt mete terree, ab inde ad eandem plagam eundo directe per siluas et rubos Kercinos peruenit et descendit ad quendam meatum aque Strusicha alio nomine Bleza vocatum per quam uadit infra donec descendet et cadet in lacum Medues nominatum in vicinitate possessionum nobilium de Zabo Itaque possessiones apparte orientali habite nobis, possessiones uero aparte occidentali existentes predicto magistro philipo et eius posteris sicut ab antiquo dignosscuntur in perpetuum possidende remanebunt pleno Jure datum in Bonahida Crasso sexta feria ante dominicam Inuocauit, Anno domini M° CCC° duodecimo.

Függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 693. 3. Közli: Óváry L.

231.

1312. febr. 16. A nagyváradi káptalan Kopoz nádor kikülde-tése folytán, a magtalanúl elhalt Mike fiának Péternek Kulch, Vetés és Olcha nevü birtokaiba Zunga Pétert, Ördög Andrást és Endus fiát Györgyöt (a gr. Károlyi család öseit) beiktatja.

Nos Capitulum ecclesie varadiensis damus pro memoria quod litteras Koboz (így) palatini recepimus in hec uerba. Viris discretis et honestis amicis suis reuerendis Capitulo Waradiensi Kopoz palatinus amicicie debitum. Dicunt nobis magister petrus filius petri et Andreas dictus Vrdung, ac Georgius filius Endus quod ipsi essent proximi et heredes Andree filij Myke, et possessiones ipsius Andree pocius ipsos contingerent, quam alios, verumtamen scimus alios esse plurimos coheredes Andree prenotati, quocirca probitati vestre mandamus, quatenus detis, testimonium vestrum coram quo Abraham de Gysscei homo noster possessiones predicti Andree Kulch et vetes ac Olcha vocatas et alias statuant ipsis magistris petro et Andree ac Georgio, si ipsos predicte possessiones pocius contingunt, et eisdem non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint ad nostram presenciam euocentur iuris ordine obseruato. Item si nobiles domine relicte Myke et Andree super dote ipsarum et rebus paraffernalibus concordare poterint, cum proximis suis prenotatis, bene quidem, si uero ipsarum dotes persoluende fuerint, extunc unacum homine nostro, et homine quatuor Judicum nobilium de Comitatu Zatmariensi, presente uestro testimonio terminum solucionis asignetur (így), ad res totales persoluendas, et post hec tocius facti seriem nobis in uestris litteris rescribatis. Datum in adryan sabbato proximo ante dominicam Circumdederunt. Nos uero peticioni eiusdem palatini annuentes cum homine suo predicto Ladislaum sacerdotem de choro ecclesie nostre cappellanum altaris beati Regis Ladislai, de Ecclesia cathedrali pro testimonio transmisimus qui quidem homo palatini cum eodem nostro testimonio ad nos rediens nobis dixit, quod possessiones predicti Andree Iljekolchya uocatam in qua relicta dicti Andree residebat, et

aliam Eghazaskolchya dictam statuissent petro dicto Zunga filio petri filii Symonis, Andree dicto Vrdung, et Georgio filio Endus prefatis, nullo contradictore existente, de quibus eidem domine dicti nobiles soluent quinquaginta marcas, racione dotis et rerum parafernalium ex quibus viginti sex marcas idem homo palatini et noster coram ipsis dixerunt fuisse eidem domine persolutas, residuas uero uiginti quatuor marcas, partim in denarijs et partim in estimacione condigna persoluent secundum tenorem litterarum petri plebani de Zatmar et quatuor Judicum nobilium de eodem Comitatu possessionem eciam ipsius Andree vetes vocatam in qua domina mater dicti Andree residebat ut dixerunt similiter nullo contradictore apparente, statuissent predictis petro Zunga, Andree Vrdung et Georgio filio Endus, cui eciam domine ydem petrus, Andreas et Georgius soluent pro dote sua et rebus paraffernalibus quinquaginta marcas, partim in denarijs et partim in estimacione condigna coram nobis in terminis infrascriptis, videlicet sedecim marcas in dominica Ramis palmarum nunc uentura. Item decem et septem marcas in festo beati Georgij residuas uero decem et septem marcas feria quarta proxima post festum penthecostis consequenter, si primum terminum omiserint iudicium, si secundum penam dupli incursuri et si tercium preterierint amittent pecuniam prius persolutam. Curiam eciam seu mansionem in qua eadem domina commorata fuit eidem ad uitam suam si uoluntati eiusdem placuerit ibi commorari concessissent, hoc expresso, quod usque ad totalem . . . . . nem dotis et rerum paraffernalium predictarum ipsa domina dictam possessionem vetes obtinebit, fructus et vtilitates eiusdem percipiet, Et Tum ad possessionem eiusdem Andree Olcha uocatam accedere voluissent officialis magistri Beke de Sumuszeg eidem in occursum ueniens dixisset, quod licet ipsa possessio ipsis petro Andree et Georgio plusquam alijs pertineat et eorum sit, sed ipsum magistrum Beke dictis (igy) constituisset iudicem in eadem, et propter hoc eosdem non intromisisset ad eandem hoc eciam adiecto quod eadem domina mater Andree antedicti litteras seu priuilegia super predictis possessionibus habita et confecta si quas uel que habuerit in ultimo solucionis termino restituere coram nobis tenebitur

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 264 von 696

nobilibus prenotatis: Datum in octaua Cynerum Anno M° CCC° duodecimo,

Zárlatán monorú pecsét nyomaival; eredetije a gr. Károlyi cs. lvtb. 14. 1. Magyar kivonatát Szirmay után adja Fejér, i. m. VIII. 5. 84. és 85. Közli: Kovács N.

232.

1312. febr. 25. A pozsonyi káptalan előtt Szentandrási András comes leányai leánynegyedi illetőségükre nézve fivérük által valókielégíttetésöket nyílvánítják.

Vniuersis $\overset{i}{X}$ fidelibus presentes literas inspecturis Capitulum ecclesie Posoniensis salutem in domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod domina Margareta filia comitis Andree filij Lacus de sancto Andrea uxor Michaelis filij Jacobi de Dobrogoz sicut dixit pro se et pro sorore sua domina Sung ex vna parte, Petrus filius Johannis similiter filij Lacus ex altera coram nobis constituti sunt confessi quod licet mota fuisset materia quescionis inter ipsos super triginta iugeribus terrarum quas idem comes Andreas dictis filiabus suis racione quarte paternalis olym donasset et tradidisset, et diu fuissent altercati tamen ad ultimum mediantibus probis uiris in talem pacis concordiam deuenissent, quod idem Johannes dicta triginta iugera a prenominatis dominabus pro triginta pensis denariorum plene persolutis redemisset perpetuo et inreuocabiliter possidenda et sic eadem domina Margareta dictum Johannem racione predicte quarte reddidit omnino expeditum, in cuius rei testimonium nostras concessimus literas nostri sigilli appensione communitas datum in festo sancti Mathie apostoli anno domini Millesimo trecentesimo, duodecimo.

Vörös és fehér selyem zsinóron függő pecséttel s metszett betükkel; eredetije a pozsonyi kápt. lvtban. 14. 17. 49.

233.

1312. mart 10. László pécsi prépost s a káptalan, Vasszegi Domokos comes kérésére a káptalannak 1248-ki Csabavár és Sépse puszták iránt kiadott oklevelét átírja.

Datum per manus petri lectoris quinqueecclesiensis, datum die veneris proximo ante dominicam qua cantatur Iudica Anno domini M° CCC° duodecimo Nikolao cantore Laurencio custode Nicolao decano ceterisque quam pluribus ibidem deo devote famulantibus.

Eredetije az orsz. lvt. kincstári oszt. N. R. 497. 28. A pécsi káptalannak 1248-kioklevelét l. Árp. Uj Okmánytár VII. 274. l. Közli: Óváry L.

234.

1312. mart. 31. A budafelhévizi convent előtt Becsei Imre a Budafelhévizen zálogban bírt curiára Miklós Buda külvárosi lakosnak fölülfizetést ad.

Nos frater petrus prior et Conuentus Cruciferorum ecclesie sancte Trinitatis de Calidis aquis damus pro memoria quod magister Nicolaus filius magistri Andree hospitis de suburbio Castri Budensis pro se et domina consorte sua ex una parte Andreas filius Pouka seruiens Emericy de Bechey pro eodem Emerico domino suo ex altera coram nobis personaliter constituti ydem magister Nicolaus et domina consors sua situm curie sue cum omnibus edificijs suis in eisdem Calidis aquis existentem quem primitus mediantibus prioribus litteris nostris eidem Emerico pignori obligauerant nunc vnam marcam ab eodem Andrea uice et nomine eiusdem Emericy domini sui persoluenti super eadem situm curie et edificia in eadem existencia receperunt coram nobis. Ita quod quoadusque de presenti exercitu domini regis idem Emericus ad domum suam non reuertitur nec Idem magister Nicolaus nec domina consors sua dictum situm curie sue cum omnibus edificijs eius si alycui alteri inpignorare vel uendicioni exponere uellent, non possent nec deberent prout assumpserunt coram nobis.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 266 von 696

datum feria sexta proxima post festum passce domini. Anno eiusdem M° CCC° duodecimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 860. 4. Közli: Óváry L.

235.

1312. Vienne, apr. 3. V. Kelemen pápa a győri püspök által a borsmonostori apátságtól elidegenített javakat visszavétetni rendeli.

Clemens episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri. Episcopo Jauriensi salutem et apostolicam benediccionem Ad audienciam nostram peruenit quod tam dilecti filij. Abbas et Conuentus Monasterij sancte Marie de Kedhel Cisterciensis ordinis Jauriensis diocesis quam predecessores eorum decimas terras domos vineas possessiones prata pascua nemora molendina redditus iura iurisdicciones et quedam alia bona ipsius monasterij datis super hoc litteris confectis exinde publicis instrumentis iuramentis interpositis factis renunciacionibus et penis adiectis in grauem ipsius Monasterij lesionem nonnullis clericis et laicis aliquibus eorum ad uitam quibusdam uero ad non modicum tempus et alijs perpetuo ad firmam uel sub censu annuo concesserunt quorum aliqui dicuntur super hys in communi forma a sede apostolica confirmacionis litteras impetrasse. Quia uero nostram interest super hoc de oportuno remedio prouidere fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus ea que de bonis ipsius Monasterij per concessiones huiusmodi alienata inueneris illicite uel distracta. non obstantibus litteris instrumentis iuramentis renunciacionibus penis et confirmacionibus supradictis ad ius et proprietatem eiusdem monasterij legitime reuocare procures. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo. Testes autem qui fuerint nominati si se gracia odio vel timore subtraxerint censura simili appellacione cessante compellat ueritati testimonium perhibere. Datum Vienne III. Nonas aprilis pontificatus nostri anno septimo.

Spárgán függő ólompecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincs. oszt. Ecclesiastica, 28. 50. Közli: Óváry L.

236.

1312. apr. 6. I. Károly király Szepesi Peryn mester kérésére III. Endre királynak a szepesi várhoz tartozott Sigra földtér adományozásáról szóló 1293-ki oklevelét átírja és megerősíti.

Datum per manus discreti viri magistri Johannis prepositi albensis ecclesie Aule nostre vicecancellarij dilecti et fidelis nostri. Anno domini Millesimo trecentesimo duodecimo. Octauo Idus aprilis Regni autem similiter Anno duodecimo.

Függő csonka pecséttel ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 620. 42. III-ik Ende királynak föntérintett oklevelét l. Fejér i. m. VI. I. 247. l. Közli : Óváry L.

237.

1312. apr. 10. I. Károly király Pyhuhe földtért Pethene fiának Péternek adományozza.

Karolus dei gracia hungarie dalmacie croacie Rame seruie Gallicie Lodomerie comanie Bulgarieque Rex. Vniuersis xpi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore Regalis excellencia male meritos gladio sue maiestatis conterere consueuit, benemeritos autem et fideliter sibi famulantes dignis remuneracionibus adesse properat celeriter, ut alij exemplo eorum informati iram Regie maiestatis formident et discant seruire domino eorum maturali (így) proinde ad uniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie uolumus peruenire. Quod nos considerantes fidelitates et seruicia meritoria magistri petri filij pethunye dilecti nostri et fidelis, que nobis cum feruore fidelitatis alacriter exhibuit et impendit. Intercetera cum magistri Johannes et Nicolaus, dauid et ladizlaus, filij Omodei palatini vnacum dyonisio et Nicolao filijs Irozlow, ladislao et Jacobo filijs Nikolai iamdicti, lukach et dominico filijs Vte contra nostram maiestatem procedebant et ad deuastandum hospites nostros de potok dicti filij Omodei accessissent, magister petrus memoratus insurgendo nostris cum fidelibus pro nostra maiestate contra ipsos viriliter dimi-

casset, vbi idem magister petrus in Equis, armis et in alijs rerum periculis dampnum ad valorem centum marcarum incurrisset, nec formidans se exponere fortune casibus, pro nostra excellencia in eodem conflictu, letale vulnus recepit super se et quosdam de seruientibus eius dicti filij Omodei palatini et socij eorundem nominati, letalibus vulneribus sauciassent necnon dicti filij Irozlaw Ladislaus et Jacobus, ac filij Vte prescripti, tunc cum magister Nicolaus predictus quandam possessionem ipsius magistri petri Zeech vocatam combussisset et destruxisset, ac domum ipsius magistri petri confregisset, vbi videlicet domina consors sua personaliter adhesysset, ydem filij Irozlou filij Nicolai et filij Vte iam prefati huic destruccioni, combuscioni et rerum ablacioni personaliter interfuissent, et quendam cognatum dicti magistri petri petrum nomine ibidem interfecissent, ecclesiam dicti magistri petri in eadem Zeech edificatam filij Irozlou filij Nicolay et filij Vte confrangentes, omnia bona in eadem inuenta penitus aufferendo, in qua videlicet destruccione combuscione et rerum ablacione dampnum ad valorem mille marcarum incurrisset magister petrus superius nominatus. Et alia quamplurima nocumenta dicti fily Irozlou, filij Nicolay ac filij Vte sepedicto magistro petro inferendo que omnia supradicta per ueridicas relaciones constiterunt nobis euidenter, preterea cum nos castrum nostrum de Saarus vnacum prelatis Baronibus et nobilibus Regni nostri nobis fidelibus restitui petiuissemus, ydem filij Irozlou filij Nicolai ac filij vte vnacum magistro herrico filio Rykolfy se in ipsum castrum includentes, contra nostram excellenciam astiterunt totis viribus et pro posse, licet igitur sepedictus magister petrus respectum (így) suorum fidelitatum et seruiciorum meritum premissorum que per singula longum esset enarrare, suo modo et presentibus inseri tediosum multo plura et pociora habere mereatur in futurum. Tamen ad presens in aliqualem reconpensacionem suorum seruiciorum prescriptorum quandam possessionem filiorum Irozlou et proximorum suorum supradictorum pyhuhe vocatam auferendo ab eisdem pro suis infidelitatibus sepedicto magistro petro et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs eius vniuersis dedimus donauimus et con-

tulimus Jure perpetuo et irreuocabiliter possidendam tenendam et habendam. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas magistro petro supradicto, datum per manus discreti viri magistri Johannis prepositi Albensis ecclesie Aule nostre vicecancellarij dilecti et fidelis nostri. Anno domini Millesimo CCC° duodecimo, quarto Idus Aprilis, Regni autem nostri similiter Anno duodecimo.

Zsigmond királynak 1388-ki átiratából, melynek eredetije az orsz. lvtár. kincst. oszt. N. R. 814. 1. Közli: Óváry L.

238.

1312. Sárosvára alatt, máj. 9. I. Károly király Péter fiait Pétert és Lukácsot, kik a Kopoz nádor által tartott Újvár és Zemplén vármegyei közgyülésekre megidéztettek és meg nem jelentek, összes javaiktól megfosztatni rendeli.

Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis vniuersis nobilibus et innobilibus in comitatu de Wyuar existentibus, Salutem et graciam plenam cum dileccione Regie maiestati congruit vt fideles suos premiorum antidoto et honorum ditet et sublimet, infideles autem fauorabiliter ad se reuocet, benignam et moderatam correccionem eis inponendo, qui autem huiusmodi reuocacioni se opposuerint, regie indignacionis detrimentum merito formidabunt. Hinc est, cum magnificus vir, dilectus et fidelis noster kopoz palatinus, congregacionem generalem cum vniuersis nobilibus et innobilibus in comitatibus de Wyuar et Zemlyn constitutis, ex uoluntate nostra et precepto, primo subtus Cassam, Secundo sub Castro Sarus celebrasset, ac liberum accessum et recessum, de eadem, tam iustis quam nociuis concessissemus. Petrus et Lukas filij petri, ad primam congregacionem nec personaliter venerunt, nec aliquem pro se destinarunt, ad secundam autem, per nostrum nuncium, ac prenotati palatini, et domini Stephani Episcopi Vesprimiensis auleque domine Regine Cancellarii, nec non per hominem magistri Ihonis, aliorumque filiorum Omodei palatini vocati, et ad nostram presenciam uenire personaliter, nec ho-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 270 von 696

minem destinare procurarunt, ac super ablacione castri magistri Alexandri de Lypolch, per eosdem illata, ac dampno Quingentarum per ipsos sibi irrogato marcarum non comparuerunt ad respondendum, per ipsum magistrum Alexandrum in qualibet congregacione octo diebus continuis expectati, quam quidem ablacionem castri et dampnum nominatum, per ipsos petrum et Lukachium, esse factam indebite vniuersi homines dictarum prouinciarum affirmarunt, in congregacionibus prenotatis. Vnde cum ydem petrus et Luk (így) tam contumaciter sub nota infidelitatis nostre celsitudini se opponant, ad condempnacionem personalem, et amissionem possessionem (így) eorum ipsos deputamus. Nichilominus per quodlibet forum prouincie, volumus fieri proclamatum ipsorum infidelitatis meritum, in affliccionem eorum deuolutum. Superquo vniuersitati uestre fidelitatis firmiter precipiendo mandamus per presentes, quatenus nullus uester, consilium nec auxilium personaliter per hominem uel aliquem fauorem dictis petro et Luk, facere presumpmat clam uel manifeste si quem uero fautorem eorum uel consiliatorem esse perceperimus, eadem condempnacione infidelitatis ipsum puniemus. Datum sub Castro Sarus tercia feria proxima ante festum Penthecostes. Anno domini M° CCC° duodecimo.

Hátlapján a nagy felségi pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 22. 62.

239.

1312. Sár, jun. 4. Miklós tárnok, András Comes fiait Lászlót és Dénest, Zindafölde birtokban megerősíti.

Nos Nicolaus magister thauarnicorum domini Regis memorie commendamus vniuersis, quod cum nos ad reambulandam terram Zyndafeldi vocatam, ad capitulum ferreicastri, cum dominico de Zelche homine nostro, nostras litteras misissemus, idem capitulum nobis rescripsit in hunc modum. Nobili viro et honesto Nicolao magistro tauarnicorum domini regis capitulum ecclesie beati Michaelis de castroferreo inclinacionem et oraciones in domino. Juxta tenorem litterarum uēstrarum quas recepimus vnum ex nobis cum do-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 271 von 696

minico de Zelche homine uestro transmisimus coram quo idem dominicus reambulauit terram seu possessionem Zyndafeldi vocatam, coram commetaneis et vicinis et quia nullus de ipsis prohibicionem fecit statuerunt ipsam possessionem Ladislao et dyonisio filijs comitis Andree, et idem commetanei sunt confessi quod illa possessio fuerit Ladislai et dyonisi predictorum. Datum in Octauis beati dominici confessoris. Nos uero inspectis litteris suprascriptis quia nullus ipsis prohibicionem fecit, presentes nostri sigilli munimine confirmamus, super possessione annotota. Datum in Sar vicesimo secundo die pentecostes, Anno domini M° CCC° XII°.

Hátlapján gömbölyű pecsét nyomaival; eredetije, Keszthelyen a gróf Festetics cs. lvtban, »Ignota Miscellanea« 24.

240.

1312. jun. 11. A pozsonyi káptalan előtt Légi Lukács özvegye az anyjának járó leánynegyedre nézve János és Mikolin fiai által kielégíttetik.

Vniuersis xi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie Posoniensis. Salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire. Quod domina Genit filia kyech de Ilka, relicta Lucach de Leeg, ab vna parte. Andrea filio Mykolin et Petro filio Johannis, prose et pro fratre suo Fabiano, ab altera coram nobis personaliter constitutis sunt confessi oraculo viueuocis, quod licet mota fuisset materia quescionis inter ipsos super dote et dotalicijs matris eiusdem domine Genit et quarta sua paternali ipsam de iure contingente, sicut dixerunt, et sic interse aliqualiter fuissent altercati ad ultimum tamen mediantibus probis viris in talem pacis vnionem deuenissent, quod antedicta domina Genit, tam racione dotis matris sue, quam pro quarta sua paternali, viginti pensas denariorum Wiennensium plene ab eisdem recepisse, est confessa, et sic eosdem Petrum, et Andream, ac Fabianum, et per ipsos suos heredes heredumque suorum successores racione predicte dotis, et quarte, reddidit liberos et omnino expeditos. Obligando se quod

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 272 von 696

quicunque processu temporum, Andream, Petrum, et Fabianum sepedictos, aut filios filiorum suorum, racione dicte dotis, et quarte uellent molestare, extunc eadem domina Genit teneretur expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beati Barnabe Apostoli. Anno domini M° CCC° XII°.

Vörös és sárga czérnán függő pecséttel; eredetije a pozsonyi kápt. lvtban. 14. L. 11.

241.

1312. Sárospatak, jul. 1. I. Károly király Merse fia Benedek fiainak Kajáta birtokot adományozza.

Nos Karolus dei gracia Rex hungarie memorie conmendantes significamus quibus expedit presencium per tenorem vniuersis, quod nos propter fidelitates et seruicia merita magistrorum Nicolay et petri filiorum Benedicti filij Merse quas nobis in diuersis negocijs nostris fideliter inpenderunt et maxime cum nos castrum nostrum Sarus vocatum quod magister demetrius filius Nicolay contra nostram detinebat maiestatem fidelitatis opera demonstrarunt demum cum filij Omodey palatini et magister demetrius prenominatus potenciam Mathei palatini super nos adduxissent conflictum cum eisdem in Ruzgun habuissemus et in ipso nostro conflicto dicti filij Benedicti cum effusione sanguinum eorum nobis seruierunt viriliter dimicando, et quia prefati filij Benedicti nominatos filios Omodei ad nostram presenciam legitime citauissent et racione possessionis eorum Kayata vocate agere uoluissent contra ipsos, dicti filii Omodei de presencia nostra adicta causa furtiue recesserunt. Et postmodum conflictum vt premisimus nobiscum habuerunt. Vnde nos respectis seruiciorum prefatorum filiorum Benedicti prefatam possessionem filiorum Benedicti (így) prefatam possessionem Kayata uocatam quiadicti filij Omodei huiusmodi infidelitates contra nostram maiestatem demonstrarunt vt premisimus et de Judicio furtiue recesserunt, dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo et irreuocabiliter

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 273 von 696

possidendam, tenendam et habendam. In cuius rei memoriam presentes nostras concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in potok in octauis natiuitatis beati Johannis babtiste. (így) Anno domini M° CCC° duodecimo, et cum presentes nobis fuerint reportate in formam nostri priuilegij redigi faciemus.

I. Károly király évnélküli megerősítő okleveléből, melynek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 627. 33. Közli : Óváry L.

242.

1312. jul. 4. A pécsi káptalan előtt Lessi Leus Bodméri Miklóst megsebzéséért kielégíti.

Nos capitulum quinqueecclesiense memorie commendantes quod cum secundum continenciam priorum litterarum nostrarum memorialium Leus filius leus filij Ambrosi de leus viginti marcas cum quinque pensis partim in denarijs partim in estimacione condigna in terminis infrascriptis Nikolao filio Benedicti de Budmer pro uulneribus memorati Nicolai per predictum leus illatis medietatem predicte pecunie videlicet decem marcas in octauis natiuitatis beati Johannis baptiste proxime preteritis, alias uero decem marcas in octauis natiuitatis beate virginis gloriose coram nobis soluere debuisset, Adueniente predicto termino videlicet natiuitatis beati Johannis baptiste memoratus Leus predictas viginti marcas pro bono pacis Nicolao in predicto termino soluit ex integro coram nobis, quemadmodum tenebatur, super quibus idem leus extitit expeditus, obligauit eciam se idem Nicolaus, quod si a modo processu temporis ipse aut sui heredes predictum leus et suos successores racione predictorum uulnerum in litem traheret uel aliqualiter molestare niteretur, memorato leus uel suis successoribus ante litis ingressum et absque strepitu iudicis viginti marcas soluere teneatur, datum in octauis beati Ladizlai Regis et confessoris. Anno domini M° CCC° duodecimo.

Zárlatán pecsét nyomaival ; eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 1505. 21. Közli : Óváry L.

243.

1312. Sárospatak, jul. 6. I. Károly király Kozma fiának a hűtlen Jánosnak a Hernád vize melletti Abauj vármegyei Gradna nevű birtokát az Aba nemzetségből való Nekchei Sándor comesnek adományozza.

Nos Karolus dei gracia Rex hungarie, significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem. Quod nobilis vir magister Alexander filius Comitis Alexandri de Nekche generis Aba, dilectus et fidelis noster in nostre celsitudinis constitutus presencia suas fidelitates multiplices et meritoria seruicia nostre serenitati indefesse exhibita declarans et exponens quandam possessionem Gradna uocatam circa fluuium harnad in comitatu de Vyuar existentem nostre collacioni de iure pertinentem, possessionem videlicet Johannis filij Cosme quam nos propter notam manifeste infidelitatis ipsius Johannis ab ipso tanquam ab infideli nostro speciali abstulimus, cum tributo videlicet et alijs suis omnibus vtilitatibus ac pertinencijs vniuersis perpetuo sibi dari et conferri postulauit. Nos igitur auditis suis peticionibus seriemque suorum fidelium serviciorum nostra deliberacione librantes que singulariter prolixum esset recitare sed quedam de suis gestis fidelibus cum eo toto breuiter enarremus primum cum diuina annuente clemencia serenissimum culmen regiminis ungarici gubernandum in etate puerili accessissemus, idem magister Alexander se et sua cum sumpme fidelitatis tytulo exponens in nostris arduis negocijs prosperis euentibus et aduersis nostro lateri adherere iugiter procurauit, et specialiter dum Rex boemie ex nephanda conspiracione et instinctu scelerato quorundam infidelium Baronum regni nostri, ad depressionem nostre excellencie regnum nostrum adierat, idem magister Alexander dubijs fortune casibus se submittens laudabiliter dimicauit demum cum eundem Regem in regnum suum persecuti fuissemus, idem magister Alexander in expugnacione castrorum letalibus cruentatus wlneribus in nostre regie maiestatis aspectu militauit euidenter. Ceterum dum contra demetrium filium nicolai infidelem nostrum et

multitudinem exercitus Mathei de Trynchun necnon contra Johannem et Nicolaum ceterosque filios Omodei ac coinfideles sev complices eorundem prope Cassam conflictum habuissemus, vbi diuina opitulante gracia uictoriam obtinuimus triumphalem ibi eciam prefixus Johannes filius Cosme nequiciam hostilem infidelitati sue continuans, sagitas suas in eodem certamine contra nostram maiestatem atrociter lentauit et obiecit, sepedictus autem magister alexander contra infidelium nostrorum acies inter suos sodales uiriliter ac crudeliter potentique manu frequenter dimicans, quod certum est per hungariam nullus egens inquisicionis inter emeritos fide et merito est iustissime computatus, qui eciam quampluries de manu mortis in conflictibus pro nostra maiestate, quociens quasi de medio ignis et aque euaserit, si recitare uellemus, tempus prius posset deficere quam facultas. Licet enim pretitulatus magister Alexander uberiori regie nostre dileccionis libamine (így) et maioris premii antidoto insigniri mereatur, tamen ad presens in signum maioris nostre dileccionis, eandem possessionem Gradna uocatam, a iamdicto Johanne et suis successoris pro suis premissis infidelitatibus in perpetuum auferentes, prefato magistro Alexandro pro suis meritis seruicijs et fidelitatibus multimodis, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus cum tributo quod in eadem villa ab antiquo exigi consueuit, et alijs utilitatibus quibuslibet seu pertinencijs vniuersis sub eisdem metis et terminis quibus per iamdictum Johannem possessa extitisset, ex regia dileccione dedimus donauimus et contulimus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam et habendam. Datum in Potak in octauis apostolorum petri et pauli beatorum. Anno domini M° CCC° duodecimo, presentes autem quandocunque fuerint reportate in formam nostri priuilegii redigi faciemus.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 16. 2. Közli: Óváry L.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 276 von 696

244.

1312. Sárospatak, jul. 16. I. Károly király az újhelyi remete szerzetet jogaiban s a király elődei által adományozott birtokokban megerősíti.

Nos K. dei gracia Rex hungarie significamus quibus expedit uniuersis per presentes. Quod nos ob salutem et remedium anime nostre, uolentes fratres heremitas in ecclesia beati Egidij in Wyhel deo famulantes in eorum iuribus conseruare, terras et molendina per inclitos Reges hungarie Belam Stephanum et Andream eisdem collata confirmamus eorum usui perpetuo conferendo et empciones terrarum seu donaciones vinearum, quas a populis ville Wyhel precio comparauerunt, ratificamus, et auctoritate presencium confirmamus. Datum in pothaak secundo die festiuitatis diuisionis apostolorum. Anno Domini M° CCC° decimo secundo.

Hátlapján pecsétmaradványnyal; eredetije az orsz. lvtb. kincst. oszt. Paulinorum Ujhely, 1. 1. Közli: Óváry L.

245.

1312. jul. 29. I. Károly király a Csanád nemzetségből való Miklós mesternek, a Trencsini Csák Máté ellen Kassa mellett vívott ütközetben tanusított vitézségéért, a Biharvármegyei Telegd helységben vámot adományoz.

Karolus dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Rex Omnibus christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore Licet Regia sublimitas cunctorum sibi fideliter famulancium merita graciose debeat intueri Illostamen quorum experta probitas laudata est in prosperis debet prosequi munificencia largiori, Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire Quod magister Nicolaus filius Thome de genere Chanad dilectus et fidelis noster Ad nostre serenitatis accedendo pre-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 277 von 696

senciam, et sue fidelitatis seruicia multimoda nostre maiestati impensa proponens et declarans. In quadam villa sua Thelegd vocata in Comitatu Bihariensi existenti Tributum a nostra Regia maiestate postulauit. Nos itaque consideratis fidelitatibus et seruiciorum preclaris meritis, eiusdem Magistri Nicolai quibus nobis multipliciter studuit complacere et se vtique reddere graciosum et specialiter aduertentes quod quando cum Matheo de Trinchinio infidele nostro circa fluuium Tarcha prope nostram Ciuitatem Cassa pugnam commisissemus. Idem Magister Nicolaus viriliter et manifeste dimicando, letaliter extitit wlneratus. In eadem villa sua Thelegd sibi in perpetuum tale Tributum de Regie benignitatis clemencia duximus conferendum, quod de singulis Curribus vacuis ad partes Transiluanas pro salibus euntibus singulos duos Banales, et de oneratis salibus de eisdem partibus redeuntibus, similiter duos Banales et quatuor sales Item de quolibet Curru onerato qui wlgo Masa dicitur singulos fertones Item de pecia panni de Ippri duo pondera Item de pecia panni Dorni vnum pondus Item de pecia panni de Hay, dimidium pondus Item de Tunella vini vnum pondus Item de vno equo vnum pondus venali et de vno boue vnum Banalem Item de duobos minoribus animalibus vnum denarium Ipse Magister Nicolaus et sui heredes heredumque suorum successores in perpetuum habeant pro tributo exigendi facultatem In cuis rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis Sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus viri discreti Magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi Aule nostre vicecancellarij et Archidiaconi de kykewlew, dilecti et fidelis nostri Anno domini Millesimo trecentesimo duodecimo, quarto kalendas Augusti, Regni autem nostri Anno similiter duodecimo.

I. Lajos király 1357-diki megerősítő leveléből, melyet 1398-ban Zsigmond király, I. Mátyás király pedig 1475-ben átírt és megerősített; ezen utóbbinak eredetije az Erd. Muzeumban. Közli: Szabó Károly.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 278 von 696

246.

1312. aug. 1. A nyitrai káptalan előtt Korosi Balás fiai Berencs Nyitra vármegyei birtokukat Bogár fiának Mártonnak elörökítik.

Conuentus Cruciferorum Domus Hospitalis Ecclesie Sancti Regis Stephani de Strigonio. Omnibus Christi fidelibus, presentem paginam intuentibus Salutem in eo qui est omnium vera salus. Ad uniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire: quod magister Martinus filius Bugar ab una, Belez Johannes et Ladislaus filii Balasey nobiles de Koros parte ex altera. Coram nobis personaliter constituti: Idem Belez Johannes et Ladislaus oraculo uive vocis sunt confessi, quod quasdam terras seu possessiones videlicet porciones eorundem de terra Berench in Comitatu Nitriensi circa fluuium Nitrie existentes cum omnibus utilitatibus et pertinenciis prefato magistro Martino, et per ipsum suis heredibus heredumque suorum successoribus pro quadraginta marcis argenti mercimonialis plene habitis et receptis uendidisse dedisse, statuisse et assignasse iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas tenendas et habendas. Nullum ius seu dominium in eisdem pro se obseruantes. Litteras ipsorum universas in facto predictarum terrarum quouis modo emanatas cassas esse relinquentes; et si aliquas de eisdem apud se reservarent, et ipsi vel ipsorum posteritates contra ipsum magistrum Martinum et suos heredes processu temporum in lucem exhiberent, penitus careant viribus firmitatis. Obligantes se quod nullam litem contra ipsum magistrum Martinum et suos heredes super facto predictarum terrarum nec ipsi nec ipsorum posteritates processu temporum mouere intenderent nam si ipsi vel ipsorum heredes quod absit, ausu temerario quescionem aliquam excitare conerentur contra ipsum magistrum Martinum et suos heredes ante litis ingressum sine iudicis prouocacione in grauamine quinquaginta marcaram incidant eo facto insuper tam per se, quam per suos firmiter assumpmentes prefatum magistrum Martinum et suos posteritates in dictis terris seu possessionibus modo pre-

misso uenditis pacifice tenere et conseruare, nec non ab omnibus racione dictarum terrarum seu possessionum molestare uolentibus propriis ipsorum laboribus liberare et expensis expedire. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instanciam et peticionem (így) presentes nostras Litteras priuilegiales sigilli nostri duximus munimine concedendas. Datum in Octauis Beati Jacobi Apostoli Anno Domini Millesimo Trecentesimo duodecimo.

Eredetije a nyitrai káptalan ltban.

247.

1312. aug. 6. I. Károly király Csana és Jakab fiainak kilizznei Szabolcsvármegyei birtokát Tolcsvai Uzának adományozza.

Karolus dei gracia hungarie dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex, omnibus xpi fidelibus presens scriptum inspecturis, salutem in omnium saluatore, pro officio suscepti regiminis debet Regia celsitudo suorum subiectorum fidelitatibus et obsequijs respondere graciose, vt ipsorum exemplo reliqui ad fidelitatis opera exercenda, et Regia vestigia prosequenda deuotius inuitentur, proinde ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod nos consideratis fidelitatibus et seruiciorum meritis magistri Wza filij Wz de Tolchowa dilecti et fidelis compatris nostri que nobis in diuersis negocijs et agendis nostris oportunis cum feruore sumpme fidelitatis alacriter et indefesse exhibuit et inpendit, volentes ipsius seruicijs meritorijs nobis exhibitis remunerare et reconpensare regio cum fauore, licet a nobis respectu seruiciorum eiusdem prescriptorum multo plura in futurum habere mereatur, tamen ad presens in aliqualem reconpensacionem et nostre dileccionis indicium, quandam possessionem Gegmeni et Jacobi filiorum Jacobi, ac Benedicti filij Chana sine heredibus decedencium Kylyzneu vocatam, in comitatu Zobouch existentem, sitam in medio possessionum eorundem, ad nostras manus de iure deuolutam, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis vniuersis

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 280 von 696

ac cum vineis sub eisdem metis et terminis quibus per predictos Gegminum Jacobum et Benedictum habita extitit et possessa dedimus donauimus et contulimus predicto magistro Wza et Jacobo filio eiusdem, spirituali filio nostro karissimo, perpetuo et irreuocabiliter possidendam ac per eosdem ipsorum heredibus heredumque suorum inposterum successoribus tenendam pariter et habendam. Vt autem huius nostre collacionis et donacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, nec lapsu temporum per quemquam valeat in irritum reuocari, nostras presentes litteras privilegiales ipsis Magistro Wza et Jacobo filio eiusdem, dari fecimus, dupplicis sigilli nostri appensione et munimine roboratas, datum per manus discreti viri magistri Johannis prepositi ecclesie Albensis, Aule nostre vicecancellarij dilecti et fidelis nostri VIII. Idus. Augusty Anno domini M° CCC° duodecimo. Regni autem nostri Anno similiter duodecimo.

Sárga selyem zsinóron függő tört pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 946. 1. Közli: Óváry L.

248.

1312. Kassa mellett, aug. 10. I. Károly király figyelembe véve az Aba nemzetségből való Lipolthi Sándor hü szolgálatait, a sárosi királyi pusztán lévő megyesi erdöt neki adományozza.

Nos Karolus dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes significamus, quibus expedit uniuersis, presencium per tenorem. Quod consideratis fidelitatibus et servicijs magistri Alexandri filij Alexandri de Lypolch Generis Aba dilecti et fidelis nostri, que seruicia in diversis negociorum nostrorum articulis (l. a többit Fejér i. m. VIII. 1. 433. l. e szavakig »virtuose dimicavit«).

Nos igitur suis fidelitatibus et seruicijs regia cum dilecccione respondere cupientes, ac presens nostra donacio respectu suorum serviciorum licet modica esse uideatur, tamen quia uberioribus nostris prouisionibus intendimus ipsum diligere in futurum, hanc donacionem prouisionem et collacionem ex Regie deliberacionis consilio iure perpetuo duximus faciendam, quod quan-

dam particulam terre seu silue Medies uocatam de predio nostro Sarus exceptam, nostre regie collacioni pertinentem metis et terminis infrascriptis distinctam et circumdatam prout in litteris prepositi et conuentus de yazo uidimus contineri super reambulacione et restitucione eiusdem terre Medies emanatis predicto magistro Alexandro nullo penitus contradictore existente sicut in litteris dicti conuentus plenius continetur, cum omnibus utilitatibus in eadem habitis et pertinencijs predicto magistro Alexandro et suis posteris seu successoribus quibus ipse voluerit dedimus donauimus et assignauimus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam pro suis seruicijs premissis tenendam pariter et habendam, cuius quidem terre prima meta incipit a terra dicti magistri Alexandri et fratrum suorum Lypolch uocata in uertice montis Yauor ad oppositum capitis fluuij Byztra et per eundem Yauor pervenit ad commetaneitatem Sowaar in capite Sebus et per uerticem Yauor uenit ad caput feyrpotok descendendo, et per idem potok uenit ad kuzepwt, et per kuzeput peruenit ad Topl vbi commetatur terre crucifery dicte komlous et per fluuium Topl descendit usque ad terram dictam Lypolch vbi byztra cadit in Topl, ibique terminatur. Datum prope Cassam in festo beati laurencij martiris Anno domini M° CCC° duodecimo.

I. Károly királynak Budán »in octavis f. b. Michaelis Archangeli« 1312-ben kelt átiratából, melynek eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 560. 25. Közli: Óváry L.

249.

1312. aug. 23. Az esztergomi keresztesek conventje előtt a Hunt-Pázmán nemzetségből való Ders fia Miklós s több rokonai, Nyék és Hurson birtokokat a Dobak nemzetségből való Harabor fiainak örökül bevallják.

Frater Nicolaus Magister, et vniuersi fratres Conuentus Cruciferorum domus Hospitalis ecclesie Sancti Regis Stephani de Strigonio, Uniuersis presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire, Quod comes Nicolaus filius comitis ders de genere hunthpaznan no-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 282 von 696

bilis de Twr, vna cum comite Nicolao filio comitis Lamperti magni, suo proximo, qui pro se et pro petro ac Andrea fratribus suis comparuit, ac cum Andrea filio magistri demetri, qui nomine suo et vice ac nomine ders et demetrio fratribus suis, ac pro Thoma filio ders nasuti de eadem generacione hunthpaznan ab una parte, et Nicolaus, Ladizlaus et Stephanus filij harabor de genere Dobak vna cum Jacobo et petro filijs Bathur suis consanguineis et commetaneis ex altera permittentibus et consencientibus eisdem, ad nostram personaliter accedentes presenciam, idem Comes Nicolaus filius Comitis ders de genere hunthpaznan dixit et confessus est ex permissione et uoluntate prenominatorum cognatorum et proximorum ac commetaneorum et vicinorum suorum, duas possessiones suas Nyek et Hurson uocatas, cum vniuersis suis utilitatibus et pertinencijs iuxta ueteres et antiquas metas limitatas vendidisse sexaginta marcis fini argenti plene habitis et receptis prenominatis Nicolao Ladizlao et Stephano filijs Harabor de genere Dobak ac paulo et Thome filijs petri filijs fratris ipsorum et per eosdem heredibus eorumdem, heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas tenendas et habendas in nullo contradicentibus sed per omnia de beneuolencia consencientibus uolentibus et permittentibus eisdem. Insuper prefatus comes Nicolaus filius Comitis Ders de genere hunthpaznan nobilis de Twr tam perse quam per suos firmiter et sollempniter assumpsit eosdem Nicolaum Ladizlaum et Stephanum filios Harabor ac paulum et Thomam filios petri filios fratris ipsorum de genere Dobak in perpetua possessione predictarum possessionum Nyek et Hurson uocatarum ac utilitatum et pertinencium (így) earumdem ac heredes ipsorum heredumque suorum successores conseruare et ab omnibus inpetitoribus, et molestare uolentibus expedire suis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem ad peticionem et instanciam parcium predictarum presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in uigilia beati Bartolomei apostoli Anno .... Domini ..... Myllesimo .... Trecentesimo .... duodecimo.

Sárga-piros-zöld-viola színű selyemsodraton függött pecsétje elveszett; eredetije a Magy. Tud.Akadémia könyvtárában. Közli: Kovács N.

250.

1312. aug. 28. Az erdélyi káptalan előtt a Kökényes-Ranold nemzetségből való Rajnáld, Ormánd és Képestelki Szolnokvármegyei birtokait sógorának Kathyzi Péternek ajándékozza.

Capitulum ecclesie Transsiluane. Omnibus xpi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire. Quod constitutis coram nobis nobilibus viris Renoldo Comite filio Johannis de genere kukenes rodnold et magistro petro filio Mychaelis de Kathyz fratre domine consortis eiusdem comitis Renoldy, idem Comes Renoldus confessus est oraculo uiue uocis, quasdam terras seu possessiones suas ab excellentibus et Illustribus Regibus hungarie per meritoria et fidelia seruicia sua acquisitas Vrman et Kepestelek vocatas in comitatu de Zonuk existentes cum omnibus vtilitatibus suis et vniuersis pertinencijs earundem, sub eisdem metis et terminis quibus idem comes Renoldus tenuit et possedit, et per antecessores suos extiterunt limitate, et possesse ab antiquo, racione proximitatis et affectu dilecionis dedisse donasse ac contulisse, et coram nobis donauit dedit et contulit magistro petro supradicto, et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus, iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas, tenendas pacifice et habendas, obligans se insuper idem Comes Renoldus ob (így) omnibus processu temporum ipsum magistrum petrum racione dictarum terrarum Vrman et Kepesteluk vocatarum inpetere inquietare aut inpedire volentibus expedire proprijs laboribus et expensis, et in pacifica possessione dictarum terrarum indefesse conseruare. In cuius rei testimonium et robur perpetuum ad instanciam et peticionem dicti comitis Renoldy litteras nostras presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum secunda feria proxima post octauas assumpcionis beate virginis marie. Anno domini M° Trecentesimo duodecimo, Gregorio preposito, Thoma cantore, Vyncencio custode, Johanne syculo decano ecclesie nostre existentibus.

Czérnán függő félig ép pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Transsilvanica 12. 8. Közli: Óváry L.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 284 von 696

251.

1312. aug. — A pécsváradi convent előtt Vörös Lőrincz fia Tamás, Gueresthen, Baranyavármegyében, egy bizonyos birtokrészt vejének Hassági Pálnak birtokába bocsát.

Conuentus Monasterij Waradyensis, vniuersis Xpi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presentes litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, Quod Comes Thomas filius Laurency rufi de Gueresth, nobilis de Comitatu de Barana, vnacum Mychaele filio suo ab vna parte Item paulus filius Bertolom de hassagh, seruiens Comitis Jacobi filij magistri Conrardy de Owaar, gener eiusdem comitis Thome, cui filia ipsius Comitis Thome Barbara nomine, sub fide sancte matris Ecclesie, et forma matrimonij, ac sub titulo libertatis hospitum, dinoscitur esse desponsata, ab altera, coram nobis personaliter constituti, Idem Comes Thomas, ex permissione, voluntate, assensu, et consensu predicti Mychaelis filij sui, cuiusdam terre sue empticie Gueresth vocate, iuxta terram suam hereditariam similiter Gueresth vocatam, a parte meridionali existentis habentis eciam vicinos et conterminales, Jacobum et Benedictum filios Rolandi a meridie et vltra riuulum Gyungys vocatum predictum Comitem Jacobum filium magistri Conrardy ab oriente, Quam quidem terram, prefatus Comes Thomas, de petro filio Elek de Hozugd, et de nobili domina Consorte eiusdem Neste vocata, nosscitur iusto empcionis titulo comparasse, situm vnius ville, excepta vna Sessione de eodem situ ville Sebastyanyulese vocata a parte prope Sessionis eiusdem Comitis Thome existenti, pro eodem Comite Thoma reseruata, Item medietatem terre fimose, vltra predictum riuulum Gyungys ab oriente, in vicinitate et commetaneitate prenominati Comitis Jacobi filij magistri Conrardy existentis, et pro vna Sessione, quam idem Comes Thomas in prenotato situ ville pro se reseruauit tripliciter tantum e conuerso, Item fenetum totale, iuxta predictum riuulum Gyungys, ab occidente situatum, habens vicinos et conterminales, Comitem Jacobum

filium Ambrosy de Nempty a meridie, et predictum Comitem Thomam ab aquilone. Item terrarum arabilium campestrium medietatem, et Siluam totam ad predictam terram suam empticiam pertinencia, cum prenominata domina Barbara filia sua, memorato paulo genero suo, dedit et donauit, contulit atque tradidit, in filios suorum filiorum ac in heredes, inperpetuum et irreuocabiliter possidenda, tenenda pariter et habenda, Ita videlicet, quod si ipsum Paulum premori siue morte preueniri contigerit domina Consorte sua filia dicti Comitis Thome superstite, omnia bona eiusdem Pauli decedentis mobilia et inmobilia, ac possessiones, in Jus et proprietatem dicte domine Consortis sue deuoluantur. Similiter eciam decedente domina Consorte ipsius Pauli eodem Paulo superstite omnia bona tam mobilia quam inmobilia et possessiones ipsius defuncte domine, in proprietatem supradicti Pauli deuoluantur pleno Jure, voluerunt eciam ambe partes, quod Paulus, et domina consors eius cuilibet eorum in extremis suis vnam rem mobilem de rebus suis mobilibus, exceptis possessionibus pro anima sua legandi vel fratri suo, aut cuilibet ex proximis suis, relinquendi, liberam habent facultatem. In cuius rei memoriam, et perpetuam firmitatem, presentes litteras ad peticionem parcium concessimus, Sigilli nostri munimine roboratas. Datum Anno domini. M° CCC° duodecimo. Mense Augusto, fratre petro Custode existente, Ceterisque fratribus nobiscum iugiter deo famulantibus ac deuote.

A pecsét veres selyem zsinóron függ, eredetije a b. Révay cs. lvtban »Gyulay« fasc. II. 13. Közli: Kovács N.

252.

1312. oct. 16. A pozsonyi káptalan előtt Péntek Miklós özvegye a Paliazo-közben fekvő atyai birtokából leánynegyedi illetőségére nézve kielégíttetik.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie Posoniensis, Salutem in domino sempiternam, ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus perue-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 286 von 696

nire. Quod domina Weniz filia Waro, relicta uero Nicolai filij Pintik sicut dixit de prouincia Paliazokuz, cum duobus filijs suis Andrea uidelicet et Paulo et pro duabus filiabus suis scilicet Elisabeth, et Catharina, ab vna parte. Johanne filio foot et Barlaba filio Joseph ab altera, coram nobis personaliter constitutis sunt confessi oraculo viueuocis, quod licet susscitata fuisset materia quescionis inter ipsos, super quarta parte possessionis paternalis dicte domine Weniz, et diu ordine iudiciario fuissent altercati ad ultimum tamen mediantibus probis viris propter bonum pacis scilicet comite abram rufo Hambathone et Hertlino Ciuibus posoniensibus in talem pacis vnionem deuenissent, quod predicta domina Weniz racione dicte quarte ipsam de iure contingentis, decem marcas denariorum Wiennensium quamlibet marcam cum singulis decem pensis conputando, plene recepisset et haberet et sic dicta domina Weniz, cum filijs et filiabus suis supradictis reddiderunt Johannem et Barlabam antedictos racione dicte quarte liberos et omnino expeditos. Obligando se quod quicunque processu temporum eosdem Johannem et Barlabam aut filios filiorum suorum racione dicte quarte vellent forsitan molestare, ex tunc domina Weniz et filij sui, ac filie supradicte, seu filij filiorum suorum tenerentur expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beati Galli abbatis. Anno domini M° CCC° XII°.

Zöld és vörös czérna zsinóron függő pecséttel s metszett betükkel; eredetije a pozsonyi kápt. ltvb. 14. D. 12.

253.

1312. nov. 18. Az esztergomi keresztesek conventje elött Keszi Bogod Usud nevü Hont vármegyei birtokát Hazlo fiának Gyulának elörökíti.

Frater Nicolaus magister cruciferorum et conuentus domus hospitalis ecclesie Sancti Regis Stephani de Strigonio Vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 287 von 696

futurorum harum serie volumus peruenire. Quod Bugud filius Comitis Bugud, nobilis de Keseu ab vna et comes Jula filius hozlov ex parte altera, coram nobis personaliter constituti, idem bugud possessionem suam Vsud uocatam, in comitatu huntensi, cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs uniuersis quod (így) iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum patencium, comiti Jula pro quadraginta duabus marcis argenti vsualis, plene ab eodem perceptis et receptis, coram nobis pignori obligauerat, sub pena duppli quam eciam debito termino propter inopiam et paupertatem suam, tam in predictis quadraginta duabus marcis, quam in dupplo earundem redimere seu exsoluere nequiuit, ut assumpsit tandem nunc, de bona uoluntate sua, suorumque conmetanеorum permissione seu vicinorum videlicet Johannis et laurencij filiorum thome, Johannis et thome filiorum sebastiani. Nicolai dicti Monuh, Johannis Zemere et petri filij farkasy, potoch filij pele, petri filij stephani Marci filij Marci Jacobi filij Sauli, Jacobi filij halald Georgij et Nicolai filiorum eiusdem Jacobi, et magistri Bede filij egidij, personaliter coram nobis comparentibus idem bugud predictam terram ipsi Comiti Jula et suis heredibus heredumque suorum successoribus, reliquit, statuit, dedit, et tradidit iure perpetuo et irreuocabiliter tenendam possidendam et habendam nullo contradictore existente coram nobis. Insuper idem bugud assumpsit et ad hoc firmiter se obligauit, quod si priuilegia seu litteras super prefata possessione confectas reinuenire posset et habere, comiti Jula daret et assignaret antedicto. Si uero fraudulose in preiudicium eiusdem Jule et dampnum quocunque loco litteras reinuentas exhiberet et presentaret, dicte littere extunc prout ex nunc omnino carerent firmitate pariter et uigore. Assumpsit eciam bugud prenotatus, quod si processu temporum per quospiam Comes Jula pro predicta possessione infestaretur, seu in litem traheretur prefatus bugud expedire ipsum tenebitur proprijs laboribus et expensis, preterea partes a nobis pecierunt omni cum instancia, quod hominem nostrum fidedignum ad reambulandam prefatam terram studeremus destinare, quorum peticionibus iuxta debitum officij nostri ut tenemur inclinati virum ydoneum nomine Chytyr sacerdotem de uilla ky-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 288 von 696

ristus hominem nostrum nobis fidedignum duximus transmittendum. Qui ad nos rediens nobis retulit, quod predictus bugud presentibus et coram commetaneis predictis ipsius terre dictam terram comiti Jule iuxta antiquas metas sicut ipse tenuit ac possedit reliquisset. In cuius rei memoriam et perpetue stabilitatis firmitatem, ad instanciam et peticionem predictarum parcium presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in octauis sancti martini confessoris. Anno domini Millesimo trecentesimo duodecimo.

Eredetije metszett betükkel és függő ép pecséttel az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 841. 3. Közli: Óváry L.

254.

1312. nov. 25. A pozsonyi káptalan előtt, Kondorosi Iván, birtokrészét a sógora Szászi András fiainak ajándékozza.

Vniuersis xpo fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie Posoniensis, Salutem in salutis largitore ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod constitutus personaliter coram nobis. Iwan filius Benke, de villa Kundurus sicut dixit ab vna parte. Johannes filius Andree filius sororis Iwan antedicti, sicut dixit, de uilla Zaz prose et pro duobus fratribus scilicet, Nicolao et Benedicto absentibus ab altera, idem Iwan est confessus oraculo viueuocis. Quod cum ipse heredum careret solacio, timens calumpnias, que in nostris sepe geruntur temporibus, totam porcionem suam hereditariam in vno fundo Curie in dicta villa Kundurus existente, cum omnibus utilitatibus suis, inter terras dicte ville Kundurus existentem . . . . . quandam particulam terre in vicinitate dicte porcionis sue sicut dixit adiacentem, quam olim a . . . . . ne filijs Paska de sepedicta uilla kundurus titulo empcionis comparauerat, cum omnibus utilitatibus suis eidem Johanni et fratribus suis supradictis propter specialem dilecciouem, eorundem, et per eos suis heredibus heredumque suorum successoribus dedisset, donasset et tradidisset, iure perpetuo irreuocabiliter possidendas, habendas et tenendas. In cuius rei testimonium presentes concessi-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 289 von 696

mus litteras sigilli nostri munimine roboratas Datum in festo beate katherine virginis et martiris. Anno domini Millesimo CCC° duodecimo.

Vörös és zöld czérna sodraton függő pecséttel s alúl metszett betükkel; eredetije a pozsonyi kápt. ltvban 14. 10. 39.

255.

1312. I. Károly király az Aba nemzetségből származott Lipolchi Sándor felsorolt érdemeit tekintetbe véve, a templáriusok birtokában volt szentmártoni birtokot Nekchén, melyet már ősei bírtak, neki vissza adatni rendeli, s megengedi, hogy ott várat építhessen.

Karolus dei gracia hungarie, dalmacie, Croacie, Rame Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex. Omnibus xpi fidelibus presentibus pariter et futuris, presentem paginam inspecturis, salutem in omnium saluatore. Qui boni sunt in suis fidelitatibus et seruicijs, condecet eos bonam remuneracionem obtinere et qui fideliter Regie celsitudini se offerunt, dileccionem cum remuneracione perpetua debent adhibere, proinde ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire. Quod consideratis fidelitatibus et seruiciorum meritis dilecti et fidelis nostri magistri Alexandri filij comitis Alexandri de lypolch. generis Aba, que nobis in nostris felicibus processibus et aduersis exhibuit et inpendit. Videlicet a tempore nostre pubertatis seu puericie, ex quo ad gubernaculum serenissimi regiminis hungarici uenimus domino concedente, idem magister alexander periculum sui capitis non formidans, destruccionem suarum possessionum seu deuastacionem non pauesscens, nec preciosis blandicijs nec diuersis minis quorundam Barronum nostrorum infidelium inclinatus, ymmo atrocibus fortune casibus se committens, totoque animo nostre serenitati adherens, se fidelem exhibuit indefesse, et specialiter dum filius Regis Boemie ex quorundam nostrorum infidelium consilio contra nostram maiestatem accedendo, gubernaculum culminis hungarici obtinere nitebatur, et consequenter ottho, de Theotonia regimen eiusdem regni nostri possidere conaba-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 290 von 696

batur, tunc idem magister alexander in omnibus nostrorum negociorum (articulis) et processuum se fidelem obtulit nostre maiestati preterea dum profugis recessibus idem filius Regis Boemie in ipsam Boemiam iter arripuit, et nos cum magnitudine nostre multitudinis ipsum inuestigauimus, ipsamque Boemiam deuastantes, castra in eadem expugnando occupauimus, prenotatus magister alexander (diu)ersis fortune casibus se opponens laudabiliter dimicauit, et insuper inter alias fidelitates et seruicia se manifestauit uirtuosum, tunc videlicet, dum demetrius filius Nicolai cum omnibus suis et adiuncta sibi totali potencia de Tyrunchun Mathey, ac Johannes et alij filii Omodei infideles nostri contra nostram celsitudinem strepitum pug (na u) el conflictum circa Cassam conmiserunt, pretitulatus magister alexander sudore bellico perfusus sanguine suo rubricatus in regie fama fidelitatis, sub uexillo nostro Regali mori desiderans, ante nostre serenitatis aspectum et ad uisum nostrorum Barronum feliciter triumphauit. Nichilominus, in quibuslibet premissorum nostrorum negociorum articulis, intuicione nostri capitis specialis et continuus inuigilator extitit et fidelis. Cuius fidelitates et seruicia per singula menti nostre reuocando uix possumus enarrare quibus exhibicionibus suis consideratis oportunum est, vt ad sumpme nostre dileccionis libamina ipsum inuocantes exaltemus. Licet ergo presens nostre dileccionis regalis inpensio respectu suorum seruiciorum esse modica uideatur, tamen in signum et memoriam future nostre dileccionis maioris habito consilio Barronum nostrorum fidelium. Videlicet domini Th. dei gracia Archiepiscopi strigoniensis eiusdem loci comitis perpetui ac domini Stephani Wesprimiensis ecclesie. Auleque domine Regine karissime consortis nostre cancellarij, Item domini Kemrici W. ecclesie preterea domini Martini Agriensis ecclesie. Episcoporum. Nichilominus magnifici viri Kopoz palatini magistri Johannis Judicis curie nostre, necnon magistri Johannis prepositi Albensis et Nicolay Woyuode aliorumque nobilium Regni nostri, pro multiplicibus meritis suorum fidelium seruiciorum ab etate tenera nostre puericie nobis inpensorum in confirmacione . . . . . litterarum super possessione cruciferorum milicie templi Scent Martun uocata de Nekche per nos sibi collata

emanatarum Karrattere (így) autentici sigilli nostri inpressarum duximus faciendam, quod ipsam possessionem, quam Ghula banus predecessor seu progenitor ipsius magistri Alexandri de possessione Nekche exceptam cum suis vtilitatibus .... (disiun)ctam ab alijs, et separatam, dicte ecclesie templi dedit et contulit perpetuo possidendam, sed quia propter offendiculum ipsorum cruciferorum ecclesia milicie templi ubique in suis vtilitatibus possessionibus ac prouentibus est spoliata seu denudata, hac igitur racione cum suis vtilitatibus et pertinencijs vniuersis .... Regio nostro contulimus, sub eisdem metis ipsi magistro alexandro, et per eum suis posteris ac successoribus confirmamus ipsam donacionem nostram ac magis roboramus iure perpetuo cum quia ipsa possessio a primeuo de possessionibus suorum progenitorum Nekche uocata excepta fuit et collata, et ..... per ruinam dictorum cruciferorum reuolueretur, tum eciam quia fidelium seruiciorum merita ipsius magistri Alexandri ad hoc nos compellunt, vt ipsum huiusmodi prouisione diligamus et donacione, ac ampliori teneamur, eandem donacionem libertate tali confirmamus quod ab examine Ban (ali) ..... videlicet Marturinis, ponderibus, et quibuslibet collectis, ac descensu, seu a iudicijs banalibus ipsam possessionem penitus et per omnia excipimus et liberamus, ac ipsa libertate eam confirmamus, in qua possessio predicta eiusdem magistri Alexandri et fratrum suorum Nekche uocata per ..... et insuper ipsam confirmacionem ratificamus licet propter multitudinem castrorum in Regno nostrorum turbacio crescat per infideles et guerra tamen ad maiorem certitudinem eidem magistro Alexandro hanc graciam duximus faciendam quod si in ipsa possessione Scenmortun uocata per nos sibi collata in perpetuum castrum (facere) seu construere uoluerit, faciendi habeat facultatem, et pecuniam suam ad opus castri in eadem expendere ualeat tanquam in sua propria et hereditaria possessione, hoc adiecto quod si idem magister Alexander aut totaliter aut particulariter alicui ex fratribus suis, consanguineis, aut pro salute anime sue, aut quibuslibet extraneis, tam uiuendo quam moriendo uoluerit dare legare ualeat et donare, hoc autem eciam adiecto, quod si ordo dictorum cruciferorum milicie templi ab apostolica sede graciam

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 292 von 696

posset rehabere ac possessiones ab ipsorum ecclesijs separatas per ipsorum casum, possent eisdem recuperare, ac eundem magistrum Alexandrum aliqualis mocio racione dicte possessionis per nos sibi collate ab apostolica sede uel ipsius auctoritate idem cruciferi ipsum attemptarent, extunc redempcionem seu solucionem pecunie congruam et condecentem aut possessionem talem et tantam pro dicta possessione sepedicto magistro Alexandro per nostram celsitudinem pro suis meritorijs seruiciis data et perpetuata in regno nostro pecuniam soluemus aut statuemus, perpetuando ecclesie milicie templi et cruciferis prenotatis, si autem in nostro tempore, uel uita iamdictum magistrum Alexandrum racione prenominate possessionis non attemptarent, extunc nostri successores uel posteri ipsam possessionem rediment et liberabunt modo premisso Magistro Alexandro prenotato, et insuper ipsum nos et nostri posteri uel successores honus ecclesie nominate templi subportando contra omnes contradictores seu quamlibet mouentes quescionem, eundem conseruabimus in eadem, uel eos omnes, quibus ipsa possessio per dictum magistrum Alexandrum data fuerit uel legata in premissis vniuersis articulis tenebimus nos et nostri successores. Nichilominus factam donacionem et confirmacionem nostram tali uigore et uinculo innodamus quod si nos uel nostri successores in prescriptis confirmacionibus ipsum magistrum Alexandrum uel eos quibus eadem possessio data fuerit et donâta per eundem inmobiliter conseruando non protegeremus uel non defenderent, redempcionem congruam uel possessionem equaliter ualentem persoluendo uel assignando legem et ordinacionem beati Regis infringamus vel infringant in hac parte indignacionem eiusdem incurrendo, cum pro multiplici effusione sanguinis et continuis fidelibus seruicijs ipsi magistro Alexandro et per eum suis posteris, quibus ipse uoluerit, dictam possessionem duxerimus perpetuo condonandam preterea licet in hoc consuetudo Regni nostri non sit approbata quod sigillum aliquorum nostrorum subditorum circa nostrum sigillum apponi debeat tamen cum . . . . . ab ecclesia separatam sibi donauimus onus ecclesie templi nos subportando, idcirco nobis vnacum cum fidelibus Barronibus nostris sic fuit uisum, vt ad maiorem rey memoriam existat sigillum predicti domini

Archiepiscopi Thome, et Kopoz palatini presentibus duximus apponendum. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus ..... munimine roborando datum per manus honorabilis viri dilecti et fidelis nostri magistri Johannis prepositi Albensis presentibus prenotatis dominis ecclesiasticis viris ac Barronibus nostris in villa de potok. Anno domini Millesimo Trecentesimo Duodecimo.

Három függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1505. 20. Közli: Óváry L.

256.

1312. I. Károly király az Aba nemzetségből való Lipolchi Sándor fiainak, Demeternek, Miklósnak és Sándornak, valamint az ugyan azon nemzetségből származott Péter comes fiainak, Lukácsnak, Péternek, Demeternek, Lászlónak és Istvánnak kérésére a pozsegai káptalannak föntebb 226. sz. a. 1311-ki oklevelét átírja és megerösíti.

Datum in potok per manus honorabilis viri magistri Johannis prepositi Albensis dilecti et fidelis nostri Venerabilibus patribus Budizlao strigoniensi archiepiscopo Stephano Wesprimiensi, Auleque domine Regine karissime consortis nostre Cancellario, Emerico Waradiensi Episcopis Ecclesias dei feliciter gubernantibus. Magnificis viris Kopoz palatino, Nicolao Woyuoda transilvano dilectis et fidelibus nostris et alijs quam pluribus Comitatus regni nostri presentibus. Anno domini M° CCC° decimo secundo.

Piros, sárga és zöld selyem zsinóron függött pecsétje hiányzik; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 605. 25. Közli: Óváry L.

257.

1312. Mária királyné az Evrenben lévő királynöi birtokot Thezának udvari apródjának adományozza.

Maria dei gracia, Regina hungarie Vniversis xpi fidelibus presentem paginam inspecturis, salutem in eo qui est

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 294 von 696

omnium vera salus Reginalis prouidencia in trono sublimatur excellenciori, ut fidelium sibi seruicia clarius cognoscat, quibus cognitis in hijs que iuste deprecantur munificencia reginali facilius ac graciosius valeant adipisci, proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus fieri manifestum. Qod quia Theza rutenus aule nostre Juuenis Serenissimo principi domino Karolo per eandem Regi Vngarie Consorti nostro karissimo consequenter et nobis indefesse in omnibus fideles exhibuit famulatus et in posterum speramus eundem inpensurum, quandam terram ad nos Jure Reginali pertinentem, in Evren, existentem, ab orientali parte terre Stephani dicti Kechke filij Stephani filij Wazul a parte uero occidentali ville Boruzieneu uocate conterminalem, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs vniuersis, ad vsum vnius aratri sicut dicitur sufficientem de voluntate, beneplacito et assensu eiusdem domini nostri Regis, dedimus, donauimus ac tradidimus Thysa ruteno seruienti nostro antedicto, et per eum heredibus heredumque suorum successoribus pacifice et quiete tenendam habendam ac possidendam iure perempnali promittentes eundem ab omnibus racione ipsius terre nostre in debite molestare uolentibus domino uolente toto nostro posse manutenere ipsum pariter et defensare. In cuius rey testimonium perpetuamque firmitatem presentes concessimus duplicis sigilli nostri appensione (így) munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis patris domini Stephani dei gracia Episcopi Wesprimiensis. Aule nostre cancellarij. Anno domini Millesimo CCC° decimo secundo.

Ép függő pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Monial. Vet. Buden. 7. 2. Közli: Óváry L.

258.

1312. A vasvári káptalan elött Káldi Marczel fiai sári birtokukat Köcski Sándornak átengedik.

Nos Capitulum ecclesie beati Michaelis de Castroferreo Notum facimus tenore presencium uniuersis. Quod Nicolaus et Emericus filij comitis Marcelli de kald, coram nobis persona-

liter constituti, possessionem eorum Saar uocatam, que a Michaele filio Michaelis fili Moym quam idem Michael filius Moym vigore priuilegij Capituli ecclesie Jauriensis, pro quinquaginta sex marcis argenti a Buza filio Buza et Itemerio filio Itemery comparaverat prout tenor ipsius priuilegij nobis declarauit, ipsi comiti Marcello patri eorum olym ab ipso Michaele filio Michaelis prouenerat sub metis eisdem et terminis, pro dote domine dominica aue comitis Alexandri fili Alexandri de Kuchk et pro quarta domine Wenys matris eiusdem ac pro quinquaginta marcis minus duabus, pro quibus idem Comes Alexander eosdem a comitibus Benedicto filio Bene paulo filio pauli de Geche et a filijs Comitis vrbanus assumpsit expedire pro quibus quidem quinquaginta marcis minus duabus racione dotis domine Bunguch uxoris predicti comitis Marcelli filie scilicet petri fili Ehelley et pro quarta dominarum filiarum supradicti comitis Marcelli uxorum videlicet prefatorum comitum Vrbanus, Pauli et Benedicti ac petri fili Martini, ydem filij comitis Marcelli fuerant, obligati dederunt donauerunt et contulerunt, cum suis vtilitatibus omnibus et pertinencijs vniuersis supradicto comiti Alexandro et suis heredibus heredumque suorum successoribus jure perpetuo pacifice et quiete ac irreuocabiliter possidendam. Hoc nichilominus declarantes quod formam et tenorem dicti priuilegij Capituli Jauriensis super facto dicte possessionis, emanati litteris nostris patentibus inseri fecimus seriatim et eidem comiti Alexandro, in rei memoriam plenioris, duximus conferendam. Cui quidem uendicioni et donacioni, Cosmas filius Georgij et Ladislaus filius Comitis Seueredi, qui prose et pro fratribus suis adherat, consensum prebuerunt et assensum coram nobis per omnia liberalem. Quod ut ratum sit presens Scriptum contulimus nostro Sigillo communitum. Magistro Bors preposito, Georgio Cantore, Thoma custode, Andrea decano ecclesie nostre existentibus. Anno ab incarnacione domini M°CCO° decimo secundo.

Violaszínű selyem zsinóron függött pecsét nyomaival s metszett betűkkel; eredetije Keszthelyen, a gróf Festetics cs. lvtban. »Castriferrei« Nr. 8.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 296 von 696

259.

1313. febr. 2. A pozsonyi káptalan bizonyítja, hogy az esztergomi érsek által Kurchmann István pozsonyi polgárnak adományozott Morchamagyar nevü birtokba a beiktatás megtörtént.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie Posoniensis, Salutem in salutis actore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium, uolumus peruenire. Quod nos receptis litteris venerabilis patris domini nostri domini Thome miseracione diuina Archiepiscopi Strigoniensis, eiusdemque loci comitis perpetui, iuxta mandatum et preceptum eiusdem, unum ex nobis, videlicet virum discretum et honestum magistrum Johannem Custodem ecclesie nostre necnon Concanonicum karissimum, cum comite Paulo filio Chond homine ipsius domini nostri, et cum comite Vroch homine prouidi viri Ditrici, comitis Posoniensis, ad rehambulandam, quandam Possessionem sancti Adalberti, et ipsius domini nostri, ac Archiepiscopatus Morchamogor uocatam. Per Henzlinnum filium Cheteu pro remissione peccatorum suorum, et pro refrigerio animarum parentum, necnon cognatorum suorum mediantibus nostris litteris Priuilegialibus, iure perpetuo datam, et donatam, duximus destinandum, quam quidem Possessionem, idem dominus noster Archiepiscopus, cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis vniuersis prout sibi, et archiepiscopatui extitit donata et concessa, Stephano dicto Kurchman, filio Oltmanni Ciui Posoniensi, recipiendo ipsum in numerum et Cetum nobilium iobagionum suorum, et Archiepiscopatus mediantibus suis litteris dederit, donauerit, et contulerit iure perpetuo, irreuocabiliter possidendam, habendam, et tenendam; qui tandem ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi predictam possessionem presentibus omnibus uicinis et commetaneis, uidelicet Michaele, et Iwan filijs Tymothei, comite Petro de Guttur, et hominibus ville sancte Marie rehambulassent et sub metis distinctis et certis, eidem Stephano nullo penitus contradictore existente, supradictam possessionem assignassent. Cuius quidem posses-

sionis mete sicut ydem nobis affirmarunt hoc ordine distinguntur, prima uero meta incipit a superiori parte Curie filiorum Tymothei iuxta uallem Tostoua, et ibi sunt due mete deinde uadit super terram filiorum Toyp, et ibi sunt due mete, post hec uadit uersus villam sancte marie sub eisdem metis in longitudine quatuor iugerum directe transeundo circa unam vallem transeundo sunt due mete, inde uadit super quandam viam, que ducit, de uilla sancte marie ad domum filiorum Tymothei, et sic directe transeundo sunt due mete in eadem uia uersus uillam sancte marie parum eundo, deinde tendit super quendam monticulum Arkus uocatum, et ibi similiter sunt due mete, Inde per longitudinem monticuli transeundo, usque uiam, que ducit uersus uillam Chiliztu sunt due mete, post hec parum eundo sunt iterum due mete, deinde uadit uersus uiam que ducit, ad domum filiorum Tymothei, et ibi sunt due mete, et in eadem uia parum eundo, prope domum Henzlinni in vna ualle sunt due mete, et eadem via distinguit metas terrarum arabilium usque domum Henzlinni antedicti, que est in inferiori parte domus filiorum Thymothei circa fluuium qui uocatur paruus danubius, et per eundem fluuium ante domum dicti Henzlinni directe transeundo, pars dicti Henzlinni in Insula ab ipso paruo danubio usque magnum danubium in longitudine, in latitudine uero cum omnibus utilitatibus ibidem existentibus, ex parte uicinorum suorum, utraque sub certis metis est signata. Pascua uero pecorum inter dictum paruum danubium, et vallem Tostoua uocatam, similiter sub certis metis a superiori parte domus filiorum Tymothei est distincta. Et sic mete dicte possessionis terminantur. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo Purificacionis beate Virginis gloriose. Anno domini. M° CCC° XIII°.

Zöld és vörös selyem zsinóron függő pecséttel eredetije a gr Batthyány József lvtban, Köpcsényben.

260.

1313. mart. 4. A pécsi káptalan előtt Csuzai Pál és Sámuel Márok birtokot egymás között felosztják.

. . . . . In littera capituli Quinqueecclesiensis in dominica Inuocauit in Anno domini Millesimo CCC° tredecimo exorta expresse habebatur, quod magister paulus filius Benedicti de Chuza ab vna parte, ac magister Samuel filius Salamonis ab altera personaliter coram dicto Capitulo constituti inter alias possessiones in eisdem litteris expressas, predictam possessionem Mark taliter inter se diuisissent, quod medietas dicte possessionis et ville cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs vniuersis a domo Abrank Jobagionis ipsius magistri pauli versus occidentem cessisset, in porcionem dicti Samuelis ab altera vero medietas ipsius ville a domo petri Jobagionis ipsius magistri pauli versus occidentem remansisset magistro paulo antedicto. . . . . .

Szepesi Jakab országbírónak 1377-ki ítéletéből, melynek eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. N. R. 563. 43. Közli: Óváry L.

261.

1313. mart. 8. A szepesi káptalan előtt Rikolf comes fia Kakas, farkasi birtokrészét testvérének Jánosnak Sáros vármegyei komlósi birtokával elcseréli.

Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus omnibus fidelibus xpi, quibus presentes ostenduntur salutem in omnium saluatore. Quoniam memorie nouercatur obliuio, dignum est, ut acta temporaliter scripture patrocinio fulciantur. Proinde ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod constituti personaliter in nostri presencia magister Kocos filius quondam Comitis Rycolphy ex vna parte, magister Johannes frater eiusdem ex altera, Idem magister Kocos confesssus est viua voce, quod totam porcionem possessionis in villa Farcasy ipsum contingentem cum omnibus vtilitatibus suis et

pertinencijs eo iure et libertate, sicut ipse possederat eandem ab antiquo, eidem magistro Johanni fratri suo pro porcione ipsius in Comlos in concambium et pro uiginti marcis, ab eodem iam receptis, sibi et per eum filijs suis, filiorumque suorum successoribus dedisset et contulisset iure hereditario perpetuo possidendam, pro qua quidem porcione porcionis idem magister Johannes totam suam porcionem in districtu Sarus in Comlos existentem, eidem magistro Kocos in filios filiorum suorum cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs, dedit donauit similiter perpetuo possidendam, tali eciam condicione interiecta, quod si eundem magistrum Kocos racione predicte possessionis Comlos per quempiam inpediri seu molestari contigerit, in nullo eum idem magister Johannes tenebitur adiuuare. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam ad instanciam parcium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria quinta proxima post dominicam Inuocauit Anno domini M° CCC° tredecimo.

Vörös és zöld czérnán függő romlott pecséttel s fönt metszett betükkel; eredetije a Görgey cs. lvtban 2. 6.

262.

1313. mart. 15. A nyitrai káptalan előtt Vadas fia Sándor kápolnai Pozsony vármegyei nemes fele-birtokrészét vejének Kernechi Nemes Balázsnak birtokába bocsátja.

Vniuersis xpi fidelibus presens scriptum inspecturis Capitulum ecclesie Nitriensis salutem in eo qui est salus omnium Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod Comes Alexander filius Wodas filij Morthon ac Alexander filius eiusdem Nobiles de Capulna Comitatus posoniensis ab una parte Comes Blasius filius Jacobi nobilis de Kernech ab altera coram nobis personaliter constituti Idem Comes Alexander filius Wodos et Alexander filius suus totam dimidietatem porcionis seu possessionis ipsorum hereditarie, Capulna uocate, a parte ecclesie beate Elizabeth sitam et adiacentem cum eadem ecclesia eidem Comiti Blasio Genero suo cum domina Lilim filia sua Coniuge ipsius Comitis Blasy et

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 300 von 696

eidem domine ac ipsorum heredibus heredumque suorum successoribus cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs vniuersis eiusdem dimidietatis possessionis Capulna, ac vnam uineam, ipsorum emticiam in territorio Bozen inter vineas herke et Nickil hinc inde adiacentem dederunt contulerunt et assignauerunt iure perpetuo possidendam semper et habendam tum racione proximitatis tum eciam in necessitatibus ipsorum vt asseruerunt idem Comes Blasius quadraginta marcas dedisset eisdem. In cuius rey memoriam et perpetue stabilitatis incrementum presentes litteras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Clementis lectoris ecclesie nostre feria quinta proxima post festum beati Gregory pape Anno domini M° CCC° tredecimo.

Ép függő pecséttel s metszett betűkkel; eredetije az orsz. lvt kincst. oszt. N. R. 359. 20. Közli: Óváry L.

263.

1313. Buda, apr. 2. I. Károly király az egri káptalannak meghagyja, hogy a Jenei Pál fiai által Szécsi Miklós fiai ellen elkövetett hatalmaskodást vizsgáltassa meg.

Karolus dei gracia Rex Hungarie, fidelibus suis Capitulo ecclesie agriensi (így), salutem et graciam. Conqueruntur nobis Petev et Nicolaus filij Pauli filii Lamperti fideles nostri de Jene quod Anno domini M° CCC° XIII°. in octauis epiphanie domini, proxime preteritis Petrus, Beke, et Ladizlaus filij Nicolai filij Iwanka de Scech, manu armata venientes super domum eorumdem, ipsos in domum eorum fugando supra ipsos incendissent, duos seruientes eorum et vnam mulierem letaliter uulnerando et vnum iobagionem eorumdem uerberari faciendo ipsos et eorum iobagiones spoliando, ad ualorem septuaginta marcarum dampna eis intulissent. Quare fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus per presentes, quatenus, cum Petro filio Moch de Melete homine nostro vestrum homi (nem pro) testimonio fidedignum transmittatis qui sciant et inquirant de premissis et eciam de alijs que alijs temporibus ydem dicunt fecisse per (eosde) m filios Nicolai supra

ipsos omnimodam ueritatem, et quatenus uobis ueritas de premissis et de alijs supra ipsos illatis constiterit nobis in vestris litteris fideliter rescribatis. Datum Bude, secunda feria proxima post Dominicam Judica.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Hamvay cs. ltvban. Közli: Nagy Gyula.

264.

1313. apr. 12. A nagyváradi convent előtt a Kaplon nemzetségből való György és Deun, az atyjuk rendelkezésére, növérük örökrészét egy birtokkal kielégítik.

Nos Martinus prepositus et Conuentus Monasterij sancti Stephani prothomartiris de promontorio Waradiensi Omnibus Xpi fidelibus pariter presentibus et futuris salutem, in omnium salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam harum serie litterarum uolumus peruenire, quod Georgio filio End . . . . . filij Symonis, et fratre suo Deun, de genere Koplen, ab una parte, magistro Gygo uero, filio Benke, ab altera, coram nobis personaliter constitutis, ydem Georgius, et Deun, affirmarunt uiua uoce, quod cum pater ipsorum morte pre . . . . . sororem ipsorum Elenam nomine, secundum decenciam sui honoris et ipsorum ordinare, et orna . . . . . extremis suis idem pater ipsorum districte comisisset, ut ipsi eandem dominam sororem ipsorum, coniugem uidelicet . . . . . Gygo, paternali prouisione, et fraternali dileccione adornarent, et dotarent, propter hoc quandam possessionem ipsorum . . . . . uocatam scilicet porcionem ipsorum tantum in diuisione sibi succedentem, tam racione quarte partis, quam racione adorna . . . . . dem domine Elene, et per ipsam suis heredibus, heredumque suorum successoribus ordinassent, donassent, et tradidissent, iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, cum omnibus vtilitatibus, et pertinencijs ad eandem Ista obligacione mediante, vt ab omnibus proximis suis, qualicunque linea consanguineitatis, sibi annexis racione premisse possessionis, molestare uolentibus, ipsi eundem magistrum Gygo uel dominam prenotam (így) heredesque ipsorum, tenerentur expe-

dire, proprijs laboribus et expensis et ipsam possessionem iugiter perpetuare. In cuius rei testimonium perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Cena Domini Anno eiusdem domini M° CCC° tredecimo.

Szakadozott állapotban, innét a hiányok; az elveszett pecsét hártya szalagon függött, fönt hat metszett betüvel; eredetije a gróf Károlyi cs. lvtban 58. 1. Közli: Kovács N.

265.

1313. apr. 24. I. Károly király Farkas fia Tamás liblai várnagynak számos érdemeiért a hütlen Hountól elvett Pozsony vármegyei Szeli birtokot adományozza.

(Karolus) dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Rex. Omnibus xpi fidelibus presentibus et futuris presens scriptum inspecturis, salutem in omnium saluatore. Generosi sanguinis Regum alta nobilitas tunc gloria et honore precipue coronatur in terris cum misericordiam pietati socians singulorum merita benignis oculis intuetur, et cum pro moribus castis et laboribus multis grata vicissitudine suis fidelibus correspondet. Nam potissime subiecti tunc in uirtute letantur boni presidentis cum eos extollit honoribus, ditat possessionibus et dotat Regalis munificencie donatiuis. Proinde ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod nobilis vir magister Thomas filius farkasij dilectus noster et fidelis castellanus de Lyblou ad nostram personaliter accedens presenciam, et sue fidelitatis seruicia nobis ab olym magne diligencie studio impensa declarans et premia donatiuorum nostre gracie se dignum consequi arbitrans, quandam possessionem Houn magni, infidelis nostri Zeely vocatam in Comitatu Posoniensi existentem necnon predia domos fundos molendina et vineas eiusdem intra et extra Ciuitatem nostram Nogzumboth vocatam existentes, a nobis perpetuo sibi dari et conferri postulauit. Nos igitur ad hec proposita intuitum nostre consideracionis subleuantes et fidelitates fideliumque seruiciorum merita

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 303 von 696

ipsius magistri Thome considerantes, que cum sedula sollicitudine sue persone nobis et sacre Regie Corone nostre exhibuit et impendit et generaliter ad omnia aduersa se pro nobis viriliter opponens et sua exponens fidelitatis seruicia Laude digna extitit prosecutus, que speciali declaracione sermonum pauca de pluribus duximus presentibus annotanda, quod cum diuina annuente clemencia ad serenissimum culmen Regiminis Hungarici accessissemus gubernandum, ipse magister Thomas mox nobis adherens et continue absque interpollacione lateri nostro assistens ex multis iniurijs sibi pro nobis illatis penuria et nimia egestate in se et suos affectus nec subsidij a nobis valens habere solamen propter Regni nostri intensum discidium nunquam a nobis extitit separatus. Preterea idem magister Thomas Ewangelice scripture sequens doctrinam se proximos possessiones et cognatos suos pro fidelitate nostre Regie maiestati debita inuasioni perdicioni destruccioni et inopinatis fortune Casibus pro nobis exponere non expauit. Ex quibus nonnulli preter infinita Rerum dampna tormentati, afflicti verbera et ludibria experti nonnulli eciam in ore gladij pro fidelitatibus quibus idem nobis assidue nitebatur complacere sunt occisi. Quid plura? hic fuit qui sequens nostram Regiam maiestatem, abnegauit semet ipsum suos atque sua. Ceterum cum Matheus de Trinchinio dampnande memorie noster emulus et infidelis aggregata sibi suorum complicum nephanda Caterua contra nostram Regiam maiestatem ausu temerario veniens prope Ciuitatem nostram Cassa vocatam Belli discrimina nobiscum habere non formidasset, idem magister Thomas tamquam vas constancie milicie Laurea coronatus cernentibus nobis et tunc nobis assistentibus vniuersis, nec sanguinis effusionem nec mortem expauesscens laudabiliter non sine largi Cruoris sui emanacione dimicauit. In quoquidem Bello dictus Houn sui ipsius nesscius vergens in profundum malorum et plus infidelitati quam fidelitati adherere desiderans in opprobrium nostri Regiminis contra nos non destitit rebellare volentes fidelitatum obsequijs ipsius magistri Thome remuneracione Regia correspondere vt ipsius indempnitati per nostram Regiam maiestatem, condecenter consulatur et vt reliqui discant sub principe gracioso deuo-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 304 von 696

cius famulari et letentur in virtute boni presidentis et misericordia pij Regis glorientur, prefatam possessionem Zely vocatam necnon predia domos fundos molendina et vineas supradictas, cum pertinencijs et utilitatibus suis vniuersis, ab eodem Houn et suis heredibus tamquam malemeritis auferentes vt Regia indignacione quam meruerunt puniantur, eidem magistro Thome et per eum suis heredibus heredumve suorum successoribus dedimus donauimus et contulimus Jure perpetuo et irreuocabiliter possidendas tenendas pariter et habendas ; vt igitur huius nostre donacionis series robur obtineat perpetue firmitatis presentes concessimus litteras nostras Priuilegiales duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarij et archidyaconi de kukullu, dilecti et fidelis nostri. Anno ab incarnacione verbi. M° CCC° X° III°. Octauo Kalendas May. Anno autem Regni nostri similiter X° III°.

Vörös és zöld selyem zsinórral, melyről a pecsét hiányzik ; eredetije a N. Muzeum oklevélgyüjteményében. Hasonló adománylevelet közöl Fejér i. m. VIII. 1. 489. l. Hollókő váráról. Nem tartottuk érdektelennek ezen diplomatikailag is figyelemre méltó adat teljes közlését, annál inkább, mivel Fejér közleménye hézagos, sőt itt ott hibásnak is látszik lenni. Közli : Nagy Gyula.

266.

1313. Esztergom, apr. 25. Tamás esztergomi érsek a IV. Béla király által alapított kápolnai Szent Erzsébet egyház kegyúri hatóságának kiterjedését meghatározza.

Thomas miseracione diuina Archiepiscopus Strigoniensis eiusdemque loci Comes perpetuus Omnibus Xpi fidelibus presentem inspecturis paginam salutem in domino. A tramite veritatis non deuiat qui suos subditos in eorum iuribus conseruat, hinc est igitur, quod inter patronos et sacerdotes ecclesiarum beati . . . . . et beate Elyzabet de Capulna super fines parrochiarum suarum et metas litigiosa contencio coram nobis diucius fuisset ventilata, tandem per nobiles et patronos ac rectorem ecclesie beate Elyzabet in priuilegio Bele Regis

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 305 von 696

pie memorie qui ipsam ecclesiam in honore ipsius beate Elyzabet sororis sue ibi construi fecit et fundari per patronos de Kapulna, ac sacerdote villas Kapusd porcariorum castri sui posoniensis, villam Igrech ioculatorum eiusdem castri, Item villam Chatey, Item villam nobilium de Borta Item quosdam nobiles iobagiones castri posoniensis Item Ikran Item quosdam populos castri posoniensis cum aliis populis ac villas Bahun usque vistam ecclesie beate Elyzabet prefate . . . . . subiectos esse vidimus manifeste. Nos qui de officij nostri debito tenemur vnumquemque in suo iure conseruare silencium patronis et rectori ecclesie beati . . . . . imponentes, predictas villas cum populis vt ipse rex Bela constituit ecclesie beate Elyzabet parochiales uolumus et statuimus subesse perpetuo. In cuius rei memoriam et firmitatem perpetuam presentes supradicte ecclesie beate Elyzabeth dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas, datum Strigonij secundo die festi sancti Georgy Martyris. Anno domini M° CCC° decimo tercio.

A pozsonyi káptalan 1364-ki átiratából, melynek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Eccles. 52. 3. Közli: Óváry L.

267.

1313. maj. 1. A szalavári convent előtt Tóföi Benedek fiai zálogban levő birtokrészüknek Uzsai Absolon és Kapornaki Miklós által való kiváltásába beleegyeznek.

Nos Benedictus abbas Zaladiensis et Conuentus monasterij sancti Adriani loci eiusdem memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem. Quod Rorandus et laurencius filij Benedicti de Thoufeu ex una parte, ab altera uero Apsolon et Alexander comites filij Comitis Apsolonis de vsa et Michael ac Nicolaus filij Nicolay de Kapurnuk coram nobis personaliter constituti, ydem Rorandus et Laurencius sunt confessi, quod porcionem possessionis Thome in eadem Thoufeu existentem quam Michael filius Karul cum domina Katalena filia sua in die nupciarum suarum Benedicto patre (igy) eorundem Rorandi et Laurenci tradiderat, postmodum ydem pater ipsorum Kunche uendiderat

ydem filij Apsolonis et filij Nicolay sepius memorati ad peticionem et instanciam ipsorum Rorandi et Laurenci ac omnium nobilium de Thoufeu qui omnes personaliter adherant. Videlicet Nicolaus filius dominici, et Nicolaus filius Benedicti ac Nicolaus Benedictus Andreas petrus et Chunch filij Chepani paulus Stephanus et petrus filij Johannis (nec non) Paulus filius Ladizlai, racione consanguineytatis et proximitatis ab ipso Kunche redimendam rehabendam concessissent et annuissent quam scilicet terram seu possessionem ydem filij Apsalonis et filij Nicolay in triginta marcis computatis suis expensis ab ipso Kunche et uoluntate ac consensu predictorum nobilium redemissent et redemptam ydem Rorandus et Laurencius ac cognati sui memorati ipsis filijs Apsalonis et filijs Nicolay ac eorum heredibus heredumque suorum successoribus dederunt donarunt et contulerunt pro ipsis triginta marcis iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam tenendam pariter et habendam, post hec autem ydem predicti nobiles obligantes se firmiter per hunc modum quod si processu temporum dictos filios Apsalonis et filios Nicolay racione prefate possessionis aliquis se molestare attemptaret, ipsam possessionem filijs Apsalonis et filijs Nicolay proprijs laboribus et expensis liberare assumpserunt. Nos autem vt huius vendicionis et empcionis series in perempnem reuocetur memoriam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine duximus (így) roborandas. Datum in octaua sancti Georgij martirys Anno domini M° CCC° decimo tercio.

Függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 18. 16. Közli: Óváry L.

268.

1313. maj. 5. A szepesi káptalan előtt Fridrik comes fia a maga és családja lelkiüdvéért, Biztira birtokáról járó bérfizetést a carthausi szerzetnek adományozza.

Nos Capitulum ecclesie sancti martini de scypus memorie commendantes significamus quibus expedit harum serie vniuersis. Quod constituti coram nobis Tydricus filius Comi-

tis Fridrici pie memorie de sancto quirino et Goblinus filius eius, pro se et fratre suo ab vna parte fratre Johanne vicario de lapide refugij ordinis Karthvsiensis et domino Johanne plebano de villa Baldinazi, pro domino petro priore ac toto suo Conuentu loci et ordinis predicti ex altera. Idem Tydricus dixit tali modo, quod predicto cenobio et fratribus ibidem deo omnipotenti famulantibus pro remedio anime tam sue quam coniugis sue nuper defuncte necnon parentum suorum de consensu filiorum suorum censum vnius fertonis fini argenti cum pondere cypisiense singulis annis in festo beati martini confessoris persoluendi, de possessione sua Biztira uocata per se et suos successores dedisse liberaliter et contulisse coram nobis est confessus perpetuo quiete pacifice et irreuocabiliter possidendum. Hoc tamen addito quod quocienscunque et quandocunque ipsum fertonem eiusdem uillule possessores dictis fratribus non persoluerent, per censuram ecclesiasticam dare compellantur. In cuius rei testimonium eisdem fratribus nostras concessimus litteras sigillo nostro conmunitas. Datum sabbato proximo post inuencionem sancte crucis. Anno domini M° CCC° Tercio decimo.

Függő ép pecséttel ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Jesuitica Leuchov. 1. 28. Közli : Óváry L.

269.

1313. maj. 5. A vasvári káptalan előtt Köcski Sándor, bizonyos hitbérre és leánynegyedi illetőségre nézve Káldi Marczel fiait kielégíti, ezek pedig Sári birtokuk harmadrészét engedik át.

Nos capitulum ecclesie beati Michaelis de castro ferreo, tenore presencium significamus uniuersis. Quod comes Alexander filius Alexandri de Kuchk, ab una parte, Nicolaus et Emericus filij comitis Marcelli de kaald ab altera coram nobis constituti super uniuersis causis suis, usque datam presencium, inter ipsos motis in talem pacis formam, se dixerunt deuenisse. Quod quia idem comes Alexander ipsos Nicolaum et Emericum de quinquaginta marcis minus duabus, quas ydem filij comitis Marcelli pro dote et sponsalibus domine Bunguz

prioris vxoris comitis Marcelli patris ipsorum et quartis dominarum videlicet comitis Benedicti filij Bene, Pauli filij Pauli ac Geche, ac comitis Vrbanus, filii Vrbanus, soluere debebat, prefatus comes Alexander expediuit eosdem, prout series aliarum literarum nostrarum plenius id declarat. E conuerso terciam partem possessionis ipsorum, Saar vocate, quam olim a Buza filio Buza, et Itemerio filio itemery, Michael filius Moym precio comparat, et demum mortuo Michaele, dicto comiti Marcello patri ipsorum provenerat, de duabus eciam partibus, que ipsis filijs Comitis Marcelli remanserunt terciam partem vnius partis dederunt, donaverunt, et uendiderunt, sepedicto comiti Alexandro et suis heredibus a parte orientali perpetuo inrevocabiliter possidendam. Quam quidem terram talium metarum cursu de novo presente homine nostro per partes illuc adducto erectarum fore distinctam recitarunt. Quod prima meta incipit iuxta fluuium Saar prope truncum salicis in prato ab oriente vbi sunt due mete posite, abinde binis et binis metis in quatuor locis positis currit directe ad aquilonem usque uiam per quam itur ad Muram, quarum metarum singula vna, que est ab oriente posita terram dictorum filiorum Marcelli separant, et distingvunt a porcione comitis Alexandri sepedicti. Obligarunt se partes in alterutrum, ut si cuiuscunque temporis lapsu ipsi filii Marcelli, vel eorum Heredes porcionem suam vendicioni exponere, et pignori obligare intenderent, non alteri, nisi ipsi comiti Alexandro, vel suis heredibus possent, et valerent, et e conuerso prescriptus comes Alexander, vel sui heredes facere assumpsit illud idem. Hoc non pretermisso, quod si que parcium presentem composicionem infringere voluerit, viginti marcas ante litis ingressum soluere tenebitur parti ipsam composicionem obseruanti. Datum sabbato proximo post octavas beati Georgij martyris. Anno domini M° CCC° decimo tercio.

A vasvári káptalannak 1313. maj. 21. »Bors preposito, Andrea cantore, Thoma custode et Thoma decano« alatt kiállított átiratából, melynek eredetije a gróf Festetics cs. keszthelyi lvban, »Castriferrei« 9.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 309 von 696

270.

1313. Sár, maj. 8. Németújvári Miklós tárnok az András comes fiai és Karátföldi Jakab s társai között fönforgó panaszos ügyben a felek között bajvívást rendel el.

Datum pro memoria, quod cum secundum tenorem literarum nostrarum priorum memorialium Ladizlaus, et Dionisius filij comitis andree, filij Chopon contra Jacobum thomam, Stephanum filium (így) Benedicti, Joannem et Fintam filios Emerici de terra Corardi super eo, quod ipso tempore quando Trussalchius theotonicus monasterium beati Michaelis de Castroferreo potencialiter adhierat, supra villam eorum Gelse uocatam potencialiter accedendo spoliassent dampnum sexaginta marcarum eisdem inferendo, testes coram capitulo Castriferrei feria secunda post octauas purificacionis beate Virginis producere, et in octavis sancti Georgij Martyris coram nobis comparere ad iudicium debuissent, adveniente termino, partibus coram nobis comparentibus, et literas testimoniales, presentantibus, eosdem Jacobum, Thomam, et socios suos prescriptos requirendo utrum iuramento testium predictorum se submitterent necne, recusarunt, sed magis certamini duelli se submittere maluerunt, vnde nos uolentibus partibus iudicantes decreuimus, quod predicti Jacobus thomas et alij pugilem eorum pedestrem et cum baculo pugnaturum, congressum, contra pugilem predictorum filiorum comitis andree consimilem in octavis nativitatis beati Joannis baptiste in area certaminis super articulis premissis ducere debeant coram nobis pugnaturum preterea Huda Petrus filius Johannis, Paulus filius Ladislai et martinus Jobbagio eorum, causam ipsorum que per predictos filios Comitis Andree contra ipsos facta fuerat, examini et certamini predicti duelli tanquam si testes sicut contra predictos cognatos eorum produxissent uoluntarie submiserunt. Datum in Sar in quindenis sancti Georgy martyris. Anno domini M° CCC° decimo tercio.

Zárlatán kis barna pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gróf Festetics cs. ltban, »Castriferrei« 9. a.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 310 von 696

271.

1313. maj. 8. A nagyváradi convent előtt a Gútkeled nemzetségbeliek, a Káta, Csanád és Turul nemzetségekből választott békebíráik közbenjárására kibékülnek.

Nos Martinus prepositus et Conuentus sancti Stephani prothomartiris de promontorio Waradiensi Significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem quod magistris durug, et Iwachun, filijs Petri de genere Guthkeled pro se et pro Petro fratre ipsorum iuniori ab una parte. Johanne uero Nicolao, Leukus et Keleed, pro se et pro Conraldo fratre ipsorum ab altera, coram nobis personaliter constitutis, propositum extitit per eosdem, quod per amicabilem composicionem nobilium virorum infra scriptorum pauli scilicet filij Rofoyn, de genere Katha, Laurencij filij Thome de genere Chanad. Gregorij filij Laurencij de genere Turul, et Pangraci filij Thome, de genere Chanad, propter bonum pacis, et proximitatis interne dileccionis unionem taliter inter se fuisset ordinatum, quod de possessionibus et porcionibus possessionum filiorum Nicolai filij Durug, uidelicet medietate Hothaz, Demeter, Duruglesy et Chehy uocatis, super quibus lis fuisset susscitata coram K. palatino uentilata, ex diuisione sibi successis quas Johannes filius senior ipsius Nicolai pro diuersis nocumentis et malefactis agrauati amisisse dixerant (így) et durug, ac Iwahun, filij Petri easdem possessiones pro nocumentis eiusdem Johannis uendidissent et alienassent necessitate compulsi propter hoc, eisdem filijs Nicolai prenominatis de suis hereditatibus et porcionibus ne exheredes fierent, easdem possessiones infrascriptas scilicet Thamasy, Wyd, Monuros et figud uocatas, racione proximitatis dedissent et tradidissent, in recompensacionem et restauracionem predictarum possessionum alienatarum iure hereditario et irreuocabiliter possidendas. Tali condicione inter media, quod si qua parcium ad presens uel ad futurum premissa facta reuocare teneretur (így), aliquo modo, uinculo uel pena centum marcarum sine litis contestacione incurreret eo facto. Item omnia nocumenta in rerum

ablacione in inuasione domorum villarumque destruccione uulnerum effusione sanguinum (így) et Captiuacione personarum essent penitus sopita et extincta ac utrique parti condonata. Cum vero presentes reportate fuerint nostro sigillo pendenti muniemus datum in quindenis beati Georgij martiris Anno domini M° CCC° decimo tercio.

Hátlapján kerek pecsét nyomaival; eredetije Kraszna-Horkán, a gróf Andrássy cs. közös lvtban. 29. Közli: Nagy Gyula.

272.

1313. Buda, maj. 16. I. Károly király a Szepesi István s a magyar- és tótországi keresztesek főmestere között fönforgó ügyet elhalasztja.

Nos Karolus dei gracia Rex hungarie, damus pro memoria, quod causam, quam secundum continenciam priorum litterarum nostrarum comes Stephanus filius Elye de Scepus, pro quo Paulus hencul dictus, seruiens eiusdem cum litteris procuratorijs Capituli ecclesie beati Martini de eadem Scepus, conparuit contra Religiosum virum fratrem Reimundum magistrum cruciferorum domus hospitalis per vngariam et sclauoniam, qui personaliter aderat, in quindenis beati Georgy martiris, super villa Drauch uocata in nostri presencia speciali mouere intendebat, de uoluntate parcium ad exhibendum instrumenta et Jura super eadem possessione utriusque partis et ad finalem decisionem cause faciendam, sine iudicij grauamine statu priori cause permanente ad quindenas beati Michaelis archangeli proxime uenturas duximus prorogandam, tali modo, quod neutra parcium terminum predictum per intercessiones vel peticiones aliquas possit alteram anticipare, vel eciam preuenire, quod si qua parcium hoc non attendens facere presumpserit contra alteram pro conuicta habeatur. Datum Bude quarta feria proxima post octauas Inuencionis sancte crucis. Anno domini M° CCC° XIII°.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a Görgey cs. lban, 2. 8.

273.

1313. maj. 27. A veszprémi káptalan elött Ajkai Gilián, miután rokonai, Ajkai Lukács és János, az Ajkai Ehellös fiainak zálogba adott birtokrészt kiváltani nem akarták, az utóbiaknak elörökíti.

Nos magister p. prepositus et Capitulum Vesprimiensis ecclesie, memorie commendamus, quod Gylianus filius Petri de Eyka, coram nobis personaliter constitutus, a Lukachio filio Boltha et Johanne filio pauli de eadem Eyka cognatis suis propinquis in nostri presencia personaliter astantibus petiuit ymmo eosdem compellebat, vt quandam particulam terre sue mediantibus literis nostris Eyka et Olup filys Ehelley de predicta Eyka, qui personaliter aderant, pro sex marcis per ipsum pignory obligatam, cum eadem pecunie quantitate redimerent ab eisdem pro se perpetuo possidendam, aut si redimere nollent, eisdem filijs Ehelley perpetuaret pro sex marcis supradictis, qui quidem Lukachius et Johannes hoc audito dixerunt quod iuxta consuetudinem regni pariter et estimacionem proborum virorum eandem particulam terre a filijs Ehelley redimere vellent non sex marcis prehabitis quo audito idem Gylianus, ne in causa, quam dicti fily Ehelley racione ipsius particule terre redempcionis mouere intendebant contra ipsum vt dixerunt agrauetur, ipsam particulam terre sicut in predictis litteris nostris inpignorata extiterat, vt in eisdem habetur, ipsis filijs Ehelley pro antedictis sex marcis coram nobis perpetuo reliquit possidendam, promittendo insuper de alijs terris suis, si dicta particula terre memoratas sex marcas non valeret, eandem ampliare, ad valorem sex marcarum. supradictarum. Datum dominica proxima post festum ascensionis domini, Anno eiusdem M° CCC° XIII°.

Zárlatán pecsét romjaival, eredetije a Thaly cs. csepi lban.

274.

1313. maj. 28. Az esztergomi keresztesek conventje elött Gezöi Lörincz és társai birtokrészüket Sági Bede comesnek elzálogosítják.

Nos frater Nicolaus magister et vniuersi fratres Cruciferorum ecclesie sancti Regis Stephani de Strigonio damus pro memoria. Quod Laurencius filius Thome de Gezw ac ponyth filius petri, Nicolaus filius Andree nobiles de eadem Gezeu ad nostram personaliter accedendo presenciam dixerunt et confessi sunt quod quilibet ipsorum partim et priuatim de terra eorundem de sua porcione de ipsa terra Gezeu ad unum aratrum sufficientem cum suis utilitatibus et pertinencijs videlicet siluis terris arabilibus feneto sessionibus eciam alijs attinencijs iuxta consuetudinem regni aprobatam que faciunt tria aratra simul computando comiti Bedee filio Egidy nobili de Saag pro sex marcis fini argenti ab octauis pentecostes nunc uenturis usque ad reuolucionem trium annorum pignori obligasse tali condicione interiecta quod si ipsis tribus annis completis termino adueniente cum ipsis sex marcis redimere non curarent, extunc pro eysdem sex marcis ipsa terra ad tria aratra sufficiens cum suis utilitatibus et pertinencijs perpetuabitur comiti Bedee filio Egidy supradicto. Datum feria secunda proxima post ascensionem domini Anno eiusdem M° CCC° tredecimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 3.1 15. Közli: Óváry L.

275.

1313. maj. 29. Az erdélyi káptalan elött László erdélyi vajda és fiai Gregorfája és Veresegyháza nevü birtokaikat Kelnuki Dániel comesnek és fiainak szépmezei Küküllö vármegyei birtokával elcserélik.

Capitulum ecclesie beati Mychaelis archangeli Transsiluane. Omnibus xpi fidelibus presentem paginam inspecturis

salutem in omnium saluatore. Quoniam gesta temporum simul cum temporibus elabuntur, gestisque mortalium memoria obumbrata, obliuio plerumque nouercatur, prouida racio adinuenit scriptis perhempniter permansuris facta stabilire, que diurnitatem (igy) expetunt, et inmutabilem firmitatem postulant et requirunt proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire. Quod constitutis coram nobis magnifico uiro Ladizlao Woyuoda Transiluano et comite de Zounuk, pro se et Ladizlao ac alio Ladizlao filijs suis a parte vna et comite daniele filio Chel de Kelnuk similiter pro se et Nicolao ac Mychaele filijs suis, ac Nicolao filio comitis Salomonis pro se, patre suo et Mychaele fratre eius, ex altera ydem Ladizlaus Woyuoda et Comes Daniel ac Nicolaus super quibusdam terris seu possessionibus suis infranominatis concambium seu permutacionem huiusmodi inter ipsos se fecisse et celebrasse sunt confessi et coram nobis celebrauerunt in hunc modum dictus scilicet Ladizlaus Woyuoda quasdam terras seu possessiones suas, vnam scilicet Gregorfaya uocatam, cuius medietatem a Tyuan homine sine herede decedente dixit ad eum legitime esse deuolutam, de qua quartam Margarete et Scolastice filiabus eiusdem Tyuan iure nature debitam pro duodecim marcis fini argenti emit, sicut eedem domine filie Tyuan coram nobis constitute ipsam quartam earum confesse sunt ipsi Ladizlao Woyuode pro ipsis duodecim marcis uendidisse, quas quidem duodecim marcas prefatus Comes Daniel et Nicolaus filius salomonis fratris eiusdem eisdem dominabus plenarie persoluerunt coram nobis. Obligantesque eedem domine ab omnibus racione dicte quarte processu temporum ipsum Ladizlaum Woyuodam uel heredes suos inpetere uel inquietare uolentibus proprijs laboribus et expensis expedire, et in pacifica possessione dicte quarte indefesse conseruare, alia autem medietas ipsius terre Gregorfaya ad ipsum Ladizlaum Woyuodam pro iusto iudicio suo deuenisset, sicut idem Ladizlaus Woyuoda est confessus. Item aliam terram seu possessionem suam Vereseghaz uocatam in Zekes existentes, cum omnibus utilitatibus, et vniuersis attinencijs earundem sub eisdem metis antiquis et terminis, prout per ipsum Ladizlaum Woyuodam habite extiterunt et

possesse, dedit tradidit et contulit dictis Comiti Danieli et Nicolao filio salomonis, et per eos eorum heredibus, heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas tenendas pacifice et habendas. Quarum quidem terrarum Gregorfaya et Veresyghaz prout per magistrum Stephanum Castellanum de Kechkes, terra Gregorfaya, et magistrum Johannem dictum Nakas Castellanum de Eguruar terra Veresyghaz coram homine nostro magistro Elya Archidiacono de hunad ipsi Comiti danieli et salomoni fratri suo et filijs eorum vice et nomine dicti Ladizlai Woyuode statute sunt mete taliter distinguntur atque currunt, prima videlicet meta dicte terre Gregorfaya incipit circa Spreng in monte ubi sunt tres mete terree, quarum vna diuidit ad terram Gregorfaya, alia a parte terre Spreng, et tercia a terra Ringerkerh que nunc est Alardi dicti Jung, deinde uadit in Berch et perueniet ad duas metas terreas, quarum una diuidit a parte ipsius terre Gregorfaya, et alia a terra Ryngerkerh, abhinc tendit in eodem Berch ad duas metas terreas, quarum similiter una diuidit a terra Gregorfaya et alia a terra Ryngerkerh, post hec uadit in eodem berch, perueniet ad tres metas antiquas, quarum una distingit a terra Gregorfaya alia a terra Ryngerkerh, et tercia a terra Capituli ecclesie scilicet beati Mychaelis. Kohna uocata, inde tendit in eodem Berch, per binas et binas metas in tribus locis existentes, quarum vna diuidit semper a terra Gregorfaya et alia a terra Kohna, post hec uadit et perueniet ad tres metas terreas, quarum una diuidit ad terram Gregorfaya, alia a terra Kohna, et tercia a terra filiorum pouka Cheuturu uocata, abhinc currit in eodem berch, uersus orientem per crebras binas et binas metas terreas in viginti duobus locis existentes, quarum una semper diuidit ad terram Veresyghaz et alia ad terram filiorum pouka, deinde uadit et transit per unum pratum perueniet ad tres metas terreas in fine vnius montis, quarum vna distingit ad terram Veresyghaz alia a terra filiorum pouka, et tercia a terra nobilium de Gald, ab hinc tendit et ueniet ad unam metam in colle existentem, que diuidit inter terram Veresyghaz et terram nobilium de Gald, deinde tendit et transit per fluuium Zekes, perveniet ad duas metas terreas, que sunt circa magnam viam, inde currit

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 316 von 696

in latere vnius berch siue montis perueniet a parte occidentis ad finem vnius silue ad duas metas terreas in cacumine montis positas quarum vna diuidit a terra Veresyghaz, et alia a terra Chergoud nobilium de Gyog, inde tendit in berch uersus occidentem ueniet ad duas metas, quarum vna diuidit a terra Veresyghaz, et alia a terra Chergoud, abhinc currit in eodem berch, perueniet ad tres metas quarum vna distingit a terra Veresyghaz alia ab ipsa terra Chergoud nobilium de Gyog, et tercia a terra Chergoud capituli scilicet ecclesie beati Michaelis inde egreditur et uadit ad unam metam in cacumine montis, deinde currit iterato ad unam metam similiter in cacumine montis existentem, et post hec eundo uersus occidentem in eodem berch perueniet ad tres metas quarum una diuidit ad terram Vereseghaz, alia ab ipsa terra Chergoud Capituli, et tercia a terra Blasy filij herbordi, deinde tendit infra de eodem berch uersus occidentem per crebras binas metas uersus locum bozkosar uocatum, abhinc reflectitur uersus septentrionem per crebras binas metas uadit usque ad unum montem hygysholm uocatum in quo sunt tres mete, quarum una est meta Zekes ad terram Veresyghaz diuidens aliam Comes Blasius dixit esse suam, et terciam filij Andree de Gyog dixerunt esse metam eorum, sicut homo noster magister Elyas nobis retulit, deinde ueniet infra de dicto berch uersus occidentem ad fluuium Soustou uocatum, et inde per eundem soustou in meatu eiusdem uadit usque ad fluuium Kukullu ubi terminatur, et ex alia parte diuidit fluuium Zekes inter terram Veresyghaz et terram Episcopalem Locryd uocatam et terras aliorum, inde a fluuio Zekes egreditur supra uersus partem meridionalem, uadit in eodem fluuio Zekes usque ad Zynpotoka, et in dicto fluuio Zynpotoka uadit supra usque ad tres metas prius nominatas, ibique terminatur. In quarum quidem terrarum Gregorfaya et Veresyghaz Concambium econuerso idem Comes Daniel nomine suo et filiorum suorum, ac Nicolaus nomine suo et Salomonis patris sui et fratris quandam terram seu possessionem suam empticiam scepmezeu uocatam in Comitatu de Kukullu existentem, similiter cum omnibus utilitatibus suis et uniuersis pertinencijs eiusdem, sub eisdem metis antiquis et terminis quibus ydem

Comes Daniel et Salomon frater suus, ac antecessores sui tenuerunt et possederunt ab antiquo, dederunt tradiderunt et statuerunt dicto Ladizlao Woyuode et per ipsum eius heredibus modo simili iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam tenendam pacifice et habendam. Assumentes et obligantes se ydem Ladizlaus Woyuoda et ComesDaniel ac Nicolaus pro se filijs et fratribus suis. Vt quicunque dictas terras Gregorfaya et Vereseghaz per ipsum Ladizlaum Woyuodam ipsis Comiti Danieli et Nicolao ac eorum heredibus datas et assignatas et econuerso ipsam terram Scepmezeu per ipsos Comitem Danielem et Salomonem fratrem suum ac filios eorundem ipsi Ladizlao Woyuode assignatam atque datam per concambium processu temporum inpediret, pars alia teneretur proprijs laboribus et expensis partem inpeditam per omnia expedire, et in pacifica possessione dictarum terrarum indefesse conseruare. Item partes assumpserunt et obligauerunt se priuilegia seu instrumenta sua quibus mediantibus predictas terras habuerunt et possederunt mutuo sibi inuicem reddere et restituere ad seruandum uel ad cassandum. Tali obligacione interiecta, quod si qua pars priuilegia seu instrumenta sua parti alteri non restitueret, quandocunque et vbicunque coram quouis Judice per aliquam partem ad inpetendum partem alteram exponerentur, cassa essent et inania et uiribus carerent et nullius prorsus existerent firmitatis, sicut partes ad hoc uoluntarie coram nobis se obligarunt. Vt igitur predicte permutaciones terrarum supradictarum coram nobis facte robur optineant perpetue firmitatis, nec tractu temporis per quempiam possint inmutari aut in irritum reuocari ad instanciam et peticionem vtriusque partis litteras nostras presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas, datum tercia feria proxima post festum ascensiõnis domini. Anno eiusdem M° CCC° Tredecimo. Gregorio preposito, Thoma cantore Vincencio custode. Benedicto plebano de Cluswar decano ecclesie existentibus.

Ép függő pecséttel ; eredetije az orsz. ltv. kincst. oszt. Transilv. 12. 9. Vesd össze : Fejér i. m. VIII. 1. 497. Közli : Óváry L.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 318 von 696

276.

1313. máj. — A pécsi káptalan előtt Siklósi Péter, Baranya vármegyei főispán, több rendbeli hatalmaskodásért engesztelő díjúl az Alma folyó mellett Baranya vármegyében Szentegyed birtokot két falujával és Makófalvát Viszlai Jakabnak birtokába bocsátja.

Ladyzlaus prepositus et capitulum ecclesie quinqueecclesiensis, omnibus xpi fidelibus presentibus pariter et futuris presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniversorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire. Quod nobilis vir magister petrus Comes de Barana filius Comitis Nicolai filij Jule de Suklous ab vna parte, et magister Jacobus filius Comitis Dabramer de Vyzlau vnacum istis seruientibus suis videlicet Comite Ayan, et Sampsone filio eiusdem, ac Stephano filio Andronici nobilibus de Lody, petro filio Gregorij de Ruasdy, Laurencio filio Ledey ab altera in nostri presencia personaliter constituti proposuerunt oraculo viue vocis. Quod cum idem magister petrus in via publica que procedit inter Suklous et Castrum de harsan cum quibusdam seruientibus suis cohabitaret, predicti seruientes magistri Jacobi cum alijs socijs eorum sibi obuiantes, non ex feruore preconcepte ire, sed ex casu de uerbo ad uerba uenientes discordia inter eos mota extitisset, et ex eisdem seruientibus dicti magistri Jacobi Johannes filius comitis Ayan antedicti et Vycen filius Berke de Mereney ibidem interempti Sampson frater dicti Johannis in collo sagita sauciatus prenotatus stephanus in humeris gladio percussus prefatus Petrus de Ruasdi in capite similiter gladio ictus et Laurencius filius ledey prenotatus per medium sagitatus uulnerati extitissent, et alij seruientes eiusdem magistri Jacobi captiuati. Ne igitur inter eosdem magistros petrum comitem de Barana et Jacobum conpatrem suum maior discordia oriretur, destrucciones dampna et alia mala peiora prioribus committerentur inter eos, mediantibus procuratoribus et conponentibus probis viris taliter inter se concordassent, seu in talem pacis de-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 319 von 696

uenissent vnionem. Quod prememoratus magister petrus pro morte Johannis et Vicen prefatorum et pro wlneribus predictorum ac captiuacione aliorum sociorum eorundem seruientum magistri Jacobi prenotati necnon propria iniuria eiusdem magistri Jacobi de possessione sua in comitatu de Barana, iuxta fluuium Alma existente Zenthegyd uocata cum duabus villis Zenthegyd uocata in qua est ecclesia lapidea ad honorem sancti Egydij constructa et alia villa Mokoufolua uocata, ac alijs sitibus villarum necnon aliis vtilitatibus et pertinencijs vniuersis presentibus honorabilibus viris domino dyonisio preposito Sancti Johannis et magistro Nicolao quondam decano socijs et concanonicis nostris ad hoc specialiter rogatis et per nos transmissis, ad estimacionem seu ad ualorem centum marcarum cum mensura regali iuxta regni consuetudinem ab antiquo approbatam distinctam separatam et certis metis limitatam et vallatam prout inferius cursus ipsarum metarum exprimentur dedisset assignasset et contulisset predicto magistro Jakobo filio dabramer iure perpetuo irreuocabiliter et irretractabiliter per eum et per suos heredes heredumque suorum successores possidendam habendam pariter et tenendam. Sub tali pena seu obligacione mediante quod prenominatum magistrum Jacobum et eius successores in dicta possessione idem magister petrus et sui heredes contra omnes litigantes conseruare et ab omnibus inquietare aut molestare racione prenotate possessionis uolentibus, expedire et defensare tenerentur proprijs laboribus et expensis. Alioquin idem magister petrus et sui heredes de possesionibus suis in Barana existentibus in quantitate qualitate et valore tantundem (így) dare assignare et inperpetuare tenerentur magistro Jacobo et suis heredibus antedictis. Cuius quidem terre prima meta incipit super quendam riuulum qui progreditur a quodam fluuio Karan dicto et incidit in eundem faciendo paruam insulam, que remanet extra metas super arborem Egerfa dictam vbi sunt due mete terree, ab hinc ascendit uersus orientem super quendam monticulam (így) et transit per quandam siluam proprie (így) finem exeundo de eadem silua in latere ipsius silue a plaga orientis sunt due mete terree in quarum vna est arbor pirus a parte septemptrionis remanet magistro petro antedicto alia uero in qua sunt due

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 320 von 696

arbores Kerkus a parte meridionali separat magistro Jacobo prenotato. Deinde uadit directo meatu uersus orientem per vnam magnam vallem in vicinitate eiusdem magistri petri Remanente porcione ipsius magistri petri uersus septemptrionem transit in montem de ipsa valle in cuius cacumine sunt due mete terree in quarum vna uersus porcionem dicti magistri Jacobi sunt tres arbores surgentes de una radice Gertanfa dicte, altera uero est terrea a parte porcionis magistri petri. Abhinc adhuc eundo uersus orientem uadit ad quandam viam magnam, et transeundo ipsam viam intrat in quandam siluam satis in competenti spacio et ibi sunt tres mete angulares et contigue terrestres in quarum vna a plaga septemptrionali est arbor Gertanfa dicta que separat a porcione magistri petri antedicti, in alia uero que est a parte orientali est arbor tilie magna ibique vicinatur terre Johannis filij petri Euz dicti qui ibi personaliter existens in nullo contradixit Inde . . . . . arbor magna hangas Byk uocata remanet magistro Jacobo supradicto abhinc declinat uersus meridiem in vicinitate dicti magistri Johannis uadit in eadem silua in magno spacio eundo de ipsa silua in latere eiusdem silve a plaga occidentali sunt due mete in fine terrarum arabilium exeuncium de quadam ualle quarum vna est meta terrea in alia sunt due arbores Illicis est vna arbor altera tilie ibi terra magistri Jacobi uersus occidentem remanente. Deinde adhuc in vicinitate eiusdem Johannis eundo versus meridiem itur ad quandam terram Zemere nuncupatam, et ibi iuxta quandam viam magnam uersus septemptrionem sunt due mete terree in quibus sunt arbores cerasarum. Abinde adhuc procedit uersus meridiem circa quoddam nemus satis in competenti spacio. In cuius nemoris latere sunt due mete terree in quarum vna versus porcionem magistri Jacobi est magna arbor ceraseus que est cruce signata. In alia uero a parte dicti Johannis est arbor Ihorfa uocata, eundo adhuc uersus meridiem circa idem nemus in fine terrarum arabilium sunt due mete terree Abhinc transit per quoddam nemus adhuc uersus meridiem ad unam viam vbi sunt due mete terree a plaga septemptrionis, eundo itaque versus meridiem in quodam nemore exeundo de eodem in fine sunt due mete terree Eundo adhuc uersus meridiem in

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 321 von 696

terris arabilibus ad indagines In quibus sunt due mete in quarum una est Ihorpha dicta a parte terree (így) magistri Jacobi antedicti. Deinde descendit ad vnam viam ubi sunt due mete in quarum vna est arbor pirus uersus terram magistri Jacobi in alia dumus wlgariter Gyumulchen dictus. Eundo itaque uersus meridiem cadit in fluuium Alma dictum in quo fluuio per medium cursus metarum uadit satis in magno spacio uersus occidentem ad fluuium Karan dictum et ibi declinat uersus septemptrionem et in medio aluei ipsius fluuij Karan contra cursum eius uadit et iungitur ad prenotatas principales metas. In quarum vna ut premittitur est arbor Egurfa dicta ibique terminatur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Actum Anno domini M° CCC° Tredecimo. Mense may. Magistris Nicolao Cantore, Laurencio Custode. Demetrio decano Ceterisque quampluribus ibidem existentibus. Datum per manus discreti viri magistri Endree lectoris quinqueecclesiensis.

Ép függő pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1597. 17. Megvan a pécsi káptalannak 1343. évi átiratában is a hédervári lban. Az eredetiről közli: Óváry L.

277.

1313. jun. 5. A vasvári káptalan előtt Nemti Miklós torvaji birtokát Hidvégi András comesnek örökül felvallja.

Nos Capitulum ecclesie sancti Michaelis de Castroferreo, significamus quibus expedit tenore presencium Vniuersis, quod uidimus in litteris nostris priuilegialibus contineri, quod Nicolaus filius Buda de Nemhti tunc temporis coram nobis constitutus terram suam Torwoy uocatam vsui trium aratrorum sufficientem a domino suo Johanne Bano, sibi collatam uendiderat Comiti Andre filio Endree, de Hydweg pro decem marcis latorum denariorum plenarie receptorum . . . . . eodem per se, et per suos heredes, heredumque suorum successores pacifice possidendam Cuius terre vendicioni, sicut Paulus filius Stephani, empcioni Consensum prebuerat, ita eciam do-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 322 von 696

minicus filius Pauli predicti, consensum prebuit et assensum coram nobis per omnia liberalem, et quam primum presentes nobis reportate fuerint nostrum priuilegium filijs Endere exinde conferemus, datum feria tercia proxima post festum pentecostes Anno domini Millesimo CCC⁰ decimo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen, a gróf Festetics cs. lvtban, »Castriferrei« 10.

278.

1313. jun. 14. A nyitrai káptalan bizonyítja, hogy a Hunt-Pázmán nemzetségből való Miklós Túr Hont vármegyei birtokát a Kachuch nemzetségből való Simontól a kitüzött határidöben ki nem váltotta.

Uniuersis Xpi fidelibus presentem paginam inspecturis Capitulum Ecclesie Nitriensis, salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire. Quod cum iuxta tenorem priuilegij sub sigillo nostro autentico prius emanati. Comes Nicolaus filius Comitis Ders de genere hunthpaznan pro redempcione possessionis seu terre sue tocius Thur nuncupate in Comitatu hunthensi existentis in octaua festiuitatis penthecostes que est Anno domini M⁰ CCC⁰ xiij magistro Symoni filio Comitis Mikaelis de genere Kachuch trecentas marcas partem in denarys partem vero in exstimacione condigna soluere debuisset, adueniente termino redempcionis predicte possessionis Tur, idem Comes Nicolaus filius Comitis Ters (így) non venit nec misit redimere possessionem suam prenotatam nec soluere trecentas marcas memoratas, eodem magistro Symone quatuor diebus continuis coram nobis legitime expectante, Inspeximus eciam contineri in priuilegio prenotato vt si in prefixa octaua Penthecostes antefatus Comes Nicolaus ipsam possessionem suam Thur non redemerit duplo earundem trecentarum marcarum eidem magistro Symoni teneri debuisset, hoc eciam interserto, quod si eundem Comitem Nicolaum filium Comitis Ters ante terminum redempcionis pretitulate possessionis Thur vyam uniuerse carnis ingredi contigisset et de linea sue generacionis

proxime sibi adherentes in prescripto termino eandem possessionem Thur redimere non curassent vel nequiuissent extunc uigore et auctoritate priuilegij prescripti pro principali pecunia et duplo, eidem magistro Symoni heredum eiusdem per heredes ipsa possessio Thur cum omnibus attinencijs et vniuersis vtilitatibus eiusdem, nota et uisa est perpetualiter possidenda semper et habenda, quem ad modum sepe dictus Comes Nicolaus personaliter astando tempore obligacionis possessionis Thur ad id se firmiter obligarat. Intelleximus eciam in eodem priuilegio quod super perpetuacione ipsius possessionis Thur ipsi magistro Simoni reportato nobis priuilegio Super premissa obligacione prius emanato aliud par priuilegij nostri emanari faceremus nos igitur omnia premissa et singula premissorum super obligacione huiuscemodi attendentes, ad robur et firmitatem perpetuacionis antefate possessionis Thur nostrum priuilegium eidem magistro Symoni fecimus emanari. In cuius rei memoriam et perpetue stabilitatis fulcimentum presentes litteras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum quinto die octavarum penthecostes. Anno domini M° CCC° tredecimo, per manus discreti viri magistri Clementis Lectoris ecclesie nostre.

Függő pecsét nyomaival, alól metszett betükkel; eredetije a M. Tud. Akadémia könyvtárában. Közli: Kovács N.

279.

1313. jun. 17. A nyitrai káptalan előtt Csehi János Berencs Nyitra vármegyei birtokát Bugárfi Mártonnak elörökíti.

Conventus Cruciferorum domus Hospitalis ecclesie Sancti Regis Stephani de Strigonio omnibus xpi fidelibus presentem paginam intuentibus salutem in eo qui est omnibus vera salus. Ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus pervenire. Quod Johannes dictus de Csehy ab una magister Martinus filius Bugar parte ex altera coram nobis personaliter constituti. Idem Johannes oraculo vive vocis est confessus quod terram suam Berench vocatam circa terram Thome et nicolai fratrum Er-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 324 von 696

deus existentem in comitatu Nitriensi et circa fluuium Nitrie adiacentem cum omnibus utilitatibus suis prout idem tenuit et possedit prefato magistro Martino et per ipsum suis heredibus, pro quadraginta marcis argenti mercimonialis plene habitis receptis vendidisse statuisse et assignasse iure perpetuo et irrevocabiliter, possidendam tenendam pariter et habendam nullum ius, seu dominium in eadem pro se reservando. Insuper idem Johannes, tam per se quam per suos, firmiter assumpsit et solemniter obligavit prefatum magistrum martinum et suas posteritates, in dicta terra seu possessione modo premisso vendita pacifice tenere et conseruare nec non ab omnibus racione dicte terre molestare volentibus suis laboribus propriis liberare et expensis expedire. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem, ad instanciam et peticionem parcium predictarum nostras literas privilegiales, sigilli nostri munimine duximus concedendas. Datum in quindenis Penthecostes. Anno domini M° CCC° XIII°.

Eredetije a nyitrai káptalan lvban. 4. 26.

280.

1313. jun. 20. A nyitrai káptalan előtt Vadasfi Sándor kápolnai nemes a vejének kis-paachi birtokán és a leányán s unokáin elkövetett hatalmaskodást felsorolja.

Nos Capitulum ecclesie nitriensis. Damus pro memoria. Quod Comes Alexander filius Wodos nobilis de Capulna vnacum filio suo Alexandro in nostri presencia personaliter constitutus, dixit protestando quod cum Georgius filius Geun de parwa paach gener suus condam maritus filie sue domine Lilim viam vniuerse carnis fuisset ingressus Matheus dictus Barbatus serviens Comitis Chomoz cum suis complicibus potencialiter ad predictam possessionem parwam paach Georgij prenominati veniendo ipsam dominam Lilim filiam suam relictam predicti Georgij et Johannem filium eiusdem, ac Elizabeth filiam ipsius gladijs euaginatis iniuste et indebite affugasset ac res ipsius domine abstulisset et eandem dominam Lylim filium suum et filiam persequendo et per fluuium peleua trans-

eundo idem Johannes filius eiusdem Georgij in tantum submersus in ipsa aqua extitisset, vt per ipsam submersionem postquam de predicta aqua resilisset, mox expirasset, et adhuc Elizabeth prenominata filia ipsius Georgij per ipsam submersionem esset in magno langore infirmitatis, et a die stregnarum (így) anni presentis in recipiendo res predicte domine et in percipiendo vsus et vtilitates prehabite possessionis parue paach Georgij eidem Domine Lylim dampnum sexaginta marcarum intulisset Matheus Barbatus memoratus et hec premissa et singula premissorum Nicolaus sacerdos de fonchol personaliter astando asseruit voce viua fore facta. Datum feria quarta proxima post festum sanctorum Geruasi et prothasi martirum. Anno domini M° CCC° tredecimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 325. 9. Közli: Óváry L.

281.

1313. Gyulamonostor, jun. 20. I. Károly király a Gútkeled nemzetségből származott Kis Kozma comesnek, miután fia a harczban elesett, megengedi, hogy javairól szabadon rendelkezhessék.

Nos Karolus dei gracia Rex hungarie memorie comendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis. Quod cum indultum a Jure beneficium non sit alicui auferendum ex (cuius) mente colligitur quod vnus quisque de Jure suo ordinare et donare possit pro sue libito voluntatis et Jura exequi obsequium deo prestare censeatur. Nos qui ex officio suscepti regiminis nostri Jura exequi et quemlibet in Jure sibi competenti et maxime illos quorum fratres uel filij fidelitatis seruicia regie Corone nostre exhibendo mortis casum exceperunt conseruare teneamur. Attendentes itaque fidelium seruiciorum merita Comitis Cosme parui de genere Gutkeled dilecti et fidelis nostri quibus nobis in multis nostris expedicionibus et agendis studuit multipliciter complacere et specialiter in conflictu (quem) anno proxime preterito magister Matheus palatinus et magister demetrius filius Nicolai ac filij

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 326 von 696

Omodei palatini contra nostram regiam maiestatem mouerunt, in congressu certaminis magister Iwanka filius eiusdem Comitis Cosme viriliter dimicans mortis legem pro fidelitate nostre regie corone ex . . . . . (fi)delibus seruicijs suis igitur et pro morte eiusdem filij sui de regie benignitatis misericordia . . . . (favorab)iliter inclinati eidem comiti Cosme duximus concedendum et pariter annuendum quod (idem comes) Cosmas uniuersas possessiones suas tam hereditarias quam empticias et eciam acquisitas uel quocunque alio titulo ipsum contingentes vbicunque in regno nostro existentes, cuicunque vel quibuscunque widelicet ecclesie uel ecclesijs filiabus nepotibus uel neptibus suis dedisset et contulisset uel dare et conferre in vita sua adhuc uoluerit liberam habeat dandi et donandi facultatem, ratum et firmum habentes quicquid idem Comes Cosmas de possessionibus suis ordinauit et donauit, aut in futurum ordinauerit et donauerit de nostre regie maiestatis gracia speciali annuentes. Datum, in Julamonastra circa album fluuium Crys, feria quarta proxima post quindenas penthecostes. Anno domini M° CCC° XIII°.

Hátlapján nagy pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1534. 22. Közli: Óváry L.

282.

1313. jun. 20. A vasvári káptalan előtt András fia Dénes és a karátföldi nemesek, a föntebbi 270. sz. a. bíróilag elrendelt bajvívástól elállanak.

Nos Capitulum ecclesie beati Michaelis de Castroferreo presentes litteras damus pro memoria quod magister Dyonisius filius Andree filij Chapo ab una parte pro se et pro Ladislao fratre suo, Hoda filius Farkassy, petrus filius Johannis, Jacobus et Stephanus filij Benedicti pro se et pro Thoma fratre eorum, Item Johannes et Finta filij Emerici, pro se et pro Nicolao fratre ipsorum, Martinus filius Benedicti, Paulus filius Ladislai, Mychael et Paulus, filij Gede, nobiles de Corlathfelde, ab altera, coram nobis personaliter constituti super vniuersis causis suis actenus hinc et inde

motis, et specialiter super facto duelli quod contra inuicem coram magistro Nicolao in octauis beati Johannis baptiste habebant, ad plene pacis dixerunt se deuenisse vnionem, et sic omnes cause inter ipsos ventilate, sunt sedate et sopite, tali condicione interiecta, quod si lapsu temporis parcium aliqua lites seu quescionis materiam super causis preteritis excitare uoluerit, in quadraginta marcis contra partem alteram, hanc pacem et vnionem, obseruanti (így) conuincetur. Datum feria quarta proxima ante octauas corporis xpi. Anno domini Millesimo Trecentesimo tercio decimo. Judicem autem et pristaldum partes placabunt in communi.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen, a gróf Festetics cs. ltban, »Castriferrei« 10. a.

283.

1313. Gyulamonostor, jun. 22. I. Károly király Kopasz nádor kérésére Szinna birtokot Ung vármegyében Pánki Jakab comesnek visszaadja.

Nos Karolus dei gracia rex hungarie, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis Quod licet nos quandam possessionem Sanna uocatam in comitatu Vugh existentem comitis Jacobi de panky propter suos excessus quos contra nostram maiestatem incedendo commissos (így) alienaueramus et laurencio filio Andree propter meritoria seruicia eiusdem nobis inpensa contuleramus, tamen ad presens ad peticionem Kopaz palatini dilecti et fidelis nostri auferendo ab eodem Andrea et predicto Comiti Jacobo et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus de nostra gracia speciali reddidimus et restituimus pleno iure ipsam possessionem possidendam tenendam pariter et habendam et ad ipsam possessionem restituendam magistrum Cosmam fidelem et familiarem Juuenem aule nostre duximus destinandum. Datum Jula monustura feria sexta proxima ante festum beati Johannis baptiste. Anno domini M° CCC° Tredecimo.

Hátlapján pecsét nyomával; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1723. 31. Meg van a leleszi conventnek 1367-ki átiratában is, Vörösvártt. Az eredetiről közli: Óváry L.

284.

1313. Pozsony, jun. 24. Detre Pozony vármegye főispánja és bírótársai előtt Pozsony városa és az ausztriai szentkereszti apátság a Prácsa mellett lévő erdei vitás terület fölött egy választott bíróság előtt kiegyeznek.

Nos Ditricus Marschalcus Illustris Ducis Austrie et Comes Posoniensis, Ditricus, quoque curialis Comes siue Castellanus eiusdem Loci, quatuor eciam iudices a domino Rege vngarie deputati ad negocium infra scriptum, Petrus videlicet de Guthur, Andreas de Churle Stephanus filius Stephani et Liopoldus de Paka memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem quod viro domino amabili fratre Johanne abbate Monasterij sancte Crucis in Austria, cum fratribus sui conuentus ab vna parte Hertlino iudice de Posonio, Hambotone et Jacobo quondam iudice cum duodecim iuratis ciuibus eiusdem ciuitatis ab altera coram nobis personaliter constitutis, sunt confessi oraculo viue uocis, quod licet suscitata fuisset materia quescionis sive litis inter ipsos super quadam silua, que a superiori parte vinearum de Weinnarn siue Paratschan iacere dinoscitur, ac super metas eiusdem possessionis Weinnarn siue Paratschan predicte, dicto monasterio et Conuentui pertinente et diu inter se huiusmodi quescio fuisset ventilata, ad ultimum tamen mediantibus probis viris propter bonum concordie siue pacis, ac perpetue vnionis, in nostri presencia ad talem concordie vnionem deuenerunt, quod ambe partes ad arbitrium, et iuramenta trium virorum prouidorum et fide dignorum circa quinquaginta annos habencium ex vna parte ex alia uero parte similiter ad arbitrium trium virorum et iuramenta totidem annos habencium, quescionem siue litem predictam dimiserunt omnino et finaliter relinquerunt, qui arbitri in nostra comparendo et astando presencia, pari consensu et vnanimi voluntate prestito iuramento dixerunt in hunc modum, quod silua supradicta ad antedictam possessionem Weinnarn siue Parathschan de iure et ueritate pertineret. Metas uero eiusdem Possessionis silue

predicte et vicinos sub dicto iuramento taliter siue hiis nominibus concorditer nominarunt quod a plaga septemtrionali ex omni parte sui esset vicina possessio Thome filij Abrahe de Sancto Georio (így) et a plaga meridionali similiter ex omni parte sui villa Retschendorf ac Akoli ex hec esset Latitudo ipsius possessionis, per longitudinem vero dixerunt transire metas sepedicte possessionis sev silue vsque ad uiam Mitterwech sive Chalchwech, quod ungarice dicitur G u z a p e n w a l o u t e t e n m e z e n s c h e n u t e t, et ibidem sub eisdem iuramentis metas eiusdem possessionis terminari Super quo peticionem utrarumque parcium pari consensu et vnanimi voluntate contentarum de terminis et metis prius assignatis in predicta possessione nostras litteras privilegiales et patentes sigillis nostris sigillorum quoque quatuor iudicum prescriptorum a domino rege vngarie Comicie Posoniensi pro presenti negocio et quibuslibet aliis agendis deputatorum consignatas duximus concedendas Datum in Posonio Anno ab incarnacione domini Millesimo Trecentesimo XIII°. In natiuitate beati Johannis baptiste.

Hártyaszalagokon függő négy ép pecséttel és két függő pecsét nyomaival ; eredetije Pozsony város lban, 15. 3.

285.

1313. jul. 1. Miklós tárnok a veszprémi káptalannak jelentését az Ajkai Gilian és Boltha fiai közötti birtokfelosztásról, átírja és megerösíti.

Nos Nicolaus magister Thauarnicorum domini Regis memorie commendantes Significamus vniuersis. Quod agentibus in figura Iudici coram nobis Gyliano de Ayka, ex una parte, filys Boltha et filijs pauli de eadem Ayka ab altera, et requirentibus in terra Ayka, suas diuisiones, receptis ad hec mediantibus nostris litteris prioribus testimonio Capituli Vesprimiensis, Comitibusque Joulath et Bors ac Stephano de Ayka, hominibus nostris, visis litteris ipsius Capituli, ex diuisione facta, per eosdem viros inter partes prescriptis partibus con-

corditer in nostri presencia astantibus, et ipsam diuisionem vnanimi voluntate assumptam recitantibus, vigore presencium duximus eandem roborandam. Nam tenor litterarum antedicti Capituli talis est. Magnifico viro et honesto Nicolao magistro Thauarnicorum domini regis Capitulum ecclesie Vesprimiensis paratum se in omni genere mandatorum receptis litteris magnificencie vestre iuxta earundem continenciam, ad videndum divisionem, que secundum tenorem premissarum litterarum magnificencie vestre feria sexta proxima post festum natiuitatis beati Johannis Baptiste iam preterita, inter Gylianum de Ayka, ex una parte et filios Boltha ac filios pauli de eadem ab altera, in possessionibus eorum in terra Ayka habitis, coram homine nostro per Jolath et Bors, comites de Zurchuk ac Comitem Stephanum de predicta Ayka fieri debeat Mathyam sacerdotem et prebendarium Chori nostri, pro testimonio transmisimus, qui postmodum vno ex predictis tribus nobilibus hominibus vestris Comite Stephano de Ayka, ad nos reuersus, presentibus vtrisque partibus, coram ipso Comite Stephano homine vestro eodem eciam affirmante premisse diuisionis seriem, in hunc modum fuisse nobis recitauit quomodo sabbatto proximo ante octauas natiuitatis beati Johannis Baptiste ipso presente memorati Jolath et Stephanus de Ayka homines vestri predicto Comite Bors absente vniuersas possessiones, predictorum Gyliani et filiorum Boltha ac filiorum pauli, in terra Ayka habitas vtrisque partibus, ibidem personaliter existentibus, cum earum vtilitatibus reambulando diuisissent, ad duas partes pares et equales, per tales metas distinguendo. Quod incipit vt dicit a quodam molendino filiorum Jhonis de eadem Ayka, in fluuio Torna habito, et per vnam semitam tendit ad magnam viam versus orientem, que magna via transit per medium dicte ville Ayka, per eandem plagam, et procedendo in spacio competenti, in eadem via, exit de ipsa via versus meridiem et quandam siluam Erezteuem uocatam, prope locum dedefelde vacatum, per medium scindendo vadit ad magnam arborem piri, et deinde directe per eandem partem uadit ad quandam arborem wlgariter Niarfa uocatam, ibique terminatur, quarum vna pars videlicet septemtrionalis cessisset prenotato Giliano, pars vero meridionalis cessis-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 331 von 696

set filijs Boltha et pauli supradictis. Item vnum molendinum ipsorum quod nunc in dicto fluuio Torna decurrere dicitur communiter eedem partes habuissent, locus antem molendini Elye mona vocati cessisset filijs predictis filijs Boltha (így) et filijs pauli, alter uero locus molendini supra ipsum locum molendini habitus cessisset Gyliano memorato, dixit eciam idem homo noster, quod vnam particulam terre per memoratum Gilianum, Olup et Ayka de Ayka impignoratam numero XL. iugera terre, et si non essent tot iugera, ipse Gylianus de alijs terris suis supplere assumpsisset, dicti homines nostri estimassent in tribus marcis, et predictis filiis Boltha et pauli statuissent, ad redimendum, quibus id pre alijs eodem Gyliano redimere non valente de iure cum placebat. Datum in octavis natiuitatis beati Jhonis Baptiste. Anno domini M° CCC° X°. tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Thaly cs. lvban. Közli: Kovács N.

286.

1313. Pécs, jul. 4. Péter pécsi püspök Óvári Jakabot meg nem jelenése miatt nővére Kata részére bírságban marasztalja.

Nos C (így) Petrus miseracione diuina Episcopus Quinqueecclesiensis damus pro memoria. Quod cum iuxta formam litterarum nostrarum memorialium Comes Jacobus filius Corrardi de Ovar, contra nobilem dominam Katha uocatam filiam dicti magistri Corrardi tercio die octauarum festi natiuitatis beati Johannis baptiste, conparere debuisset coram nobis, Ipso termino adueniente et magistro Myxe domino et marito predicte nobilis domine vice et nomine eiusdem Domine consortis sue cum sufficienti procuratorio comparente, prenominatus comes Jacobus non uenit sed quidam Mychael nomine seruiens suus sicut dixit comparuit pro eodem. Et eum racionabiliter excusare non potuit, in iudicio eundem dominum suum conuictum esse decreuimus, nisi se racionabiliter possit excusare et nichilominus ipsam causam ad octauas sancti Regis Stephani nunc venturas duximus prorogandam, ad peremtoriam responsionem, et finalem decisionem faciendam. Datum Quinqueec-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 332 von 696

clesijs quarto die Octauarum predictarum. Anno domini M° CCC° Tredecimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a b. Révay cs. lvtban. »Gyulay« fasc. III. 14. Közli: Kovács N.

287.

1313. Sár, jul. 8. Miklós tárnok bizonyos birtokrészt Ajkai Ehellös fiaitól Ajkai Bolta és Pál fiai által kiváltatni rendel.

Nos Nicolaus magister Thauarnicorum Domini Regis damus pro memoria, quod quia particulam terre inpignoraticiam per Glianus Ayka et Olup filijs Ehelley in diuisione facta inter ipsum Glianum et filios Bolta ac filios pauli comperimus in ius et proprietatem filiorum Bolta et pauli predictorum proue-nire debere, ex quibus filijs pauli Johannes filijs uero Bolta Lukachius aderant, decreuimus, quod ydem filij pauli et filij Bolta ipsam terram cum sex marcis partim in denariis et partim in estimacione condigna in duobus terminis a predictis filijs Ehelley redimere teneantur, quarum medietatem in octauis Stephani Regis, et aliam medietatem in octauis natiuitatis beate virginis coram Capitulo Vesprimiensi persoluent, incurrentes penam Judicy si primum terminum omiserint. Si uero secundum terminum pretermittent, ipsam terram exhoc perpetualiter filijs Ehelley antedictis. In quantitate continenciarum priorum litterarum exinde confectarum, et in Super vno loco molendini de fluuio Turna et decem iugera terrarum existencium circa ipsum, ad presens ex nunc obligatorum coram nobis Datum in Saar Dominico die ante festum beate Virginis Margarete. Anno Domini M° CCC° decimo tercio.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Thaly cs. lvban. Közli: Kovács N.

288.

1313. aug. 1. A győri káptalan előtt Lipót mosoni polgár és fia, Nezsider mellett egy erdőrész felét a Győr nemzetségből való Miklósnak, a másik felét pedig a nezsideri polgároknak eladják.

Capitulum Jauriensis ecclesie, omnibus xi fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire. Quod Lepoldus filius Lepoldi Ciuis Musuniensis pro se et pro filijs suis, Sedul Corrardo et Rudolfo uocatis. Item Paulus Frater eiusdem Lepoldi et Johannes filius eiusdem Pauli, ab una parte, Nicolaus filius Benedicti nobilis de genere Geur, pro se. Item Dominus Nicolaus plebanus de Nesuld et Nicolaus Anticus, Ciuis de eadem villa Nesuld pro Judice et pro hospitibus, ac Ciuibus vniuersis, de eadem villa ex altera, ad nostram presenciam accesserunt, et supradicti Lepoldus et Paulus ac Johannes filius eiusdem Pauli, tam suo quam predictorum Sedul, Corrardi ac Rodolfi dictorum filiorum Lepoldi nomine, quandam Siluam eorum, inter vicinitatem a parte dicte terre Nesuld ab occidente, et inter terram dicti Nicolai Peren uocatam ab oriente existentem, quam quidem Siluam, cum alijs utilitatibus, ad eandem pertinentibus, quondam Lepoldus pater prefatorum Lepoldi et Pauli a Domino quondam Bela rege felicis recordacionis obtinuerat suo priuilegio mediante, uendiderunt et tradiderunt, antedictis Nicolao et hospitibus siue Ciuibus de dicta villa Nesuld comodo quod medietas sepedicte Silue a parte prefate terre Peren a plaga orientali cessit dicto Nicolao et heredibus suis, pro quatuordecim talentis denariorum perpetuo pacifice et quiete possidenda. Alia uero medietas eiusdem Silue a parte dicte ville Nesuld ab occidente existens, simul cum quadam terra particule arabilis Kaal uocata, ubi quondam vinee extiterant, remansit Ciuibus dicte ville Nesuld, pro viginti duobus talentis denariorum, perpetuo similiter pacifice et quiete possidenda, que quidem quatuordecim talenta, a Nicolao prefato, pro porcione sua, viginti uero duo talenta pro porcione sepedictorum Ciuium de Nesuld supra-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 334 von 696

dicti Lepoldus Paulus et Johannes filius eiusdem Pauli plenarie confessi sunt, se habere. Hoc specialiter declarato quod in Pascuis pecorum siue gregum, et in alijs iura que dicti Lepoldus et Paulus ibidem dicunt se habere, preter siluam et terram uenditas modo supradicto, pro se reseruarunt. Preterea quia inter dictum Nicolaum ab una parte, et inter villam Nesuld cui parti ipsa Silua ad emendum conpeteret diucius fuit quescio uentilata, ipsam quescionem omnino sopitam et sedatam inter se reliquerunt, et litteras si que hinc inde, in eadem quescione processissent, uacuas irritas et inanes omnino reddiderunt, ita ut ubicunque exhibite fuerint, remaneant penitus iuribus cariture. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras nostro sigillo roboratas. Datum in capite kalendas augusti. Anno domini M° CCC° decimo tercio, magistris Mathya preposito, Andrea Lectore, fabiano Cantore, et Gregorio custode ecclesie nostre existentibus.

Violaszín selyem zsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 359. 35. Ugyanez megvan a győri káptalan 1425-ki átiratában is, u. o. N. R. 401. 25.

289.

1313. aug. 1. A pozsegai káptalan előtt Kudona fia Tomen, kapalicsai és zemenevölgyi részbirtokait Kupsa comes fiának Péternek elörökíti.

Nos Capitulum ecclesie beati Petri de posaga, memorie commendamus per presentes, Quod Thomen filio kudona, nobili de Zuynna ab vna parte, Comite Petro filio Comitis kupse, ex altera, coram nobis personaliter constitutis, Idem Thomen confessus est viua uoce, Quod omnes terras suas tam hereditarias, in terra kapalicha uocata existentes, quam empticias a filijs Paulus (így) in valle Zemenewelge uocata, existentes, porciones videlicet per modum diuisionis a fratribus suis, ipsum contingentes, in hereditarijs scilicet quartam partem, et in empticijs terciam partem, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs, in eisdem porcionibus habitis, eidem Comiti Petro, et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus, pro

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 335 von 696

quindecim marcis, partim in denarijs, partim in estimacione condigna, plene ab ipso receptis, sicut dixit, dedisset, ac vendidisset, Jure perpetuo et irreuocabiliter possidendas, Hoc vinculo mediante quod quicunque eundem Comitem Petrum, racione memoratarum terrarum infestarent temporis in processu, Idem Thomen expedire teneretur, proprijs laboribus et expensis, Itaque super premissis terris, diuisione facta inter ipsum et fratres suos, metas erigere debebit, et presentes priuilegio nostro confirmare, Si autem vsque ad mortem suam, diuisionem predictam exigere non posset, extunc Idem Comes Petrus, eandem possidendi tanquam ipso viuente, habebit plenam facultatem. De terra eciam a filijs Dezyzlay, proximis suis, sibi et fratribus suis, pro tribus marcis inpignorata, terciam partem pro vna marca sibi cedente (így), eodem ordine, quo sibi est inpignorata, eidem Comiti Petro tradidisset, Datum in festo ad uincula sancti Petri, Anno domini M° CCC° tercio decimo.

A pozsegai káptalannak 1336-ik évi átiratából, melynek eredetije megvan a N. Muzeum oklevélgyüjteményében. Közli: Nagy Gyula.

290.

1313. Buda, aug. 8. János országbíró előtt Ládi István fiai a többi Lád nemzetségbeliekkel keszöi birtokrészük kiváltására nézve kiegyeznek.

Nos magister Johannes, Judex curie domini Regis, damus pro memoria, quod cum, inter Laurencium et Radyk filios Stephani de Laad partes actores ab una parte qui personaliter aderant et Mark filium dyonisij, Andream filium Kazmery et totam generacionem de Laad, ex quibus, et pro quibus idem Mark, cum procuratorijs litteris Conuentus de Almad tam pro se quam pro uillis nominatis, in prioribus litteris nostris, habitis et contentis, comparuit ex altera, contenderetur coram nobis in eo uidelicet quod ydem Laurencius et Radyk quoddam molendinum ipsorum hereditarium in superiori Kezeu que Chumpkezeu dicitur existens vna cum octoginta iugeribus terre arabilis et duabus vineis, in territorio ville kezeu habitis, ac cum alijs utilitatibus earundem magistro paulo preposito Hantensi, ma-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 336 von 696

gistro Vyd, et Jhonni filijs petri impignoratas in octauis beati Regis Stephani proxime uenturis, ydem Laurencius et Radyk redimere deberent, quia, ydem Laurencius et Radyk dictum molendinum, et alias possessiones, ad presens redimere non possent, a comite vyd, et fratribus suis predictis ideo ipsi racione proximitatis, et ne extranei intrare possint in medium earundem dictum molendinum et alias impignoraciones, in litteris capituli Albensis et vesprimiensis, comprehensas, pro quibus eciam fectis nominati de generacione eorundem, quorum nomina in eisdem litteris continentur fideiussores extiterant redimere prompti essent et parati. Vnde nos, consuetudine regni exigente statuimus partibus uolentibus, quod in octauis beati Regis Stephani proximis predicte partes comparere debeant, coram Capitulo albensi et idem Mark filius dionsy Johannes filius adriany et generaciones eorundem de Lad, dictum molendinum et alias impignoraciones in litteris ipsius Capituli comprehensis, (igy) super octoginta marcis, facto principali et in decem marcis que racione amissionis primi termini ad ipsas impignoraciones transcenderent ab eodem comite Vyd et fratribus suis redimere teneatur coram Capitulo Albensi supradicto, que si redimere non possent aut non curarent prout per eosdem Mark et Jhonnem pro se et generacionibus ipsorum de Lad, cum procuratorijs litteris Conuentus de Almad comparendo assumptum extitit ydem Laurencius et Radyk dictum molendinum cum alijs impignoracionibus, perpetuandi eidem Vydum (igy) et suis fratribus liberam habebunt facultatem rursum partes in octauis natiuitatis beate virginis comparebunt coram nobis seriem redempcionis vel perpetuacionis dicti Molendini, et aliarum possessionum, in litteris dicti Capituli albensis nobis reportantes, quibus exhibitis decernemus *inter* partes iusticia mediante, et tunc assignabimus terminum, filijs Stephani predictis quo termino ab eisdem Mark Andrea Jhone et alijs nobilibus de Lad dictum molendinum terras arabiles et uineas redimere ualeant sine grauamine eorundem. Datum Bude octauo die octauarum beati Jacoby apostoli. Anno domini M° CCC°. tredecimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen, a gróf Festetics cs. ltvban, »Ignota Miscellanea« 25.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 337 von 696

291.

1313. aug. 29. I. Károly király a csázmai káptalannak fönebb 121. sz. a. közölt és István zágrábi éneklő kanonok által Tibold fia János nevében felmutatott 1307-ki oklevelét átírja és megerősíti.

Datum per manus discreti viri magistri Johannis albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarij et archydiaconi de Kukullu dilecti et fidelis nostri. Anno ab Incarnacione domini M° CCC° XIII quarto Kalendas septembris. Regni autem nostri Anno similiter tredecimo.

Csonka függő pecséttel ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 446. 1. Közli : Óváry L.

292.

1313. Pécs, aug. 31. Endre olvasó kanonok és a pécsi püspök helyettese az Óvári Jakab és ennek nővére Kata a Ratold nemzetségből való Mikse neje között fönforgott ügyet elhalasztja.

Nos magister Endere lector vices gerens venerabilis patris. p. dei gracia Episcopi Quinqueecclesiensis domini nostri in spiritualibus generalis, damus pro memoria, quod causam, quam, nobilis domina Katha nuncupata filia magistri Corrardi de Owar consors magistri Myxe filij Reynoldi de genere Rathold pro qua idem magister Myxe maritus suus cum procuratorijs litteris Capituli ecclesie Vesprimiensis comparuit contra comitem Jacobum filium predicti magistri Corrardi in octauis beati Regis Stephani super facto quarte sue et dotis ac rerum perefernalium domine matris sue, relicte magistri Corrardi antedicti, coram eodem domino nostro peremptorie habebat, tum pro eo quia ipsa causa perplexitatem in se continere videbatur, tum eciam propter hoc, quia eedem partes eandem causam per examen iudicij eiusdem domini nostri diffinire voluerunt, ad octauas beati Martini confessoris nunc venturas prorogauimus ad peremptoriam responsionem absque vl-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 338 von 696

teriori dilacione faciendam. Datum Quinqueecclesijs quinto die termini prenotati. Anno domini. M° CCC° Tredecimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a b. Révay cs. lvtb. »Gyulay« fasc. III. 14. Közli: Kovács N.

293.

1313. Buda, sept. 29. Lampert országbíró Siklósi Péter ellen hozott ítéletét visszavonja.

Nos magister lampertus Judex curie domini Regis et comes Chanadiensis damus pro memoria quod cum nos ad iudicandum causas que in octauis natiuitatis virginis gloriose in nostri presencia debebant uentilari ob preceptum domini nostri Regis in Budam uenissemus et per hoc quia facere proclamari non potuimus et ut Judicium ad dictas octauas Budam transductum extitisset titubacio inter litigantes facta fuisset, sicque causantes debito tempore in dictis octauis ad eorum causas exequendas uenire non potuissent et ex hoc litteras nostras Judiciales magistro Johanni filio Jacobi contra magistrum petrum de Suklous pro quo quidem magistro petro quarto decimo die octauarum predictarum paulus de Koppan seruiens suus comparebat, feceramus emanari, nunc ipsas auctoritate presencium reuocamus, relinquentes friuolas et inanes ac uiribus carituras. Datum Bude in festo beati Michaelis Archangeli Anno domino M° CCC° XIII°.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 1505. 25. Közli: Óváry L.

294.

1313. sept. 29. A szenternöi káptalan előtt Geszti Beñedek és fiai Lok nevü szerémségi birokukat Illésnek és Tonknak elörökítik.

Uniuersis xpi fidelibus tam modernis quam futuris presens scriptum inspecturis, Capitulum Ecclesie Beati Yrinei martiris, Salutem in omnium saluatore in quo vita et salus con-

tinentur. Mores et vita sapientum sic reperit vt ea que aguntur in tempore ne per uetustatem temporis et fragilitatem humane nature cum tempore confluantur et labantur literari instrumento debent confirmari. Proinde igitur ad vniuersorum noticiam harum serie litterarum volumus peruenire. Quod magister Benedictus filius Budo vna cum filijs suis videlicet Johanne et petro de Gest ab vna parte, Item Elyas et Tonc magistri filij Thome de Comitatu Syrimiensi ex altera coram nobis personaliter constituti per eundem magistrum Benedictum et filios suos iam prenominatos taliter extitit propositum et relatum quod possessionem ipsorum Loc vocatam in prouincia Syrimiensi constitutam iacentem inter Dobsam et possessionem Benedicti filij Kyrismen a domino Rege Karolo pro meritorijs seruicijs suis sibi collatam vendidisset ymmo coram nobis vendidit et alienauit de consensu filiorum suorum predictorum predictis Elie et Tonc magistris pro vinginti marcis denariorum nunc currencium Jure perpetuo tenendam habendam cum omnibus vtilitatibus suis in eadem pertinencijs habitam inreuocabiliter pariter et habendam eisdem et eorum heredibus heredumque successoribus, astitit eciam Benedictus filius Kyrismen qui dicte vendicioni et empcioni consensum prebuit et assensum. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem ad peticionem parcium nostras concessimus literas priuilegiales sigillo nostro autentico munimine roboratas, alfabeto per medium bipartitas. Vida preposito, Demetrio Cantore, Iwan Custode, ceterisque Canonicis in Ecclesia Dei Jugiter famulantibus. Datum in festo Beati Mychaelis Archangeli Anno domini M° CCC° decimo tercio.

Vörös és zöld selyem zsinóron függött pecsét nyomaival s fönt metszett betükkel; eredetije a b. »Révay« cs. lvtban. Révay fasc. I. 17. Közli: Kovács N.

295.

1313. nov. 30. Péter pécsi püspök az Óvári Jakab és nővére között ennek leánynegyedi örökségére nézve fönforgott ügyet elhalasztja.

Nos Petrus miseracione diuina Episcopus Quinqueecclesiensis damus pro memoria, Quod cum iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum memorialium, Comes Jacobus filius Corrardi de Owar in octauis beati Martini confessoris ad obiecta nobilis domine Kata uocate sororis sue, filie predicti magistri Corrardi, consortis magistri Myxe, peremptorie respondere debuisset coram nobis. Ipso termino adueniente, Comite paulo fratre magistri Cantoris Wesprimiensis Ecclesie, et Jacobo comite filio Egidy de fays, cum procuratorijs litteris vesprimiensis ecclesie, pro predicta nobili domina comparentibus, ac vice et nomine eiusdem domine, quartam suam dotem ac res parafernales domine matris sue, a prefato Comite Jacobo personaliter astante petentibus coram nobis, idem Comes Jacobus respondit, Quod possessiones cum Stephano fratre suo carnali nondum diuisisset, et quia idem Stephanus turbatus cum eodem ab ipso recessisset, obhoc absque eodem fratre suo respondere non posset. Nos igitur ipsam causam, ad octavas medy xlme duximus prorogandam, quando idem comes Jacobus statuet predictum fratrem suum vt assumpsit. Alioquin pro se ad objecta predicte nobilis domine, omni aliquali dilacione, occasione, vel subterfugio postpositis tenetur peremptorie et finaliter respondere, presentes autem propter absenciam sigilli nostri autentici, sigillo petri Archidiaconi de Ozyuagh fecimus sigillari. Datum in festo beati Andree Apostoli Anno domini M° CCC° Tredecimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a b. Révay cs. ltvban, »Gyulay« fasc. III. 15. Közli: Kovács N.

296.

1313. Nyögér, dec. 13. Miklós tárnok előtt Káldi Páris fiai birtokaikon megosztoznak.

Nos Nicolaus magister Thauarnicorum domini regis significamus quibus expedit vniuersis quod magistris Emerico et Egidio filijs paridis in nostri personaliter constitutis presencia ex ipsorum concordy (így) uoluntate et consensu vnanimi propositum extitit et relatum quod in possessionibus eorum, talem diuisionis formam in alterutrum obseruandam ordinarunt, ut in possessionibus Kaald Gely et Heren que ipsorum hereditarie sunt, equalem ¦unus et alter habebit porcionem, meridimidietate (így) omnium vtilitatum uterque perfruendo, possessiones uero Kaan et Heen totas una cum suis pertinencijs nulla ex inde porcione discrepante magister Emericus et sui heredes immutuabiliter possidebunt adiecto quod ipse magister Egidius nullius particule porcionem de eisdem sibi uel suis successoribus poterit venditare, hoc adiecto quod possessionem komnati totam predictus magister egidius et eiusdem postheritates (így) racione porcionum de possessionibus Kaan et Heen suprascriptis proueniencium e conuerso possidebit Jure pleno non hoc pretermisso quod universas causas si que litteratorie uel aliter forent emerse inter ipsos sopitas penitus reddiderunt, Ita quod neuter illorum super causis hucusque preteritis mouere ullo unquam tempore quescionem, et si ipsorum quis uel successorum aliquis super diuisionibus et composicionibus nunc factis retractacionis materiam contra alium exscitare presumpserit Centum marcas ante litis ingressum per hoc scriptum obseruanty persoluet et ipsa pena percepta congredietur premissa si poterit retractare. Nichilominus ydem fratres se vigore priuilegij Capituli Castriferrei premissis firmiter obseruandys in alterutrum obligare assumpserunt. Datum in Neuger in octauis beati Nicolai confessoris. Anno domini M° CCC° X° III°.

A vasvári káptalannak 1315-ki átriatából, mely ismét átiratott ugyancsak a vasvári káptalan által 1328-ban; ennek eredetije a N. Muzeumban.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 342 von 696

297.

1313. dec. 16. A pozsonyi káptalan elött Jakab szent Benedek-rendi szerzetes az atyjáról maradt pozsonyi házának felét Perslinna nevü nörokonának ajándékozza.

Vniversis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis, Capitulum ecclesie Posoniensis, salutem in domino sempiternam, ad vniversorum noticiam tenore presencium volumus peruenire. Quod constitutus personaliter coram nobis, religiosus vir frater Jacobus, ordinis beati Benedicti, filius Seyfridi bone memorie, quondam Ciuis Posoniensis, ab una parte, domina Perslinna, soror dicti Seyfridi, consors Nicolai institoris Ciuis Posoniensis, ab altera, idem frater Jacobus est confessus, oraculo viueuocis, quod ipse dimidietatem domus patris sui in foro existenten, quam pater suus in ultimo testamento suo sibi donauit et legauit, et domina mater sua similiter in nostri presencia eidem perpetuo asignauit, domine Perslinne antedicte, cum filijs suis, tam propter uinculum proximitatis, quam eciam pro debita sumpma pecunie cum omnibus iuribus predicte medietati domus pertinentibus dedisset, donasset et tradidisset iure perpetuo irreuocabiliter possidendam, habendam et tenendam. Obligando se quod quicunque processu temporum, eandem dominam Perslinnam aut suos heredes heredumque suorum successores racione supradicte dimidietatis domus uellent forsitan molestare, extunc idem frater Jacobus teneretur expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras sigilli munimine robaratas. Datum dominica proxima ante festum beati Thome apostoli. Anno domini M° CCC° XIII°.

Zöld és violaszínű selyem zsinóron függő pecséttel és alúl metszett betükkel; eredetije a pozsonyi káptalan ltban. 14. 15. 4.

298.

1313. A vasvári káptalan előtt Káldi Páris fiai Gely Jakab fiaival, Káld, Gely és Herén birtokokon megosztoznak.

Nos capitulum ecclesie sancti Michaelis de Castroferreo. Notum facimus tenore presencium universis quod magistri Emericus et Egidius filij paridis ab una parte, Nicolaus filius Jacobi de Gely pro se et pro Lukachio filio Laurencii et Johanne filio Stephani ab altera coram nobis personaliter constituti possessiones suas hereditarias videlicet Kald, Gely et Heryn vocatas cum omnibus utilitatibus suis et pertinencijs vniversis sicut usque modo possederunt fore diuisas in duas partes equalance taliter recitarunt, quod dimidietates possessionum Kald et Gely vocatarum parte meridionali ex parte sessionis sue cesserunt et remanserunt Nicolao et fratribus suis antedictis, alijs uero dimidietatibus earumdem possessionum ab aquilone Emerico et Egidio similiter ex parte sessionum suarum ex parte (így) remanentibus et cedentibus iure perpetuo possidendis dimidietas vero possessionis Heryn uocate a parte aquilonis cessit Nicolao et fratribus suis prenotatis, altera dimidietate eiusdem possessionis a parte meridionali Emerico et Egidio prescriptis remanente et cedente que dimidietates ipsorum Emericy et Egidij magistrorum in possessionibus premissis simul cum porcione Mike cesserunt possidende. Hoc adiecto quod si lapsu temporis parcium aliqua super diuisionibus possessionum predictarum inter partes in inposicionibus seu ereccionibus metarum iniuriam seu digescionem contra partem alteram facere voluerit pars iniuriam paciens ad nos ueniendo et coram vno ex nobis illuc transmisso diuident similiter in duas partes equalance et si que parcium in diuisione coram eodem homine nostro facienda contumax seu rebellis exstiterit ante litis ingressum sine strepitu iudicij in triginta marcis convincetur. Non hoc eciam pretermisso, quod si processu temporis dicte partes racione dictarum possessionum per quempiam inpeterentur in alterutrum se tenentur defensare et iuvare proprijs laboribus et expensis, et sique parcium remis-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 344 von 696

sus et negligens partem alteram extiterit iniuando penam portabit antedictam preterea assumpserunt eciam quod si que parcium parti alteri nocumentum intulerit iudicio regali convincetur, quod ut ratum sit presens scriptum contulimus nostro sigillo communitum. Anno domini M° CCC° X° tercio, magistro Bors preposito Andrea cantore Thoma custode Johanne decano ecclesie nostre existentibus.

A vasvári káptalannak 1328-ki átiratából, melynek eredetije a Káldy cs. ltban.

299.

1314. jan. 11. I. Károly király a Péter fiai által letartóztatott Lipolch vár birtoklására nézve, az adott igéret és fogadás alól Sándor fiát fölmenti.

Karolus dei gracia Rex hungarie damus pro memoria quod cum petrus et Lukasius filij petri castrum Lypolch quod magister Alexander filius Alexandri ad tenendum et conseruandum proximis suis et tanquam castrum suum commendauerat, frequenter per ipsum magistrum Alexandrum repetitum eidem non restituerint, ymmo ab eodem Alexandro . . . stri alienando pro se retinuerint et demum ad tres congregaciones nostras generales per ipsum Alexandrum citati et per nos ac per Archiepiscopum Strigoniensem et prelatos regni nostri vt dictum castrum restituerent legittime ammoniti et pluribus vicibus petiti obstinata mente restituere dictum castrum (non) curauerint nec coram nobis comparere voluerint, nos volentes vt fraus fraude deludatur, et nequicia ipsorum contrita non inueniat successores, si quas pacciones obligaciones promissiones aut aliquas cuiuscunque sint generis transacciones idem magister Alexander causa rehabendi et recuperandi predictum castrum suum cum eisdem petro et Lukachio inierit aut fecerit mediantibus litteris et munimentis quibuscunque, necnon fide cum fidem (így) frangentibus secundum sancciones sacrorum Canonum non sit fides obseruanda, ipsas pacciones, obligaciones fidei promissiones ac quecumque alia intendimenta et condicta irritamus cassamus et viribus reddimus carituras per presentes nostra regia auctoritate huius-

modi calliditatis commenta nulla reddentes et cassata, datum in Pesth sexta feria proxima post Epiphaniam domini Anno eiusdem M° CCC° XIIII° Insuper si idem magister Alexander pro rehabendo castrum suum vt pretactum est per diuisiones possessionum aut per pecunie solucionem aut sub pena excomunicacionis archiepiscopi et aliorum prelatorum se eisdem filijs petri obligauerit, huiusmodi obligaciones penitus nullas reddimus et cassatas.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R 52. 48. Közli: Óváry L.

300.

1314. jan. 20. A szepesi káptalan előtt István comes és fiai a Jalusovan falutól határjelekkel elkülönzött birtokukat Sigrai Danusnak elörökítik.

Nos capitulum Ecclesie Beati Martini de Scepus Significamus quibus expedit tenore presencium vniuersis. Quod ad nostram personaliter accedentes presenciam Comes Danus de Sygra ex una parte, ex altera vero Comes Stephanus filius Petri cum filijs suis Petro, Paulo, et Georgio, ydem Stephanus filius Petri et filij sui viue vocis oraculo sunt confessi, quandam possessionem ipsorum vlasinovpotok vocatam et a quadam villa ipsorum Jalusovan nuncupata certis metis distinctam cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis vniuersis sub infrascriptarum metarum cursibus quibus eandem possiderant, predicto Danus et heredibus ac successoribus ipsius pro Centum marcis fini argenti ab eodem coram nobis plenarie receptis et solutis vendiderunt perpetuo et irreuocabiliter quiete et pacifice possidendam, tenendam et habendam; cuius possessionis mete partibus referentibus hoc ordine distinguntur: prima meta incipit sub quodam monte super quem est Ecclesia sancte Margarete in quoda (így) Riuo Zedelnik vocato vbi quidam paruus Riuulus cadit in ipsum Riuum Zedelnik, in quo Riuo Zedelnik descendit versus meridiem usque illum locum vbi quidam fons oritur domancuta nuncupatus, in quo loco exit versus orientem ad eundem fontem et ibi sunt due mete terree inde ascendit vnum berch, in cuius acumine sunt due mete

terree, a quibus recte descendit in Riuulum vlasinovpoto kdictum quem pertransit ad duas metas terreas super ripam eiusdem Riuuli positas, de quibus ascendendo vnum magnum montem in latere cuius montis transsalit antiquam viam lignorum, et ascendit vlterius ad duas metas terreas, sub cacumine eiusdem montis positas, et sic a parte meridionali possessio Jalusouan antedicta remanet prefatis Stephano et filijs suis, a parte vero septemtrionali remanet prescripta possessio vlasinovpotok predictis Danus et filijs suis, filiorumque suorum successoribus tytulo Empcionis perpetuo possidenda; deinde ipsa meta vertit se ad septemtrionem, et tenendo metas cum filijs Hannus cadit iterum in eandem viam lignorum, in qua ascendit ad cacumen vnius berch vbi sunt due mete terree, a quibus progreditur ad metas Olsauitha de quibus procedit ad occidentem, et cadit in vnam vallem, per quam declinat in predictum Riuum Zedelnik ad priorem metam, et ibi mete prelibate possessionis vlasinovpotok terminantur, assumpserunt eciam prenotati Stephanus et filij sui, quod si aliqui memoratum Danus et filios suos heredesque filiorum suorum, racione eiusdem possessionis vlasinovpotok impeterent gravare uel acceptarent (így), extunc sepedicti Stephanus et filij sui nec non heredes et successores ipsorum, eundem Danus et heredes ac posteros ipsius expedire tenebuntur proprijs laboribus et expensis. Presentes autem quandocumque nobis exhibebuntur, in formam nostri priuilegij rescribi faciemus. Datum in die beatorum Fabiani et Sebastiani martirum anno Domini M° CCC° decimo quarto.

Hátlapján kerek pecsét nyomaival; eredetije a Görgey cs. ltban, 2. 10.

301.

1314. Szeged, jan. 22. I. Károly király az Ubul fia Mihály utódainak három birtokáról másoknak adott adományozását visszavonja.

Nos Karulus dei gracia Rex hungarie significamus omnibus quibus expedit tenore presencium vniuersis. Quod nos uolentes unum quemque in suo iure conseruare cognito hoc no-

bis de nobilibus de commitatu de (így) Zoboch quod que possessiones Semyen Nopokor et Zenthmihal et ad easdem pertinentes Stephani Ladizlai Mychaelis filiorum Mychaelis filij wbul sint hereditarie eisdem duximus resignandas donaciones si quas de ipsis possessionibus cuiquam uel quibusquam fecissemus per presentes reuocantes cassas reddimus et inanes. Datum in Zekedino tercia feria proxima post quindenas Epiphanie domini Anno M° CCC° decimo quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival ; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli : Csontosi J.

302.

1314. Száva-Szent-Demeter, febr. 4. I. Károly király Renold fiainak Valkó vármegyei birtokait Garai Jánosnak adományozza.

Nos Karolus dei gracia Rex hungarie significamus quibus expedit uniuersis presencium per tenorem quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium seruiciorum meritis magistri Johannis filij Stephani bani de Gara dilecti et fidelis nostri quibus nobis in cunctis nostris negocijs, expedicionibus et agendis studuit multipliciter complacere, possessiones et villas Thome et Jacobi filiorum Renoldi hominum sine herede decedencium sicut dixit circa villam sanctorum Cosme et damiani in Comitatu de Volko et iuxta villam Kereztwur in Comitatu Bachiensi existentes, eidem magistro Johanni dedimus donauimus et contulimus sibi et per eum suis heredibus heredumque suorum succesoribus sine preiudicio Juris alieni Jure perpetuo possidendas et habendas et cum presentes nobis fuerint reportate, nostrum priuilegium eidem concedi faciemus. Datum in villa sancti Demetrij tercio die purificacionis beate virginis. Anno domini M° CCC° XIIII°.

Hátlapján pecsét maradványaival ; eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 1505. 25. Közli : Óváry L.

303.

1314. mart. 7. A győri káptalan előtt a Héder nemzetségből való András és Kakas Miklós Sobor birtokot a Rábaközben, az Osl nemzetségbeli Imre fiainak visszabocsátják.

Capitulum Jauriensis ecclesie Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod magnifici viri magister Andreas filius magistri Gregorij et magister Nicolaus dictus Kokos filius quondam Nikolai palatini de generacione hedryh, ad nostram presenciam accesserunt, et quandam possessionem Sobur vocatam in Rabakuz existentem, que quidem possessio erat et est hereditaria magistrorum Gregorij Laurencij Ladizlai Emirici Michaelis et desev filiorum comitis Emirici de generacione Osl et eadam possessio in perturbacione regni per alienos indebite extiterat occupata, reddiderunt et restituerunt supradictis magistris Gregorio Laurencio Ladizlao Emirico Michaeli et desev prout ipsorum erat hereditaria pacifice et quiete possidendam et habendam. Cum dicti magister Andreas et Nicolaus Kokos in eadem possessione nullum ius dixerunt se habere uel vllounquam tempore habuisse. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras nostro sigillo roboratas, datum feria quinta post dominicam Reminisscere proxima. Anno domini M° CCC° decimo quarto. Magistris Mathia preposito Andrea lectore Fabiano Cantore et damiano Custode ecclesie nostre existentibus.

Függő pecsét nyomaival és metszett betükkel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 642. 34. Közli: Óváry L.

304.

1314. Pécs, mart. 29. Péter pécsi püspök az esztergomi érseknek jelenti, hogy a Rátold nemzetségből való Mixe comes és Óvári Jakab között fönforgó ügyben a feleket egy új határnapra az érsek elé berendelte.

Reuerendissimo in xpo patri et domino. Th. diuina miseracione Archyepiscopo Strigoniensi locique eiusdem comiti perpetuo, domino suo benefactori, Petrus per eandem Episcopus Quinqueecclesiensis, sincere reuerencie debitum incrementum, vestra nouerit paternitas, quod receptis literis discreti viri magistri Johannis lectoris ecclesie vestre, yconomi et vicary vestri causam inter nobiles viros, myxe Comitem de genere Rathold et Comitem Jacobum filium Corrardi de Owar racione dotis et rerum paraffernalium in nostri presencia suscitatam, et aliquamdiu ventilatam, secundum quod idem magister Johannes lector a nobis requirebat vestre paternitati transmisimus iudicandam. Verum tamen vestra noscat dominacio, quod cum predictus Comes Jacobus secundum continenciam litterarum nostrarum Stephanum fratrem suum in octauis medie xlme statuere debuisset, quem si statuere non posset personaliter, omni occasione uel subterfugio postpositis peremptorie respondere debuisset, Ipso termino adveniente, idem comes Jacobus non comparuit, nec fratrem suum statuit antedictum. Sed Benedictus, Mychael, et Lukach, seruientes sui comparuerunt pro eodem, qui tamen a nostra presencia contumaciter recesserunt, partibus autem octauas penthecostis proxime venturas assignauimus pro termino in vestri presencia comparendi. Datum Quinqueecclesiis, feria sexta proxima ante dominicam Ramispalmarum. Anno Domini M° CCC° quartodecimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a b. Révay cs. lvtban, »Gyulay« fasc. III. 4. Közli: Kovács N.

305.

1314. Sár, apr. 3. A Héder nemzetségből való András Sár birtokot családja hivének, Vilmár fiának Bertalannak bizonyos összegért birtokába bocsátja.

Nos magister Andreas, filius magistri Gregorij de Genere Hedrub. Ad uniuersorum noticiam, tam presencium, quam futurorum Harum serie volumus peruenire. Quod quia magister Bartholomeus, filius Wylmary quondam Judicis Ciuium castriferrei, notarius et procuratur specialis, negociorum nostrorum a primeuis puericie Juuentutisque etatum suarum temporibus domino Johanni palatino auo, et per consequens, Nicolao magistro Tauarnicorum domini Regis fratri nostris, karissimis, felicium recordacionum, demum eciam nobis fideles et Laudabiles in omnibus sine macula et scrupulo alicuius offense, sed vigil et sollers, usque ad hec tempora inpendit indefesse, Licet auus et frater nostri predicti recompensacionem suorum famulatuum qui diu specialiter exprimi possent et narrari, morte preuenti cum da..... que de iure premeruissent, in quibus tamen dicti predecessores nostri frequenter et manifeste spem Bartholomeo conferebant, nequierint adinplere, nos, cui Gubernacula predictorum predecessorum nostrorum de iure peruenerant, habentesque pre oculis salutem animarum eorundem, vt tenemur, et quia fidelitate virtus eximie propellens, rerum preciosarum virtutes transcendit aliarum, in recompensacionem serviciorum prefati magistri Bartholomei, in omnibus laudabiliter fideliterque, vt premisimus, impensorum, quandam possessionem nostram Saar, uocatam, in comitatu castriferrei existentem, iuxta commetaneitatem terre filiorum comitis Andree filij Chopon, Gerse uocate, et comitis Alexandri de Kuchk, item filiorum Ilerk et Mark, ac aliorum nobilium de Thelekus adiacentem, a domina relicta comitis Marcelli curui, et a Nicolao ac Emerico filijs eiusdem, per memoratum magistrum Nicolaum fratrem nostrum, vigore literarum Capituli castriferrei comparatam, cum molendino, nemore, virgulto, fenili, et terris arabilibus, ac alijs vtilitati-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 351 von 696

bus omnibus, ad eandem pertinentibus, receptis eciam quin quaginta quinque marcis ab eodem, quas de proprijs suis rebus, predictis predecessoribus nostris, liberaliter ad eorundem necessariam, et commoditates expenderat, sicut in ipsorum litteris plenaliter vidimus contineri, dedimus, donauimus et contulimus, supradicto magistro Bartholomeo, et per eum suis heredibus, heredumqae suorum successoribus, tam pro suis fidelibus servicijs, superius expressis, et nobis in futurum inpendendis, quam eciam pro sua pecunia pretaxata, iure perpetuo, pacifice et quiete, ac inreuocabiliter possidendam. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas. Sigilli nostri authentici, munimine roboratas. Datum in Sar feria quarta ante pascham domini. Anno eiusdem M° CCC° X° quarto.

Függő pecséttel; eredetije Keszthelyen, a gróf Festetics cs. ltvb. »Castriferrei« 11.

306.

1314. apr. 15. A vasvári káptalan előtt Pál és Koloz csipkereki nemesek bizonyos birtok iránti perükben kiegyeznek.

Nos Capitulum ecclesie sancti Michaelis de Castroferreo presentes litteras damus pro memoria. Quod paulus frater Gula, ab una parte Koloz filius Ladizlai pro se et pro Johanne fratre suo nobiles de Chipkerek ab altera coram nobis personaliter constituti, super causa quam predictus paulus racione terre eorum contra eosdem Koloz et Johannem coram magistro Salamone curiali comite castriferrey et iudicibus nobilium eiusdem comitatus mouere intendebant, ad plene pacis vnionem, dixerunt se deuenisse coram nobis, eo quod in terris arabilibus et sessionibus racione tercie partis, eysdem paulo de iure prouenientis satisfactum affirmarunt extitisse, sessiones autem proprias koloz et Johannes a parte occidentali paulus uero a parte orientali perpetuo possidebunt plenarie adiecerunt eciam ut si qua parcium hanc pacis ordinacionem et composicionem inuiolabiliter non seruaret, parti pacem obseruanti ante litis ingressum decem marcas soluere

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 352 von 696

teneatur. Datum secundo die octauarum passce. Anno domini M° CCC° decimo quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics cs. ltvban, Keszthelyen, »Castriferrei« 11. b.

307.

1314. Bozita, apr. 16. Abaúj vármegye alispánja és bírótársai bizonyítják, hogy Edes fiának Egyednek Bulchardi Bálint fiai elleni perében az utóbbiak nem jelentek meg.

Nos Stephanus comes vice magistri Michaelis et quatuor iudices nobilium de comitatu Wyuar damus pro memoria quod feria tercia proxima post octauas pasche Egidius filius Edes astitit coram nobis in termino contra Nicolaum et Jhonem filios Valentini de Bulchard cum Stephano de Belse homine nostro super possessione ipsorum Bulchard uocatam (így) legitime citatos Item contra Ladizlaum Ekardum et alium Ladizlaum seruientes Valentini eidem Valentino ad statuendum commissos qui ydem Nicolaus et Jhones filij Valentini prenotati et seruientes eiusdem ad terminum non uenerunt nec miserunt per Egidium memoratum legitime expectati. Datum in Bozita termino prenotato Anno domini M° CCC° XIIII.

Hátlapján három pecséttel; eredetije a Máriássy cs. ltvban. »Idegen okmányok« 22.

308.

1314. apr. 21. A szekszárdi convent előtt Demeter és János párii nemesek, nörokonuknak Erzsébetnek férjét Beznichi Istvánt az ipa után maradt ingatlan örökbirtokában meghagyják.

Nos Conuentus Monasterij Saxardiensis memorie conmendantes significamus quibus expedit vniuersis per presentes. Quod demetrius filius domian et Johannes filius hyctor nobiles de pari pro se et pro dominico filio Salomonis generacione eorum ab una parte. Item comes Stephanus filius Andree de

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 353 von 696

Beznich ex altera coram nobis personaliter constituti per Johannem et demetrium predictos extitit relatum in hunc modum quod dominam Elisabeth filiam Michaelis patruelis ipsorum sororem eorum de eadem pari matrimonialiter copulatam in vxorem eidem Stephano filio Andree, tradidissent et propter intimam et sinceram dileccionem domine Elisabeth sororis ipsorum et Stephani maritis (így) eius terram et porcionem quam Mikael pater predicte domine Elisabeth habet in pari in terris arabilibus, wyneis, siluis, pratis, fenetis et pascuis, cum omnibus alijs vtilitatibus eiusdem, ac eciam porcionem quam habet in molendinis eo quod filio caret nec aliam filiam habet excepta sola domina Elisabeth, dederunt tradiderunt donauerunt et contulerunt domine Elisabeth et Stephano marito suo et eorum heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo et inreuocabiliter possidendam tenendam pariter et habendam nullo penitus Contradictore existente coram nobis datum in quindenis domini passce. Anno domini M° CCC° quarto decimo dicimus eciam quod quandocumque presentes ad nos reportate fuerint per ipsum Comitem Stephanum nostro eidem priuilegio confirmamus (így).

Hátlapján pecsét nyomaival ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 742. 32. Közli : Óváry L.

309.

1314. apr. 22. A nagyváradi convent előtt a Zuard nemzetségből való István és fia, hogy a Fudy Móricz és János ellen való perükben ezeket kielégíthessék, Bánréve Szolnok vármegyei birtokukat az Ákos nemzetségből való Eleknek, Ákosnak és Mykchnek elörökítik.

Nos Martinus prepositus et Conuentus sancti Stephani prothomartiris de promontorio Waradiensi tenore presencium quibus expedit significamus vniuersis, quod magistro Elek filio comitis Michaelis de genere Akus pro se pro Akus et Mykch fratribus suis senioribus ab una parte, Comite uero Ste-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 354 von 696

phano filio Apa de genere Zuard et Ambrosio filio eiusdem ab altera, coram nobis personaliter constitutis, ydem comes Stephanus, et Ambrosius filius suus, asseruerunt uiua uoce, quod cum Nycolaus, Mauricius et kadych filij Mauricij de Fudy, Item Ladislaus et Nycolaus filij Johannis de eadem de sua generacione contra ipsos causam mouissent, in qua causa ipsos dure agrauassent, et pre inopia ipsis satisfacere non valuissent, nisi uendita possessione, propterea, quandam possessionem Baanrewy uocatam, possessioni filiorum Comitis Michaelis de genere Akus eodem nomine Baanrewy uocate immediate et contingue adiacentem, iuxta magnum Crisium existentem, et in Comitatu de Zonuk sitam, ipsi magistro Elek et suis fratribus prenominatis, ac per ipsos suis heredibus, heredumque suorum successoribus uendidissent et tradidissent, pro uiginti septem marcis quas idem magister Elek, partim in denarijs, et partim in estimacione soluit coram nobis, iure hereditario perpetuo et irreuocabiliter possidendam et tenendam ipsis nichilominus tamen, Nicolao, Mauricio et kadych filijs Mauricij de Fudy presentibus predicte vendicioni possessionis Baanrewy simpliciter assensum prebentibus et consensum. Tali tamen uinculo obligacionis intermedio, ut ipse comes Stephanus et Ambrosius suus filius eundem magistrum Elek ab omnibus racione empcionis ipsius Baanrewy molestare uolentibus, et suos fratres tenerentur expedire proprijs laboribus et expensis. Datum feria secunda post quindenas Passce. Anno domini M° CCC° quarto decimo. Cum presentes reportabuntur, sigillo nostro pendenti easdem muniemus.

A váradi konventnek 1325-ki átiratából, melynek eredetije a bődi Balogh cs. lvtban.

310.

1314. maj. 1. A jászói convent előtt Thekusfi László fia udvarnoki birtokából bizonyos részt, hü tisztjének Albertnek ajándékozván, ennek birtokába a nevezett Albert a convent által beiktattatik.

Nos Michael prepositus et Conuentus de Jazou vniuersis xpi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in uero sal-

uatore, proinde ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire. Quod magister Johannes filius Ladizlai filij Thekus de Thurna comparuit coram nobis petens a nobis vt hominem nostrum fidedignum mitteremus coram quo Alberto filio Jacobi filij Corrardi famulo suo unam possessionem Zemlengumulchi uocatam de terra Udvarniky separatam statueret et donaret pro fideli famulatu quas (így) ipse Albertus ab infancia sua fideliter famulauit, maxime quando Karulus Rex hungarie Castrum Strigoniense faciebat expugnari circa se, et eum custodiendo cum letali wlnere ipsum magistrum Johannem defendendo. Nos uero peticionibus magistri Johannis consencientes misimus dominum Nicolaum socium et amicum nostrum plebanum de eadem Jazou, qui ad nos reuersus unacum magistro Johanne prefato Ladizlao et Nicolao filijs suis, magister Stephanus et lorandus filij Stephani filij Thekus, ac Johannes filius dyonisi similiter filij Thekus, una cum homine nostro taliter nobis personaliter retulerunt, quod seruicia ipsius Alberti cum rebus ipsorum refundi non potuissent et prefatam possessionem Zemlengumulchi uocatam eidem dedissent et coram nobis dederunt sibi et suis heredibus heredumque successoribus perpetuo tenendam et habendam nullo commetaneo et uicino contradictore existente, tali tamen obligacione interposita, quod quicunque processu temporum prefatum Albertum ac heredes suos, heredumque successores super prefatam terram molestare ac inquietare niterentur, ipse magister Johannes et filij sui, magister Stephanus et lorandus, ac Johannes filius dyonisi cum proprijs personis laboribus et expensis tenentur liberare ac defendere. Mete autem ipsius terre, ut nobis recitarunt, hoc ordine distinguntur, prima meta incipitur in keseken egerfey a parte meridionali et in eadem keseken Egerpothoka tendit ad viam que uadit in Gugov usque ad Thapulchafey, et inde ascendit ad montem nogwaradheg et in cacumine ipsius montis flectitur ad unum rubum qui wlgo dicitur rakathia, ubi est puteus et inde per unam uallem que wlgo dicitur gepu Nicolai ad magnum montem et ibi separabit de Gurgo, et per illum montem in magna silua uadit ad orientalem, et inde flectitur ad meridiem ad fel Egerfey que est a parte orientali et in eadem felegerfey pothoka uadit infra similiter ad

meridiem ad Saruseger et ibi sub arbore Egerfa est meta terrea, et ibi angulatur et uadit ad orientalem ad finem Siluaberek de parte meridionali, et inde uadit ad kurthwel kutha pothoka, et ibi est meta lapidea et ibi angulatur et separat a possessione filiorum Macrabei, et in eadem kurthwel kutha pothoka uenit infra ad meridiem ubi est rubus qui wlgo dicitur fyz, et inde paruum eundo transit unam uiam que uadit in Udvarnuky, et similiter inde paruum eundo uadit in fine Othelek paruum uero eundo est meta lapidea et ibi angulatur et uadit iterum ad pristinam metam unde fuit incoata et ibi determinantur cursus metarum. In cuius rei memoriam stabilitatemque perpetuam nostras litteras concessimus munimine nostri sigilli pendentis roboratas. Datum in octauis beati Georgij martiris. Anno domini M° CCC° decimo quarto.

Függő pecséttel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 1597. 18. Közli: Óváry L.

311.

1314. máj. 1. A pozsonyi káptalan előtt Wilki Zala leánya Agatha, Cheztue fiát Jánost arról, hogy ennek atyja által leánynegyedi illetőségére nézve kielégíttetett, nyugtatja.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie posoniensis, salutem in salutis largitore, Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruənire. Quod accedens ad nostram presenciam domina Agathes, filia Zala de Wilk, relicta Gregorij sicut dixit est confessa oraculo viue uocis, quod quia ipsa in temporibus retroactis tam propter specialem dileccionem Cheztue, quam eciam pro octo marcis denariorum Wiennensium plene ab eodem receptis, dotem et dotalicia, seu res parafarnales domine agnetis filie Zala matris sue, et quartam suam paternalem ipsam de iure contingentes, nostras litteras super dicta solucione faciendo emanari dimiserit et reliquerit cum omni plenitudine sui iuris, que quidem littere inter alias res in cista discreti viri et honesti magistri petri prepositi concanonici nostri karissimi in incendio ciuitatis posoniensis essent combuste, et penitus in

oinerem redacte, compaciendo ipsa domina Agathes Johanni filio Cheztue predicti, qui presencialiter aderat, ne aliquod grauamen tempore sue tenerrime etatis et inposterum sibi racione antedicte dotis et quarte fieri contingeret, predictas octo marcas ipsa domina Agathes a Cheztue supradicto patre Johannis predicti plenarie recepisse et integre est confessa, et sic de predicta dote et quarta ipsum Johannem, prout patrem eiusdem reddidit liberum et omnino expeditum. Obligando se quod quicunque processu temporum eundem Johannem aut suos heredes heredumque suorum successores racione supradicte dotis et quarte uellent forsitan molestare, extunc eadem domina Agathes teneretur expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in octauis beati Georgij martiris. Anno domini M° CCC° XIIII°.

Függő ép pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 359. 11. Közli: Óváry L.

312.

1314. Enyiczke, máj. 12. Mihály abaúji ispán és bíró társai bizonyítják, hogy Bolezlaus fia Bálint fiaival együtt a vármegye közgyülésére Edes fia Egyed részére történt megidéztetésük daczára meg nem jelent.

Nos magister Michael comes de Wyuar et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria quod cum nos cum vniuersis nobilibus comitatu Wyuar existentibus dominico die proximo ante festum assumcionis domini in uilla Enizke generalem congregacionem habuissemus et ad eandem vniuersos causatores et specialiter valentinum filium Bolezlay et filios suos petrum Jhonem et Nicolaum hac (így) seruientes suos Ladizlaum Ekardum et alium Ladizlaum in foris prouincie per yobagiones castri contra Egidium filium Edes proclamare legitime fecissemus qui idem valentinus filij et seruientes sui ad ipsam congregacionem non uenerunt nec miserunt. Datum in Enizke dominico die prenotato Anno domini M° CCC° X° quarto.

Zárlatán két pecséttel; eredetije a Máriássy cs. ltvb. »Idegen okmányok« 25.

313.

1314. Bozita, máj. 14. István abaúji alispán előtt Bárczai Fekete Miklós fiai, bizonyos malomárokra szükséges terület iránt Inok fiaival egyezségre lépnek.

Nos Stephanus comes vice magistri Michaelis et quatuor iudices nobilium de comitatu Wyuar damus pro memoria, Quod constitutis coram nobis Clementino Ladizlao Micov et Johanne filijs Nicolai Nigri de Barca ab una parte, ex altera uero Paulo et Donch filijs Inok de eadem per eosdem Paulum et Donch exstitit propositum quod cum eisdem filijs Nicolay racione fouee molendini ipsorum que terram eorum per transit taliter concordassent, et coram nobis concordarent quod ipsam foueam Molendini, cum materia sev obstaculo eiusdem terram eorum pertranseuntem. Clementino, Ladizlao Micov et Johanni filijs Nicolai, pacifice dimiserunt, perpetualiter possidere et tenere, e conuerso autem, Clementinus, Ladislaus Micov et Jhones memorati predictis filijs Inok, de terra eorum hereditaria Barcha uocata iuxta metas eorundem filiorum Inok dederunt et contulerunt, tantam terram, in quanta mensura iacet fouea molendini memorati similiter perpetualiter possidendam tenendam et habendam obligantes se partes quod si qua parcium ex hac ordinacione resiliret, amitteret porcionem possessionis sue eo facto secundum quod eciam se in literis Capituli agriensis et Conuentus de Jazov prius emanatis dixerant obligasse, assumpserunt eciam partes quod hanc ordinacionem literis Conuentus de Jazov confirmarent asseruerunt eciam partes quod propter uiarum discrimina ad conuentum de Jazov nunc ire necquiuissent Datum in Bazita feria tercia proxima ante ascensionem Domini Anno domini M° CCC° quarto decimo.

Zárlatán pecsét nyomaival ; eredetije a Bárczay cs. ltban, 1. 31

314.

1314. jun. 6. A vasvári káptalan előtt Káldi Páris fiai Sár birtok elpusztítása miatt Cristoson fiaival kibékülnek.

Nos Capitulum ecclesie sancti Michaelis de Castroferreo presentes literas damus pro memoria quod dominicus filius Cristoson prose et pro Stephano fratre suo ab vna parte magister Emericus filius paridis vnacum Egidio fratre suo ab altera coram nobis personaliter constituti super vniuersis causis suis et specialiter super destruccione Ville filiorum cristoson Sar vocate super qua eciam idem Emericus secundum tenorem literarum nostrarum procuratoriarum cum quadraginta nobilibus se incluso coram nobis mouere debet renunccio ato ipso iuramento ad plene pacis vnionem et concordiam dixerunt se deuenisse referens idem dominicus sibi et Stephano fratri suo super destruccione ipsa et alijs dampnis plenarie satisfactum Judicia autem et pristaldum partes communi placantes assumpserunt, datum in festo corporis xti Anno domini M° CCC° decimo quarto.

A vasvári káptalannak 1328-ki átiratából, melynek eredetije a Káldy cs. ltban.

315.

1314. junius 11. A vasvári káptalan előtt Haraszti Tapán, Péter és Bálint, Kölked birtokot Vilmán fiának Bertalannak elörökítik.

Capitulum ecclesie sancti Michaelis Archangeli de Castroferreo vniuersis xpi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire Quod Tapan Petrus et vallentinus filij Comitys Barnabe de harazty pro se et pro Johanne Stephano et Ladizlao ac alijs fratribus suis coram nobis personaliter constituti, possessionem eorum hereditariam kulked vocatam cum patronatu Capelle siue ecclesie sancti Nicolai olim in eadem possessione constructe cum omnibus

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 360 von 696

vtilitatibus circumstancijs et pertinencijs vniuersis vendiderunt magistro Bartholomeo filio Wylmari quondam villici Castriferrei prothonotario ecclesie nostre, tum propter cognacionis fauorem, tum eciam pro viginti marcis latorum denariorum vyennensium plenarie coram nobis ab eodem receptorum Jure perpetuo pacifice et quiete ac inreuocabiliter possidendam heredum per heredes omnem Jurisdiccionem eorundem de ipsa possessione penitus remouendo et dicto magistro Bartholomeo per eundemque suis heredibus liberaliter conferendo. Obligando nychilominus se vt si processus temporis memoratus magister Bartholomeus aut eius heredes a fratribus suis predictis racione predicte possessionis modo premisso vendite fuerint molestati sepedicti Tapan, petrus et Vallentinus tenerentur eundem magistrum Bartholomeum et eius heredes suis laboribus proprijs et expensis vbicunque necesse fuerit expedire, qui si expedire nequiverint uel neglexerint, ex tunc possessionem eorum hereditariam vtilitate et valore consimilem in harazty Juxta Gyungyus existentem sepefato magistro Bartholomeo et suis heredibus dificultate et occasione qualibet non obstante perpetualiter possidendam dare tenebuntur. Quod vt ratum sit nec aliquo tempore series predicte vendicionis in irritum per quempiam possit reuocari, sed semper robur perpetue firmitatis obtineat, presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Magistro Bors preposito, magistro Andrea Cantore, discreto viro Nicolao Custode, Johanne decano ecclesie nostre existentibns datum in festo sancti Barnabe apostoli Anno domini M° CCC° decimo quarto.

A vasvári káptalan 1426-ki átiratából; ennek eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 484. 3. Közli: Óváry L.

316.

1314. jun. 21. A szepesi káptalan előtt Geublin fiai Miklós és Éliás, ősi és szerzett birtokaikon megosztoznak.

Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus. Universis Christi fidelibus ad quos presentes pervenerint salutem in

omnium salvatore. Quoniam memorie novercatur oblivio dignum est ut acta temporaliter scripturarum patrocinio fulciantur; proinde ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire. Quod constitutis coram nobis personaliter filiis Geblini de foro quinto, vidilicet Nycolao cum filio suo Stephano et pro aliis filiis suis ex una parte; Helya fratre eiusdem Nycolai ex altera ydem coram nobis, tocius hereditatis ipsorum quam a suis progenitoribus et antecessoribus iure hereditario possedisse dinoscuntur; necnon hereditatis ipsorum empticie huiusmodi campium (igy) seu mutacionem fecisse vive vocis testimonio confessi sunt, quod dicte hereditatis seu possessionis tocius ipsorum una pars quam in foro quinto et in Gargov habere et possidere dinoscuntur predicto Nycolao et suis heredibus heredumque suorum successoribus hereditarie et perpetue cesserit possidenda; altera vero pars quam in villa Janus una 'cum molendino in hereditate eadem super fluuium Corrad sito habere seu possidere dinoscuntur Helye et suis heredibus heredumque suorum successoribus hereditarie et perpetue similiter cesserit possidenda. Tali tamen ordinacione interiecta, quod predictus Helyas racione supradicti campii seu mutacionis predicte Nycolao fratre suo sepedicto decem et octo marcas argenti solvere teneretur. quas idem Nycolaus a sepedicto Helya fratre suo coram nobis confessus est se plene et integre solutas recepisse. In cuius rei memoriam firmitatem perpetuam presentes concessimus litteras nostri sigilli munimine roboratas. Datum feria sexta proxima ante festum beati Johannis baptiste. Anno domini M° trecentesimo decimo quarto.

Sárga és vörös zsinóron függő ép pecséttel és fent metszett betükkel; eredetije a Görgey cs. lvt. 2. 9.

317.

1314. Tátika, jun. 25. Németújvári András Szala vármegye főispánja a Tátikán tarott közgyülésen Tenkét, Tomaji László s társai részére patvarságban marasztalja.

Nos magister Andreas damus pro memoria, quod cum Tenke cum litteris magistri paulis curialis comitis nostri Zaladiensis, magistrum Ladislaum, et thomey de thumey, ac comitem Leustachium more citacionis ad congregacionem nostram, in thadinka feria tercia uidelicet in crastino natiuitatis beati Jhonis baptiste celebrata, euocasset, et ysdem viris in ipsa Congregacione nostra, astantibus, idem tenke surgens proposuit contra ipsos ut de iuramento super morte Ladislai filij sui quod coram conuentu de Almad secundum formam litterarum magistri Nicolai fratris nostri clare memorie facere debebant, non fecissent, nec se emendassent, ex aduerso uero ydem Ladislaus, thomey et Leustachius pro quo Nicolaus filius suus comparuit responderunt, et dixerunt se secundum formam Judicij predicti fratris nostri expeditos, super qua uidelicet expedicione, litteras predicti Conuentus de Almad exhibuerunt coram nobis quibus visis et perlectis sepenominatos viros super ipso sacramento reperimus expeditos, quare vna cum nobilibus nobiscum assidentibus decreuimus, vt idem tenke quia causam semel executam iterare et renouare presumpit (így) vicio calumpnie denotetur. Sed ydem viri propter nostram et vniuersorum nobilium peticionem misericorditer agentes signo quo debebat designari indulserunt, volumus tamen quod idem Tenke, contra nullum ultra duodecim denarios habere possit accionem prout lex, et iusticia id requirit, datum in thadiuka, termino prenotato Anno domini M° CCC° X° quarto.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije a gr. Festetics cs. keszthelyi lvtban, »Szala«. 12.

318.

1314. jul. 8. János gömöri alesperes Sánk fia Péter nejének végrendelkezéséről bizonyítványt ad.

Nos Johannes sacerdos vice Archidiaconus de Gumur damus pro memoria quod Nycolaus sacerdos de capella Sank et frych sacerdos vicarius de Gumur coram nobis personaliter constituti asseruerunt tali modo viua uoce quod cum Consors petri filij Sank filij Nycolai de Bolug Gene vocata viam vniuerse carnis ingrederetur et adhuc Compos sue mentis extitisset propter amorem et honestam Conuersacionem sui mariti quam uiuente obtinebat suam dotem predicto suo marito auree absolute in presencia ipsorum nullo contradictore existente relaxasset et alias res suas secum adductas pro remedio sue anime sacerdotibus suis manibus distribuisset hoc eciam adiecto quod ipsum petrum suum maritum nullus suorum propinquorum pro his premissis deberet inquietare seu molestare, datum secunda feria proxima ante festum beate margarete anno domini M° CCC° XIIII°

Egy 1317-ki átiratból, melynek eredetije az orsz. ltvban. kincst. oszt. N. R. 851. 6. Közli: Óváry L.

319.

1314. jul. 20. A szenternöi káptalan elött Szemtö fiának Gergelynek gyermekei, miután az atyjuk és Gergely bán között föntforgott s bajvívással eldöntött ügyben atyjuk pervesztes lett, ennek fejváltságáért révai birtokrészüket Gergely bánnak elörökítik.

Vniuersis Xpi fidelibus, presentes litteras inspecturis, Capitulum ecclesie Sancti Irinei, salutem in eo qui eternam salutem cunctis elargitur. Cum omnium habere memoriam, et in nullo uacillare sit pocius diuinitatis, quam humanitatis, et

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 364 von 696

ob hoc, ea, que aguntur in tempore ne labantur cum eodem humane discrecionis peruigil sagacitas, consueuit, memorie commendare. Ad vniuersorum igitur noticiam, harum serie litterarum volumus peruenire, quod Gregorius Banus, filius Endre, nobilis de comitatu Syrimiensi, vnacum filijs suis, Stephano, Nicolao et Laurencio ab vna parte, petrus filius Gregory, filij Scemteu, pro se, et Gregorio fratre suo uterino, Item Margareta, et Elysabeth, filie eiusdem Gregorij, ab altera, coram nobis personaliter constituti, per eosdem concorditer, propositum exstitit et relatum, quod cum, iuxta continenciam litterarum magnifici viri, domini Kopoz, palatini, predictus Gregorius filius Scemteu, Gregorium Banum prenotatum, ordine Judiciario, super possessione Ryua vocata, conuenisset, exhibendo idem Gregorius, quamplures litteras priuilegiales, super facto possessionis prelibate, et specialiter, quasdam patentes litteras, domini condam Johannis Archiepiscopi Colocensis, quas predictus Gregorius Banus falsas, et nequiciose emanatas fuisse, dixisset, propter quarum falsificacionem, dictus Gregorius filius Scemteu, eidem Gregorio Bano, signum duelli porrexisset, et idem Gregorius Banus, ab eodem recepisset, dieque, ad ipsius duelli dimicacionem prefixo, pugil Gregorij Bani prelibati, antedicti Gregorij pugilem, in duello pedestri uiriliter superando, coram eiusdem domini palatini presencia uictoriam optinuisset, et ob hoc, iuxta predicti domini palatini sentenciam, cum vniuersis nobilibus Syrimiensis, Bachiensis et de Wolko Comitatuum assidendo habitam, prouida et matura deliberacione premissa, prefatus Gregorius filius Scemteu ut falsarius, et cum falsis litteris deprehensus, per eundem dominum palatinum, tamquam iusticie sectatorem, ad manus ipsius Gregorij bani, datus fuisset, sentencia capitali ulciscendus, Tandem predictus Petrus frater Gregorij, pro se, et Gregorio fratre suo, Margareta et Elysabeth sorores eiusdem petri, filie videlicet Gregory antedicti, coram nobis constituti, patri ipsorum iudiciali sentencia iam morti tradito, misereri volentes, et inimicicias perpetuas, inter predictum Gregorium Banum et patrem eorum, propter processum cause prenotate, contractum, euitare cupientes, partem seu porcionem, in prescripta possessione Ryua vocata, ipsis contingentem, cum

omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis, ut precio ipsius possessionis, patrem eorum redimere valeant de morte prenotata, pro quinquaginta et quinque marcis, prescripto Gregorio Bano, et suis filijs confessi sunt vendidisse, in filios filiorum perpetuo possidendam. Sicut eciam, ipsam vendicionem in prefati domini palatini presencia, confessam fuisse, nobis est per eosdem recitatum, prout in predictis litteris, dicti domini palatini, ipsius uendicionis, et empcionis series, nobis patuit euidenter. De quibus quidem quinquaginta et quinque marcis, idem Gregorius Banus, et filij sui antedicti, parti (igy) in denarijs, et parti in estimacione condigna, petro filio Gregorij, et sororibus suis prenotatis satisfecerunt ad plenum, coram nobis. Condicionis tali vinculo interposito, quod si processu temporis, aliquis ex filijs vel filiabus Gregorij filij Scemteu, antedictis, uel filijs filiorum, aut filiarum eiusdem, et eorum successoribus, contra Gregorium Banum memoratum, uel filios eiusdem, filiorumque successores, Item Bako, Eliam et Thomam, filios Comitis Thome filij Myrk super predicta possessione Ryua vocata, coram quocumque Judice aliquem processum, aliquam quescionem, litem uel accionem, excitare, mouere, uel suscitare, attemptaret, eadem sentencia capitali, qua Gregorius prelibatus, fuit condempnatus, ante litis ingressum condempnandus uinceretur. Adiecerunt eciam, quod omnes littere, priuilegia, et instrumenta, si quas, uel que, haberent predicti filij Gregory, et filie super predicta possessione Ryua uocata, pro ipsis faciencia, quas uel que, nequiciose, aut fraudulenter reseruassent, casse de cetero haberentur et inanes, et quandocunque per ipsos exhibite fuerint, uiribus careant firmitatis, quedam eciam priuilegia, Capitulorum Bachiensis, et de kw ecclesiarum, quantum ad possessionem Ryua vocatam, facere dignoscuntur, eedem partes cassanda dixerunt et penitus deneruanda. Sed quantum ad alias possesiones, uigorem habere permiserunt firmitatis, sicut prius. In cuius rei testimonium, roborque perpetue firmitatis, nostras concessimus litteras priuilegiales, sigilli nostri munimine robaratas, alfabeto intercisas, datum in octauis beate Margarete Virginis Anno Domini. M° CCC° decimo quarto, discretis viris magistris, wyda preposito, Demetrio Cantore, Johanne Custode, paulo, andrea et Johanne

Archidiaconis, ceterisque Canonicis in ecclesia dei fideliter famulantibus et deuote.

A szent-ernői káptalannak, Tamás fia Tonk és Illés fiai kérésére 1343-ban kiadott átiratából; ennek eredetije a b.Révay cs. ltban, »Révay« fasc. I. 18. Közli: Kovács N.

320.

1314. jul. 20. A szenternői káptalan előtt Gergely bán Réva birtok feléről Mirk fiának Tamásnak fiai részére örök bevallást tesz.

Uniuersis xpi fidelibus presentem paginam inspecturis Capitulum Ecclesie sancti Irinei, salutem in omnium saluatore. Quia actum temporale, obliuione nouercante, sepius solet lapsu temporum irritari et penitus annichilari, Humana discrecio consueuit, vt et que in tempore aguntur, literarum memorie commendantur. Ad uniuersorum noticiam igitur, presencium tenore volumus peruenire, Quod Gregorio Bano filio Endre, vnacum filijs suis, videlicet Stephano, Nicolao et Laurencio, ab una parte, Boko, Elya et Thoma filijs Comitis Thome filij Myrk nobilibus de prouincia Syrmiensi, ab altera coram nobis personaliter constitutis, ydem Gregorius Banus et filij sui, medietatem possessionis Ryua vocata, a parte orientali, prout ipsam possessionem, fluuius a parte Septemtrionali ad meridiem decurrens, diuidit, cum omnibus suis vtilitatibus et feneto, tum propter fauorem cognacionis et carnis, tum eciam pro eo, quod ydem filij Comitis Thome, soluissent decem et septem marcas, petro et Gregorio, filijs Gregorij filij Scemteu, racione particule seu porcionis ipsos filios Gregorij, in predicta possessione Ryua vocata contingentis, per eundem Gregorium Banum pro quinquaginta et quinque marcis comparate, confessi sunt dedisse et reliquisse in filios filiorum pacifice possidendam. In cuius rei memoriam et robur perpetue firmitatis, nostras concessimus litteras priuilegiales, sigilli nostri munimine robaratas, Alphabeto intercisas. Datum in octauis beate Margarete Virginis. Anno Domini. Millesimo Trecentesimo decimo quarto. Discretis Viris, Vyda preposito,

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 367 von 696

Demetrio Cantore, Johanne Custode, Paulo Andrea et Johanne Archidiaconis, ceterisque Canonicis in ecclesia dei fideliter famulantibus et deuote.

A pecsét piros selyem zsinóron függ, fönt metszettbetükkel ; ere detije a b. Révay cs. lban, »Révay« fasc. I. 16. Közli : Kovács N.

321.

1314. jul. 24. János Tolna vármegye ispánja és bírótársai elött Walprech fia Pál Poukát s társait Apor és Kusd birtokok elfoglalásától tilalmazza.

Nos magister Johannes Comes Tholnensis et quatuor iudices: damus pro memoria quod paulus filius Walprech coram nobis comparendo poukam petrum et paulum nobiles de kusd ab vsu et percepcionis (így) vtilitatum possessionum suarum opour et kusd vocatarum videlicet ab incisione silue et a monasterio suo in honore beate marie constructe prohibuit Coram nobis decreuimus tamen ut ydem nobiles in festiuis diebus ualeat (így) accedere et funera mortuorum eciam sepelire. datum in uigilia sancti Jacobi Anno domini M° CCC° X° quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R 1505. 27. Közli : Óváry L.

322.

1314. jul. 25-ike körül. Herman pécsváradi apát az egyháza és Óvári Jakab között több rendbeli kártételek iránt föntforgott viszályt és peres kérdést kiegyenlítettnek nyilvánítja.

Nos Hermanus miseracione diuina Abbas Waradyensis, memorie commendamus per presentes, Quod super omnibus et omnimodis dampnis, iniurys nocumentis et iniuriosarum faccionum, seu controuersiarum articulis, quas, nos, et quilibet ad ecclesiam Waradyensem pertinentes, aduersus Comitem Jacobum filium magistri Corrardy de owaar, et quoslibet alios, pertinentes ad eundem vsque modo seu vsque datum presen-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 368 von 696

cium nostrarum litterarum, habebamus, mutuo et in alt rutrum nobis satisfacientes, ad pacis et concordie deuenerunt vnionem cum eodem Comite Jacobo et quibuslibet pertinentibus ad eundem, reddendo, dictum Comitem Jacobum, et quoslibet, pertinentes ad eundem, de parte nostra, et de parte quorumlibet ad nos pertinencium super premissis controuersiarum articulis, in omnibus et per omnia expeditos. Ita videlicet, quod super premissis controuersiarum articulis, iam preteritis et sedatis vt premittitur inter partes, neutra parcium, aduersus partem alteram, aliquam mouere possit materiam quescionis temporis in processu. Requisicione nichilominus. Comitis Benedicti filij Byrtolom, officialis dicti Comitis Jacobi, quam Idem super facto Jobagionis sui Chempey vocati, aduersus Georgium filium Alexandri Jobagionem nostrum habere dinoscitur, salua per omnia remanente. Datum ..... beati Jacobi apostoli anno domini. M° CCC° quarto decimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a b. Révay cs. lban, »Gyuláy« fasc. III. 16. Közli: Kovács. N.

323.

1314. jul. 25. I. Károly király az elödjei által hübérül adott Dévény, Stomfa s több Pozsony vármegyei faluk birtokában Tellespruni Ruger fiát Ottót megerösíti.

Karolus dei gracia hungarie dalmacie Croacie Rame Seruie Galicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Rex omnibus xpi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam tenore presencium volumus peruenire. Quod Otho filius Rugery ad nostram accedens presenciam dixit se quedam feuda Thebun videlicet Stampha pelystan, Sahur, Messuch, Sarkou, pistrich et Ishar vocata in Regno nostro in Comitatu posoniensi existentes, a progenitoribus nostris Regibus hungarie in feudum tenuisse priuilegia et instrumenta mediantibus quibus obtinuit et tenuit super hoc asserens se habere petens a nobis cum instancia vt ipsa feuda iuxta Jura ipsi ab antiquo ab eisdem progenitoribus nostris concessa confir-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 369 von 696

mare dignaremur. Nos autem iustis peticionibus ipsius Otthonis filij Rugery de Telesprun inclinati dicta feuda iuxta antiqua ipsius Jura ab eisdem predecessoribus nostris eidem concessa. Vt vti iuste possedit sic possideat, ipsi Othoni et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus supradicta feuda pacifice possidere annuentes, presentibus confirmamus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine robaratas. datum per manus venerabilis viri magistri Johannis prepositi Albensis ecclesie Aule nostre vicecancellarij et archidiaconi de Kukullev, dilecti et fidelis nostri. Anno domini M° CCC° decimo quarto Octauo kal. Augusti Regni autem nostri Anno similiter XIIII°.

Függő csonka pecséttel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 325. 25. Közli: Óváry L.

324.

1314. jul. 25. A pécsi káptalan előtt Krassómelléki Mihály és Gergely fia Dezső Kisfalud birtokot s a Gebárt és Felfalu közötti birtokrészt Sándor fiainak elörökítik.

Ladizlaus prepositus et Capitulum ecclesie quinqueecclesiensis vniuersis quibus expedit presens scriptum inspecturis salutem in salutis largitore. prouida racio discretorum consueuit legitimos actus hominum testimonio litterarum confirmare et perscripta in memoriam posterorum reuocare, ne contingat lapsu temporum obliuione uel calumpnia irritari proinde ad vniversorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie uolumus peruenire. Quod Comite Michaele filio Mychaelis de iuxta Karasov ab vna parte et alexandro, Ladislao et Nicolao filijs Comitis Alexandri filij Angelus cognatis suis ex altera coram nobis personaliter constitutis, idem Comes Michael quandam possessionem suam empticiam uel habitam titulo empcionis pro quadam eciam parte acquisitam Kyusfolud nuncupatam in qua Capella in honore beate marie virginis existit edificata in comitatu de Barana prope karasov existentem cum omnibus utilitatibus suis scilicet terris arabili-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 370 von 696

bus, siluis pratis et alijs quibuslibet pertinencijs sub hysdem metis, signis, siue terminis sub quibus idem Mychael ipsam tenuit, habuit, et possedit. Alexandro, Ladislao, et Nicolao filiis Comitis Alexandri supradictis cognatis suis tum quia dicti Alexander, Ladizlaus, et Nicolaus preceteris cognatis eius in ipsius necessitatibus, negocijs et agendis vniuersis debito cum fauore consilium et auxilium inpendendo fuissent eundem prosecuti, tum eciam in recompensacionem pecunie eorundem videlicet quinquaginta marcarum quas ab ipsis filijs Alexandri olim in suis necessitatibus receperat uel fuerat mutuatus est confessus contulisse et dedisse ex consensu et permissione petev filij Emirici et desev filij Gregorij cognatorum et conmetaneorum suorum ac per ipsos heredibus eorundem et heredum suorum successoribus perpetuo possidendam et habendam, nichil iuris uel dominij sibi uel alicui cognatorum suorum in eadem possessione relinquens uel reseruans prout eciam presentibus discretis viris magistris Egidio Archydiacono de Barana et Benedicto socijs et concanonicis nostris ad audiendum vltimum eulogium seu testamentum eiusdem Mychaelis ad peticionem suam per nos missis. Item Elekus de harsan, Matheo de Baya, et Budur de altera Baya, ac Nicolao de Beremen ecclesiarum sacerdotibus in eodem testamento per ipsum Mychaelem in lecto egritudinis decumbentem, antea extiterat ordinatum iuxta tenorem priorum patencium nostrarum litterarum. Preterea prenominatus desev quandam particulam terre hereditario iure, prout dixit, eundem contingentem inter Gebarth et felfolu villas eorundem filiorum Alexandri existentem est confessus ipsis filijs Alexandri pro octo marcis ab eisdem plene habitis et receptis sub hysdem metis siue terminis quibus eam ydem desev et pater eius possederunt vendidisse et per eosdem suis heredibus et heredum suorum successoribus perpetuo possidendam et habendam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad peticionem Mychaelis prenotati presentes nostras litteras priuilegiales ipsis Alexandro Ladizlao et Nicolao concessimus maioris sigilli nostri appensione et munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Endre lectoris ecclesie nostre, octauo Kalendas mensis Augusti Anno domini M° CCC° quar-

todecimo. Discretis viris Nicolao cantore Laurencio custode, et Joachino decano existentibus.

Függő pecséttel ; eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 557. 20. Közli : Óváry L.

325.

1314. jul. 29. Az esztergomi keresztesek conventje előtt Sági Bodó comes és Domokos, birtokrészüket Egyed comes fiának Bedének elörökítik.

Frater Nicolaus magister et vniuersi fratres Conuentus cruciferorum ecclesie sancti Regis Stephani de strigonio. Vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire. Quod Comes Bodou filius martini et dominicus filius Chaba nobiles de Saag ad nostram personaliter accedendo presenciam dixerunt et confessi sunt, quandam particulam terre ipsorum de ipsa terra Saag ad unum aratrum sufficientem, quam prefatus martinus pater ipsius Comitis Bodou, et Obosk frater eiusdem martini auus predicti dominici a comite Egidio patre magistri Bede empticio comparauerant, ex permissione Thome fili Chyzer Commetanei et vicini sui qui personaliter astando consensum prebuit et assensum, vendidisse tribus marcis plene habitis et receptis prefato magistro Bede filio Comitis Egidy et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam tenendam et habendam. Meta quidem cuius (így) particule terre incipit a quodam portu fluuij Ipul uulgariter Warrewy vocata et deinde uadit supra ad quendam riuulum Saag potok nuncupatum uersus partem orientalem, et abhinc iuxta eundem riuulum tendit supra usque ad quandam arborem piri Sar Kurthwel appellatam, et deinde reflectitur et uenit ad finem feneti seu prati danch Comitis ad aquam Ipul et ibi terminantur mete particule terre memorate, preterea confessi sunt eciam duas mansiones duarum sessionum iuxta sessionem prefati magistri Bede existentes dedisse et addidisse cum ipsa particula terre eidem magistro Bede similiter perpetuo possidendas et quia priuilegium quod super

ipsa particula terre fuit emanatum et confectum fuisset aliənatum ab eisdem et se amisisse, et ob id reddere nequirent, id circo idem Comes Bodou et dominicus si ulloumquam tempore ipsum priuilegium in aliquo loco exhiberetur, cassum esset et uanum ac penitus uiribus destitutum Insuper prefati Comes Bodow et dominicus tam per se quam per suos firmiter et sollempniter assumpserunt ipsum magistrum Bede et suos posteros in perpetua possessione predicte particule terre et suarum utilitatum conseruare, et ab omnibus inpetitoribus et molestare uolentibus expedire suis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem ad peticionem et instanciam parcium predictarum presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria secunda proxima ante festum ad vincula sancti petri Anno domini Millesimo Trecentesimo quarto decimo.

Függő pecsét nyomaival s metszett betükkel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Ecclesiast. 31. 42. Közli: Óváry L.

326.

1314. Bozita, aug. 6. István abaúji alispán és bírótársai bizonyítják, hogy Bolezlaus fia Bálint s társai, Edes fia Egyed ellen a kitüzött határnapon nem jelentek meg.

Nos Stephanus, comes vice magistri Michaelis, et quatuor iudices nobilium de Wyuar damus pro memoria quod cum secundum continenciam litterarum nostrarum priorum memorialium, valentinus filius Bolezlay et petrus filius eiusdem Item Ladizlaus Ekardus et alter Ladizlaus seruientes eiusdem ualentini contra Egidium filium Edes feria tercia proxima post octavas beati Jacobi apostoli plene respondere debuissent ipso termino aduenientе idem valentinus petrus filius eiusdem et seruientes sui prenotati ad terminum non venerunt nec miserunt per Egidium memoratum legittime expectati. Datum in Bozita termino prenotato Anno domini M° CCC° XIIII.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Márkusfalvi Máriássy cs. lvtban. »Idegen okmányok« 21. Ugyanott egészen hasonló tartalmú oklevél van 23. sz. a., hogy a megidézett felek az azon évi september hava 10-én sem jelentek meg.

327.

1314. aug. 22. A vasvári káptalan előtt Köcski Sándor több birtokos társaival, a sári határt maguk között felosztják.

Nos Capitulum ecclesie sancti michaelis de Castroferreo significamus, quibus expedit tenore presencium vniuersis quod comes alexander filius comitis alexandri de kuchk ex una parte, petrus filius ylerk Budur michael et Beke ac Jacobus fil[i] morkolphy Johannes filius ortolphy pro se et pro Stephano fratre suo Michael et martinus filij Lorandi de Saar ab altera coram nobis personaliter constituti in possessione eorum siue terris in eadem Saar existentibus talem diuisionem et concambium fecisse retulerunt quod idem comes alexander terram quam a ladizlao filio comitis Andree de Getse pro viginti marcis vigore nostrarum litterarum compararat, cum sessionibus loco molendini Nemore siluis et prato, ac alijs vtilitatibus suis omnibus excepta quadam particula terre arabili et fenili ad unum falcastrum sufficienti dedit petro cum suis fratribus et propinquis superius nominatis perpetualiter possidendam et e conuerso memorati nobiles terram eorum hereditariam in concambium et commutacionem predicte terre comitis alexandri a parte acquilonis dederunt sepedicto comiti Alexandro et suis heredibus heredumque suorum successoribus in filios filiorum iuxta commetaneitatem terre eiusdem comitis alexandri mihalfeulde uocate perpetuo pacifice et quiete ac inreuocabiliter possidendam quequidem terra per predictos nobiles modo premisso data metis subsequentibus taliter circumdatur, quod prima meta incipit ab oriente in arbore salicis iuxta terram prefati comitis alexandri in fluuio, deinde tendit ad vnam viam uersus occidentem, ad duas metas terreas, deinde uergit uersus meridiem per predictam viam ad vnum nemus per quod quidem nemus ex parte acquilonis tendendo vadit uersus occidentem, ad duas metas terreas angulares, deinde iuxta pomerium reflectitur ad unam cerasum ubi sunt due metee deinde adhuc ad acquilonem progrediendo peruenit ad riuum Zukpataka uocatum deinde peruenit ad unam magnam viam qua itur ad kurmend iuxta arborem silicis. Vbi due mete

sunt erecte et per eandem magnam viam uersus occidentem peruenit ad commetaneitatem terre Tyrebuch (az átiratban Tribuch) ubi sunt due metee in dumibus silicum que contiguant predictam terram Tyrebuch et separant terram nobilium predictorum deinde tendendo uersus acquilonem peruenit iuxta commetaneitatem predicte terree Tyrebuch ad unam arborem piri vbi sunt due (így) deinde adhuc ad acquilonem tendendo peruenit ad duas metas, quarum una iuxta viam est in arbore ylicis ibique iungendo terre predicti comitis alexandri et metas (így) memorate terree Tyrebuch terminatur obligarunt partes premisse nichilominus se vt si processu temporis parcium aliqua predictum concanbium violare aut reiterare attemptauerit in viginti marcis conuinceretur contra partem alteram premissum concambium et composicionem inuiolabiliter obseruantem. Dicimus eciam quod pangracius filius Nicolai de predicta terra Tyrebuch huic concambio tanquam commetaneus personaliter astans consensum prebuit et assensum. In super eciam sepedictus comes Alexander assumpsit et obligauit se vt si aliquo tempore in ipsa particula terree et fenili que primo sunt excepte domos uel edificia duraturus in eadem edificauerit aut filij sui extunc predictam terram totam modo concambij premissi possessam amittant eo facto datum in octavis assumpcionis virginis gloriose Anno domini M° CCC° decimo quarto et quod primum presentes nobis reportate fuerint nostrum priuilegium super premissis conferemus.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen, a gr. Festetics cs. ltban, »Castriferrei« 12. Ugyan ezen oklevelet, Ehelleus fia Miklós kérésére, a vasvári káptalan 1328-ban átírja, l. u. 10. b.

328.

1314. aug. 30. A pozsonyi káptalan előtt Szilas Péter a szászi határban hét holdat Szászi Pongrácz fiainak elörökít.

Vniuersis xi fidelibus presentes litteras inspecturis, Capitulum ecclesie Pozoniensis Salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire. Quod constitutus personaliter coram nobis, Petrus dictus Zy-

lus, filius Pauli, de Zaz, sicut dixit, ab una parte, Chama et Nicolaus filij Pangracy, de eadem ab altera idem Petrus est confessus oraculo uiue uocis, quod ipse septem iugera terrarum arabilium, de terris suis hereditarijs, inter terras dicte ville, Zaz, in duobus locis, videlicet tria iugera, inter terras filteluk, et quatuor iugera ultra fluuium Ber, prout dixit existencia, cum utilitatibus eorundem, que in superiori Zaz, et inferiori, ad predicta iugera pertinere dinoscuntur, Chama, et Nicolao, predictis, successoribusque eorundem, pro tribus marcis plene ab eisdem receptis, uendidisset, dedisset, et tradidisset, iure perpetuo irreuocabiliter possidenda, habenda, et tenenda. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine robaratas. Datum feria sexta proxima ante festum beati Egidij Abbatis. Anno domini- M° CCC° XIIII°. Dicta autem uendicio prout dixit ipse Petrus cum permissione omnium cognatorum suorum et vicinorum fuisset ordinata.

Vörös és fehér selymen függő pecséttel és metszett betükkel; eredetije a pozsonyi kápt. ltban, 14. 42.

329.

1314. sept. 16. I. Károly király Germán comes fiainak Hotko birtokot Gordua vármegyében adományozza.

Karolus dei gracia hungarie dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Rex Omnibus xpi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in vero salutari, hanc sibi Regia nobilitas quodam modo legem imposuit vt exigentibus meritis subiectorum se debere quod sponte tribuit estimet et nisi in beneficijs increuerit iugiter nichil se prestitisse reputabit proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod accedentes ad nostram presenciam magistri Johannes et Nycolaus filij Comitis Germani et sue fidelitatis seruicia nobis inpensa exponentes proponere curauerunt in hunc modum quod quedam possessio hotko vocata in qua in honore beati Michaelis Archangeli ecclesia est constructa, in comitatu de Gordua existens esset hominis sine herede decedentis, et ex eo ad nostram collacionem pertineret, peten-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 376 von 696

tes a nobis cum instancia vt ipsam possessionem eisdem dare pro seruicijs eorundem et conferre dignaremur. Vnde nos attendentes fidelitates fideliumque seruiciorum merita eorundem filiorum Germani que nobis multiplici studio inpendere curauerunt et specialiter in eo quod cum nos pro assumpmenda potencia nostra et recuperandis terris nostris exercitum nostrum contra filios herrici ad partes vltra drawam existentes transmisissemus ydem magistri Johannes et Nycolaus illico seruicijs nostris se applicantes et cetui nostrorum fidelium aggregantes tali sollicitudinis studio nobis seruire curauerunt quod negocia nostra maximam partem potencie per fidelia seruicia ipsorum assumpserunt Volentes itaque fidelibus seruicijs ipsorum Regio occurrere cum fauore, Regie namque maiestatis gracie gremia illis merito panduntur quos fidelitatis seruicia recommendatos reddiderunt, et licet ydem Johannes et Nycolaus multo plura a nobis mererentur, tamen in aliqualem remuneracionem eorundem ipsam possessionem hotko tamquam terram hominis sine herede decedentis, et ex eo Jure ad nostram collacionem pertinentem sicut dixerunt, cum omnibus vtilitatibus suis videlicet terris arabilibus, fimatis, vineis, siluis, pratis et alijs pertinencijs suis vniuersis eisdem Johanni et Nycolao pro fidelibus seruicijs ipsorum dedimus donauimus et contulimus ipsis et per eos eorundem heredibus heredumque suorum successoribus sub eisdem metis et terminis antiquis quibus per antiquos et priores possessores habita extitit et possessa Jure perpetuo pacifice possidendam tenendam et habendam, nolentes quod per hanc nostram donacionem Juri alieno seu aliorum derogetur. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes nostras ad instanciam eorundem priuilegiales concessimus litteras, duplicis sigilli nostri munimine consignatas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie perpositi Aule nostre Vicecancellarij et Archydyaconi de Kukullu dilecti et fidelis nostri. Anno domini Millesimo Trecentesimo XVI° kalendas octobris XIIII° (így) Regni autem nostri Anno similiter XIIII°.

Csonka, függő pecséttel ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 1506. 6. Közli : Óváry L.

330.

1314. sept. 16. Salamon Vas vármegye alispánja és bírótársai előtt Vasvári Bán fia Miklós ökreinek elviteleért Marczel comes fiai által történt kielégíttetését nyilvánítja.

Nos magister Salamon curialis comes Castriferrei absalon et tima iudices nobilium Comitatus eiusdem loci presentes litteras damus promemoria quod Nicolaus filius Ban de villa sancti Michaelis archangeli de Castroferreo coram nobis personaliter constitutus Nicolaum et Emericum filios comitis Marcelli dicti Curui super ablacione vnius bouis super quo suspicium ad eosdem Nicolaum et Emericum habebat et nichilominus ad nostram presenciam legitime euocauerat reddidit esse expeditos coram nobis. Nos enim iudices super facto debiti quo nobis in presenti causa tenebatur similiter reddidimus expeditos Datum feria secunda proxima ante festum in octauis sancte crucis Anno domini M° CCC° decimo quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen, a gr. Festetics cs. lvtban, »Castriferrei« 11. a.

331.

1314. sept. 21. A jászói convent előtt Bogyoszló fia Bálint, Edus fiainak az atyjuk megöletéseért elégtételt ad.

Nos Mychael prepositus et conuentus de Jazou damus pro memoria. Quod Egidius filius Edus filij Moyta ac Andreas frater ipsius Item Valentinus de Zonuk Item vgrinus et Emericus filij comitis Pentek, ab una parte ab altera Comes ualentinus filius Boguzlou coram nobis personaliter sunt constituti propositum extitit coram nobis per eosdem scilicet Egidium Andream ac Valentinum ugrinum et Emericum uiua uoce quod in causis scilicet super mortem Edus patris egidy et andre nominati per eundem ualentinum interfecti per sentenciam proborum uirorum propter bonum pacis se dixerunt cum eodem valentino concordasse et coram nobis concorda-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 378 von 696

runt, quod pro predicta morte edus idem valentinus soluet eysdem septuaginta marcas partim in argento aut in panno ad ualorem argenti partim uero in estimacione condigna preter arma equo flegmatico et claudo et sarcita veste tunica et pallio, in alys uero omnibus ipsis filys Edus Egidio et andre ac memoratis solucio autem fiet coram capitulo agriensi in kuzepnympthi propter grauitatem temporis in tribus terminis scilicet prima solucio uiginti quinqe marce fit in octauis omnium sanctorum secunda autem iterum uiginti quinque marce in octauis purificacionis marie tercia autem solucio scilicet uiginti marce in octauis beati Georgi martiris tali modo si primum terminum obmitteret in soluendo iudicium si secundum penam dupli si uero tercium tanquam in duello remaneret. Item in primo termino valentinus de Zonuk quanta re prestare sacramentum presumpserit quod in die obitus edus quantam pecuniam circa se receperint idem valentinus dare eisdem tenebitur Judicem uero in duabus partibus Comes valentinus conplacabit in tercia uero parte fily Edus et sui cognati dicimus eciam quod obligarunt se fily Edus Egidius et Andreas Valentinus ugrinus et Emericus pro se et pro Johanne dicto Chente ac filys arius ac eciam omnibus consanguineis ipsorum quod si qui ex ipsis Comitem valentinum predictum aut filium suum et ad ipsum pertinentes molestarent seu quouismodo eisdem nocerent factis et consilio in capite ipsorum remanerent usque ad totam solucionem factam, conpleta autem solucione tenentur eisdem litteras expeditorias dare Capituli Agriensis, secundo die ultime solucionis Datum in octauis exaltacione (így) sancte crucis Anno domini M° CCC° decimo quarto.

Zárlatán két pecséttel; eredetije a Máriássy cs. ltban, »Idegen okmányok« 24.

332.

1314. nov. 30. A tihanyi convent elött s ennek engedelmével a convent papsukai egyik jobbágya Szölösön Arnold comes jobbágyának négy hold földet elörökít.

Nos frater Thomas miseracione diuina Abbas, et conuentus monasterij Tykoniensis. Significamus quibus expedit presencium per thenorem (így) quod quidam iobagio noster, Sebastianus nomine filius kecha de popsuka ab una parte, ytem Lukachius filius Bedus libere condicionis, nunc iobagio comitis Arnoldi ab altera coram nobis constituti ipso Sebastiano asserente, nobis extitit recitatum, quod quatuor iugera de terris suis arabilibus et empticijs sicut dixit existentibus in Sceuleus a parte terrarum sancti Nicolai de Vrusku ab aquilone, a parte meridiey terre populorum Capituli Albensis ecclesie, que terre arabiles, cum finibus tendunt ad lacum ad orientem, septem pensis denariorum plene ab eodem Lukachio habitis, iam dicto Lukachio et suis posteris de permissione comitis Reynaldi officialis nostri perempniter vendidisse nullo quodam prohibente datum in festo sancti Andree apostoli Anno domini M° CCC° quarto decimo.

Hátlapján gömbölyű pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

333.

1314. Pozsony, dec. 6. Pozsony város bírája és esküdt társai Jakabot a város volt bíráját a két Vödricz patak közötti birtok örökös használatában meghagyják.

Nos Hertlo iudex Rector ciuitatis Posoniensis necnon duodecim coniurati videlicet Hambatho. Vlricus. martzolf. Richardus. Nicolaus. Waldnarius. Pertholdus frater plebani, Marchardus schiltheher. Vlricus de sancto georgio. Walbraun strauz Marchardus filius eiusdem. Ebro de chotseb. Stephanus melprenus Wulfingus. Ac vniuersitas ciuitatis eiusdem Memorie commendantes significamus, vniuersis quibus expedit pre-

sencium per tenorem. Quod nos terram seu possessionem retro Castrum posoniense existentem iuxta terminos suos distinctam inter duos riuulos Widrucha nuncupatos quam dominus ladislaus illustris quondam Rex hungarie et gubernator felicis recordacionis discreto uiro Jacobo quondam Iudici concivi nostro ex donacione et collacione regia pro suis fidelibus et obsequiosis seruicys multipliciter exhibitis et impensis dedit, contulit Ac sub testimonio confirmacionis sui priuilegij assignauit pro qua eciam nobis idem Jacobus duas turres infra muros nostros edificauit et construxit pro restauracione et comodo ciuitatis. Eandem terram cum omnibus suis iuribus et attinencijs. Ab omni iurisdiccione et proprietate si aliqua ad nos pertinere videretur excipientes de communi et fauorabili consensu et assensu permittimus et relinquimus eidem Jacobo et heredibus suis heredumque suorum successoribus pacifice libere et perpetuo possidendam. Et ne aliquis successorum nostrorum hoc factum imposterum ualeat reformare, presentibus nostrum sigillum duximus apponendum. Datum Posony. Anno domini Millesimo CCC° quarto decimo die sancti Nicolai confessoris.

Függő pecséttel; eredetije Pozsony sz. k. város. Iban, 6. 8.

334.

1314. dec. 20. A szalavári convent előtt Eynard fia Máté a Kanizsa melletti Bille birtokot az Osl nemzetségből való Lőrincznek örökül bevallja.

Conuentus monasterij beati Adriani de Zala, omnibus xpi fidelibus presentibus pariter et futuris presens scriptum inspecturis, salutem in domino sempiternam. Cum plerumque acta iusta hominum et licita soleant lapsu temporum obliuione uel calumpnia illicite ratractari et indebite perturbari nisi prouide litterarum testimonio confirmentur, ut perscripta in memoriam reuocentur discretorum. Ad vniuersorum igitur noticiam harum serie litterarum volumus peruenire. Quod constitutis coram nobis personaliter Matheo filio comitis Eynardi de Kanysa ex una parte, magistro autem Laurencio filio Emericy de genere Osl ex altera, idem Matheus Confes-

sus est clara uoce possessionem suam Bylle uocatam in Comitatu Zaladiensi existentem, possessioni Kanyza predicta contiguam per dictum Comitem Eynardum patrem suum mediantibus nostris litteris priuilegialibus et Conuentus de Nouacuria, ac Capituli ecclesie Albensis, quasdam particulas ex ipsa a nobilibus videlicet detentoribus et gubernatoribus ipsius possessionis iusto titulo empticie comparatas, quandam uero acquisitam nichilominus residuam particulam eidem impignoratam cum omnibus vtilitatibus suis et attinencijs vniuersis, sub metis et terminis in dictis litteris priuilegialibus exinde confectis plenius expressis vendidisse pro triginta duabus marcis plene persolutis et receptis dicto magistro laurencio iure perpetuo in filios filiorum suorum pacifice et quiete ac irreuocabiliter possidendam tenendam et habendam contradiccione qualibet non obstante ymo cunctis commetaneis possessionis antedicte consensum prebentibus et assensum. Addicimus eciam, quod litteras priuilegiales nostras et conuentus de Nouacuria ac Capituli ecclesie albensis pretactas, quibus mediantibus prefatus Comes Eynardus possessionem prehabitam obtinuerat, Matheus prescriptus propter maiorem cautelam et rei certitudinem in manus magistri Laurencij prenotati tradidit seu assignauit coram nobis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem, eidem magistro Laurencio nostras litteras priuilegiales concessimus nostro sigillo (így) munimine robaratas. Datum et actum feria sexta proxima post octauas beati Nicolai Confessoris. Anno domini M° CCC° X° quarto.

Függő pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 642. 35. Közli: Óváry L.

335.

1314. A vasvári káptalan előtt Mákfai Péter comes fiai nővérüket Isalchot arra nézve, hogy Kis-Kocs birtokot örökül bírhassa, biztosítják.

Nos Capitulum ecclesie sancti Mychaelis de Castroferreo notum facimus tenore presencium vniuersis, Quod valentinus,

Beke et petrus filij Comitis petri de Makua coram nobis personaliter constituti quandam possessionem eorum hereditariam Kyskoch vocatam in Belmura existentem in concambium et conmutacionem terre drugune vocate quam domine Isalth sorory ipsorum uxori magistri Ladizlai filij Comitis Adumpreth olym mediantibus nostris litterys priuilegialibus racione quarte Jure naturali sibi debita contulerant predictam possessionem Kyskoch dederunt donauerunt contulerunt et assignarunt cum omnibus suis vtilitatibus eidem domine Isalth sorori eorum et per eandem suis heredibus procreatis et in futurum procreandis perpetuo Jure et inreuocabiliter possidendam hoc adiecto ut lapsu temporis ipsam dominam et suos successores, racione sepedicte possessionis Kyskoch nec ydem filij petri nec sui successores ualeant molestare ymmo a molestantibus omnibus tenentur expedire, que quidem terra Kyskoch talibus metis circumdatur et a circumiacentibus separatur quod prima meta incipit ab occidente iuxta unam viam graminosam que procedit de villa Johannis in capite vnius vallis deinde tendit ad aquilonem in valle et peruenit ad unam metam adhuc ad aquilonem in eadem valle tendendo peruenit similiter ad unam metam, deinde flectendo ad partem orientalem et peruenit ad quinque metas, in duabus uero sunt arbores illicum iuxta viam magnam per quam itur ad sabariam de Belmura et separant a terris castri lynduc et vicinantur terre Mihaluch de quibus tendit per uiam magnam ad orientem et reflectitur ad vnam viam graminosam per quam itur in villam Mihaluch et peruenit ad duas metas in quarum una stat arbor illicis deinde adhuc ad orientem peruenit ad unam metam que stat in terra arabili adhuc ad orientem eundo peruenit ad tres metas angulares que mete separant a terris Mihaluch de quibus reflectitur ad meridiem et currit in vna valle peruenit ad vnam metam directe ascendendo ad montem iuxta vineam incultam Castrensium per singulas binas metas ascendendo peruenit ad riuulum drugune vbi est vna meta terrea, et ipsum riuulum saliendo similiter per singulas binas metas peruenit ad vnam viam ubi sunt duc mete in quarum vna est arbor illicis geminosa que wlgariter Ikunis tul nuncupatur saliendo ipsam viam descendit de monte ad unum riuulum lon-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 383 von 696

gitudine ad Aquilonem adiacentem, in cuius capite a parte Aquilonis peruenit ad monticulum iuxta viam et in via paruum pereundo ad orientem et de via declinando ad occidentem, et peruenit ad unam metam que meta est in medio duarum viarum erecta de qua parum procedendo peruenit ad primam metam que a parte orientali possessionem Kyskoch possessionem vero filiorum Varaslai abinuice separant et distingunt, ibique terminantur. Quod vt ratum sit presens scriptum contulimus nostro sigillo communitum magistro Bors preposito, Andrea cantore, Nicolao Custode et Johanne decano ecclesie nostre existentibus. Anno domini M° CCC° decimo quarto.

Ugyancsak a vasvári káptalan 1378-ki átiratából, melynek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 400. 6. Közli: Óváry L.

336.

1314. A szalavári convent a veszprémi káptalannak Tófő birtokra vonatkozó 1259-ki, és Pál veszprémi püspöknek 1267-ki oklevelét átírja.

Nos conuentus monasterij beati Adriani de Zala significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis Quod accedentes ad nostram presenciam Lorandus et Laurencius filij Benedicti de Thoufeu ab una parta Comites Absolon et Alexander filij Absolonis Micahel et Nicolaus filij Nicolai ab altera et dominus Abbas de Chathar nomine mediatoris inter partes exibentes litteras priuilegiales venerabilis patris pauli episcopi Vesprimiensis et alias litteras capituli eiusdem in nulla sui parte uiciatas sed propter discrimina temporum pecierunt de uerbo ad uerbum inseri et nostro sigillo communiri quarum quidem tenor talis est. (lásd Pál veszprémi püspök 1267-ki, s a veszprémi káptalan 1259-ki oklevelét Árp. Uj Okmtár VIII. 179. l. és VII. 517. l.) Nos igitur iuxta regni consuetudinem de uerbo ad uerbum rescribi facientes propter maiorem iusticie aparenciam et rei geste stabilitatem nostro sigillo roboramus. Anno domini M° CCC° et X° quarto fratre Benedicto Abbate

alio Benedicto Custode Anania decano Johanne Cantore Stephano notario salubriter existentibus.

Függő pecsét nyomaival ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 603. 58. sz. Közli : Óváry L.

337.

1314. A vasvári káptalan a paghi vagy mindszenti és csipkereki nemeseknek és András fiainak birtokát határjelekkel elkülönözvén, az erről szoló bizonyságlevelet kiadja.

Nos Capitulum ecclesie sancti Michaelis de Castroferreo. Significamus quibus expedit tenore presencium vniuersis Quod thyma et fabianus filij thyma, Nicolaus et Budur fily kadar Jacobus filius Endiri nobiles de Pogh, Item Jula et paulus, filij Stephani, koloz et Jhones filij Ladizlai, nobiles ibidem de Chypkerek, ex una parte, magistri Jhones et Andreas filij magistri Andree de eadem Pogh siue Mendzenth ex altera ad nostram cnncorditer accedentes presenciam instanter petiuerunt vnum ex nobis pro testimonio unacum Nicolao filio Jacobi et Nicolao filio Jwan de Gely, ac magistro Bartholomeo notario ecclesie nostre pari eorum adductis voluntate transmitti, quibus presentibus metas terrarum ipsorum que ab inuicem se distingunt vt possessio ipsorum magistrorum Jhonis et Andree, que uigore priuilegiorum nostrorum eisdem certa pertinet caucione, certis metis, et terminis a possessionibus eorundem nobilium separatim circumdentur, vt vbi veteres metas inuenirent, ipsas renouatas ampliarent, ac vbi eisdem uideretur nouas metas erigerent ut deceret. Nos qui iustis et legittimis peticionibus acquiesscere tenemur, unum ex nobis concanonicum nostrum magistrum Nicolaum et ipsum magistrum Bartholomeum, notarium ecclesie nostre simul cum prefatis nobilibus de Gely transmisimus ad exsecucionem intencionum eorundem, qui post modum ad nos proprijs singuli in personis reuersi, per nos requisiti retulerunt, pari voto, vt possessionum eorundem magistrorum Jhonis et Andree, in medio possessionum ipsorum iacentem, metis et terminis infrascriptis nichil discrepantibus uel contradicentibus de ysdem perpetuassent, extunc et nunc viua voce perempniter in filios filiorum

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 385 von 696

confirmauerunt, ex parte ipsorum propria ac posteritatum ac heredum eorundem, cuius quidem terre prima meta incipit ab arbore Ylicis, a parte meridionali iuxta terram uille Zyplak, in qua sunt tres mete, deinde uergit uersus aquilonem per unum nemus, et peruenit ad unam arborem piri in qua est meta iuxta terram arabilem, ab inde in fine eiusdem terre ad orientem peruenit prope aquam ad unam terream metam, deinde iuxta eandem aquam peruenit ad unam arborem saliceam cruce signatam, in qua est meta, iuxta semitam qua itur ad ecclesiam omnium sanctorum, deinde descendendo ad fluuium, remanente terra ab occidente, magistris Jhoni et Andree prenotatis, ab oriente uero thyme et fabiano Comitibus, et eundo per eundem fluuium, peruenit in Commetaneitatem Jacobi filij Endri, et per ipsam aquam procedendo, adhuc ad aquilonem declinat paulisper ad occidentem peruenit ad arborem silicis cruce signatam in qua est meta deinde a terra predicti Jacobi separata adhuc iuxta aquam peruenit in finem terre arabilis ad tres metas terreas, que separant ab oriente a commetaneitate filiorum kadar, deinde per eandem terram arabilem declinando, ad occidentem in medio eiusdem terre est vna meta terrea, de qua egrediendo adhuc ad occidentem peruenit in fine eiusdem terre ad magnam viam graminosam iuxta quam est meta terrea in querku (így) et uersus aquilonem tendendo per uiam eandem intrat siluam, vbi est meta terrea iuxta viam eandem, de hinc saliendo viam eandem ascendit montem directe uersus aquilonem, ubi est arbor ylicis cruce signata, in meta terrea, de hinc descendendo directe peruenit ad arborem cruce signatam existentem in meta de qua post hec peruenit ad aliam arborem ylicis circa uiam magnam, per quam itur in Endrid, et adhuc ipsam uiam saliendo peruenit ad arborem ylicis in meta positam, deinde parum procedendo peruenit ad arborem ylicis directe, de qua egrediendo venit ad arborem ylicis iterato, de hinc parum declinando, peruenit ad aliam arborem ylicis et sic de ipso monte descendit ad tres arbores quarum due sunt querkus et tercia ylicis, post hec tendit directe ad magnam viam per quam itur in perezteg de Castroferreo, circa quam est arbor quartaginis quod wlgo Nyr dicitur et alia ylicis posite loco mete, deinde flectit uersus

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 386 von 696

orientem per uiam eandem circa quam sunt tres mete terree angulares, que separant ab oriente de terris filiorum kadar a meridie uero de terris filiorum Stephani et suis fratribus de Chypkerek, deinde flectit uersus aquilonem directe, ubi sunt due mete terree in loco qui uocatur Hataruth, adhuc uersus aquilonem tendendo peruenit ad arborem querkus ubi sunt due mete terree deinde parum procedendo similiter ad aquilonem peruenit ad tres arbores ylicis, ubi sunt tres mete terree angulares, que separant a terris nobilium de Gely ab aquilone post hec reflectitur ad meridiem et parum ad occidentem procedendo sunt due mete angulares in ylice circa uiam per quam itur in pereztegfeu, que similiter ab aquilone separant a terris nobilium de Gely ab occidente uero a terris filiorum Stephani et suis proximis prenotatis, posthec ad meridiem tendendo, peruenit ad tres metas in ylice positas, ad huc ad meridiem tendendo peruenit ad tres metas in ylice positas adhuc ad meridiem tendendo uenit ad arborem ylicis cruce signatam, de hinc eundo peruenit ad arborem ylicis positam in meta circa locum Segutbik uocatum inter quas adhuc metas sunt tres mete in ylicibus directe, de hinc descendit montem iterato ubi est meta in ylice deinde procedit ad meridiem ubi est meta in ylice cruce signata inter quas adhuc sunt due mete in ylicibus cruce signatis, deinde adhuc ad meridiem tendendo saliendo viam magnam per quam itur in Endrid, peruenit ad metam in ylice positam cruce signatam iner quas sunt due mete in ylicibus cruce signatis directe, deinde uersus meridiem adhuc veniendo peruenit ad tres metas, quarum una est in ylice cruce signata inter quas est una meta similiter in ylice adhuc pergit ad unam metam in ylice positam que diuertit ad occidentem, ad duas metas in ylice positas circa uiam magnam per quam itur in Saar de Cheh per uillam Comitis Jule et suorum propinquorum Chypkerek uocatam, super quam a parte orientali adhuc est in una meta angularis directe, in ylice cruce signata que quidem terra per metas circumfusa ut premissum est triginta quatuor amplexus in se continet in latitudine atque tenet de meta arborem curtaginis in se continentem quod wlgo Nyr dicitur, ad occidentem tendendo que arbor stat circa viam per quam itur in perezteg

de Castroferreo, usque metam angularem prenotatam qua coniuncta dictorum magistrorum dilatatur et ampliatur per cursus metarum inferius expressarum deinde tendit uersus occidentem ad unam metam in ylice et posthec peruenit ad duas metas quarum una est in ylice et altera terrea posthec peruenit ad unam metam magnam, et dehinc ad duas metas, quarum una est in Ilice, de hinc uero tendit uersus aquilonem per unam viam, ubi sunt due mete angulares que distingunt et separant dictos filios Stephani et suos proximos ab aquilone de terra Gunuk vnde reflectendo se in eadem uia uersus meridiem tendendo metas (így) terre Gunuk peruenit ad commetaneitatem terre Cheh, deinde peruenit declinando de uia ad duas metas in uirgulto, de hinc peruenit iterato, ad duas metas iuxta vnam uiam transgrediendo deinde peruenit ad duas metas terreas deinde peruenit ad commetaneitatem terre Zyplak et ibi sunt due mete angulares abhinc uero uersus orientem peruenit ad duas metas iuxta arborem et iungitur ad pratum ad arborem pomorum ad primum numerum ibique terminatur. Et ut presens composicio, et metarum distinccio, plenius inter partes valeat obseruari, obligarunt se contra inuicem, vt siqui ex ipsis, aut ipsorum heredibus violare temporibus successiuis attemptaret, ante litis ingressum sine strepitu iudicij parti composicionem obseruanti quadraginta marcas nomine pene, soluere teneatur. Quod ut ratum sit presens scriptum contulimus nostro sigillo communitum. Anno domini M° CCC° decimo quarto domino Bors preposito Andrea, cantore, Nicolao custode, ecclesie nostre existentibus.

A vasvári káptalannak »magister Jhones filius Andree de Castroferreo« kérésére 1328-ban kiállított átiratából, melynek eredetije megvan a N. Muzeumban.

338.

1315. jan. 8. A vasvári káptalann előtt a Nádasd nemzetségből származott András fiai birtokaikon megosztoznak.

Nos Capitulum ecclesie sancti Michaelis de Castroferreo significamus quibus expedit vniversis Quod Ladislaus et

Dyonisius filij Comitis Andree de genere Nadasd coram nobis constituti personaliter in possessionibus suis et terris diuisionem inferius exponendam inter se retulerunt fore factam, quod iobagiones siue populi a fundo curie Johannis claudi et cum eodem Johanne cum reliquis uersus ciuitatem Castriferrei existentibus cessisse Ladislao memorato Item a curia Nicolai filij Merth et cum Nicolao uersus Makuan similiter cum alijs iobagionibus ex una parte ipsius ville a parte meridionali cessisse Dyonisio prenotato. Item ex altera parte eiusdem ville a parte aquilonis a sessione Sandur et cum eodem cum alijs populis uersus predictum Castrum ferreum usque ad finem ville remansisse eidem Ladislao. Ceterum a fundo lypoldi et cum eodem uersus predictam Makuan cessisse Dyonisio prenotato, terris arabilibus feneto siluis et alijs vtilitatibus dicte possessionibus remanentibus eisdem in (communi) Preterea dictus Ladislaus terram Andronici iuxta Gelse existentem cum omnibus suis utilitatibus sub metis et terminis quibus predictus Andronicus ipsam terram olim possedisse dinoscitur dedit et contulit in concambium terrarum Poka et Zereda quamquidem terram Zereda mete terre Poka prescripte circumuallunt Dyonisio sepefato terris prescriptis Poce et Zereda iam dicto Ladislao cum earum vtilitatibus omnibus remanentibus ex integro prout series metarum in priuilegio domini Ladislai regis felicis recordacionis exinde confecti ipsas terras circumdat ambit et discernit. Ceterum predictus Dyonisius porcionem suam quam in fundo curie ante ecclesiam sancti Ladislai regis cum ipso Ladislao fratre suo habebat scilicet dimidietatem eiusdem curie sicut cum sepibus uel paludibus circumdatur reliquit Ladislao fratri suo prenotato Nichilominus obligarunt se super premissis ullo unquam tempore transmutare qui si alienare dictas diuisiones et concambia attemptauerit in quinquaginta marcis conuincetur eofacto. Contra composicionem premissam obseruantem presentes autem quam primum ad nos fierint reportate super hoc nostrum priuilegium conferemus. Datum tercio die Epiphaniarum domini Anno domini Millesimo Trecentesimo decimo quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen, a gr. Festetics cs. lvtban, »Castriferrei« 12.

339.

1315. jan. 11. A magyar- és tótországi keresztesek főnöke Nekche pusztát bizonyos évi bérfizetés mellett Sándor fiának Miklósnak birtokába bocsátja.

Nouerint vniuersi presentes litteras publicas inspecturi quod nos frater Rolandus de Gragnana sancte domus hospitalis sancti Johannis Jherosolomitani humilis magister per hungariam et sclauoniam cordis affeccionem cognosscent nobilem virum magistrum Nicolaum filium Comitis Alexandri bone memorie esse fidelem ad hospitale predictum, et circa bona ipsius legaliter immiscere sperans quod in futuro ita faciet domino concedente eidem de gracia speciali, ac de consilio uoluntate et expresso consensu fratrum nostrorum scilicet fratris Johannis preceptoris de Nasicha, fratris Adam preceptoris domorum de Syrmia, fratris Nicolay et fratris Emerici sociorum nostrorum concedimus et uolumus quod habeat teneat et quiete possideat quoddam predium nostrum situm et positum in territorio nostro de Nekche, quod tenere consueuerat Myrch, cum omnibus pertinencijs suis exceptis curiis quas tenet presbiter Andreas que sunt hospitalis et hoc uolumus, quod similiter teneant filij et heredes ipsius magistri Nicolay predium donec uixerint et quamdiu fideles extiterint hospitali prenotato, retinentes domui nostre tria Judicia magna per nos uel per preceptorem iudicanda et omnes marturinas omnia dacia et seruicia atque iudicia exceptis illis tribus superius nominatis ad ipsum predium spectancia integraliter percipient in usus suos de quo uero predio tenetur dare hospitali predicto marcam unam denariorum bonorum banalium in festo sancte trinitatis et hoc sub pena dupli, quod si illud duplum non soluerent infra spacium sex mensium tunc cadat a iure suo et dictum predium libere perueniat ad hospitale predictum. Ad robur autem presencium iussimus nostro sigillo autentico communiri. Anno domini Millesimo. Trecentesimo. Quinto decimo die vndecimo Januarij.

Függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 1506. 1. Közli: Óváry L.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 390 von 696

340.

1315. Pécs, jan. 17. László pécsi püspök Óvári Conrád leányának a fivére Jakab fiai elleni ügyében halasztást ad.

Nos Ladislaus miseracione diuina Episcopus Quinqueecclesiensis damus pro memoria Quod cum in causa, quam nobilis domina filia magistri Corrardy, consors magistri Myske de genere Ratholth, contra Nycolaum et Jacobum filios magistri Jacobi filij eiusdem Corrardi moueret coram nobis iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum, in octauis Epiphanye domini perhemptoria responsio fieri debuisset, ipso termino adueniente, et Jacobo ac paulo de Wesprimio procuratoribus eiusdem nobilis domine ab vna parte, Mychaele filio Endre de Hydaga, procuratore predictorum filiorum magistri Jacobi, ab altera coram nobis constitutis, eandem causam ad peticionem Nicolai filij .... et alterius Nicolai filij Bani magistrorum, ad octauas medij xlme, nunc venturas prorogarunt, tali modo, quod si tunc eedem partes concordare poterunt bene quidem alioquin comparebunt coram nobis, ad perhemptoriam responsionem absque vlteriori dilacione faciendam, et occasione qualibet non obstante terminandam. Datum Quinqueecclesiis feria sexta proxima post Octauas Epiphanye prenotatas. Anno eiusdem M° CCC° XV°.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a b. Révay cs. ltban, »Gyulay« fasc. III. 17. Közli: Kovács N.

341.

1315. febr. 25. Baranya vármegye ispánja és bírótársai Óvári Jakab fiait bizonyos bírság megfizetéséről nyugtatják.

Nos magister Stephanus Comes de Barana et quatuor Iudices eiusdem comitatus damus pro memoria, Quod Nicolaus atque Korrardus filij Comitis Jacobi contra Johannem et Tadeum filios Thome, remanserant in Judicio seu Birsagio tenebantur, super quo nostram omnimodam uoluntatem cum suis rebus placauerunt atque se ipsos expedierunt, datum se-

cunda feria proxima post festum beati petri apostoli Kathedra Anno domini M° CCC° XV°.

Zárlatán négy pecsét nyomaival; eredetije a b. Révay cs. ltban, »Gyulay« fasc. III. 21. Közli: Kovács N.

342.

1315. mart. 30. A vasvári káptalan előtt Gede és fiai karátföldi nemes birtokostársaikkal megosztoznak.

Nos Capitulum ecclesie sancti Mychaelis de Castroferreo damus pro memoria quod Gede, et Mychael et Paulus filij eiusdem Gede ab vna parte, Item Hoda nec non Jakobus Stephanus Ladizlaus Michael Johannes Gallus et Nicolaus filij Benedicti nobiles de terra Corrardi ab altera coram nobis personaliter constituti in sessionibus suis proprijs et hereditarijs ibidem in terra Corrardy secundum arbitrium proborum virorum talem diuisionem inter se fecisse retulerunt, quod a parte aquillonis Sessionem uidelicet auorum eorundem minorem quantitatem continentem dederunt et assignarunt cum suis vtilitatibus Gede et filijs suis supradictis heredum per heredes, altera parte videlicet a plaga meridionali, Hode Jacobo Stephano ceterisque fratribus suis antedictis ac petro fratri Hode perpetuo remanente et cedente alias vero terras preter empticias, Siluis pratis et alijs vtilitatibus suis in duas partes diuidendas assumpserunt quarum vna Gede et filiis suis cederet, alia vero pars Hode et filijs Benedicti antescriptis remanebit, preterea quia Sessio Gede et filiorum suorum minorem continet quantitatem decem Jugera terrarum vbicunque recipere voluerint eisdem addiderunt et si parcium aliqua hanc composicionem infringeret viginti marcis remanebit contra partem alteram sicut partes Id propria assumpserunt voluntate datum In octauis passce. Anno domini M° CCC° X° quinto.

A vasvári káptalannak 1328-ban kelt átiratából, mely ismét ugyan csak a vasvári káptalan által 1357-ben átíratott; ennek eredetije a gr. Festetics cs. lvtban, »Castriferrei« 12. b.

---

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 392 von 696

343.

1315. máj. 9. Az esztergomi káptalan előtt Hamvai Miklós Hamva és Runya nevü birtokainak a Hunt fiai s társaik által való jogtalan elidegenítése ellen tiltakozik.

Nos Teophilus prepositus, et capitulum ecclesie Strigoniensis, damus pro memoria quod Nicolaus filius Nicolai nobilis de hanua ad nostram presenciam personaliter accedens extitit protestatus per hunc modum quod Johannes, Thomas, et alexander filij Hunt, Paulus filius Pauli necnon Laurencius et Jacobus filij elek de generacione eiusdem Nicolay filij Nicolay, tam nobilis domine . . relicte petri fratris uidelicet Nicolay memorati, quam hominum predictorum per occultum ingenium seu maliciam precogitatam, possessiones ipsius Hanua et Runa uocatas, ipsum hereditario iure contingentes, iam a tribus annis retroactis, in preiudicium suum et dampnum non modicum clamdestine uendicionis modo mediante alienare inquantum in ipsis est, et auferre ab eodem niterentur, vnde tam predictam dominam, quam filios Hunt, et alios socios eorundem supradictos, ne huiusmodi occulte vendicionis, et emcionis, possessionum predictarum contractus in presenti et in futuro tempore, ipsi Nicolao quicquam preiudicare valeat et ne priuilegiales litteras, alicuius Capituli seu conuentus exinde possint fraudulenter recipere, proibuit eosdem protestando, et eisdem contradixit pariter coram nobis. Nos uero super protestacione dicti Nicolai prehabita, ad instantem peticionem eiusdem, presentes, in testimonium, fecimus sibi dari. Datum sexta feria, uidelicet in crastino octauarum ascensionis domini anno eiusdem M° CCC° quinto decimo.

Zárlatán kerek pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Hamvay cs. ltárában. Közli: Nagy Gyula.

344.

1315. Liptova, máj. 13. I. Károly király Panad Arad vármegyei birtokot hívének Dózsának birtokába visszabocsátja.

Nos Karolus dei gracia (Rex) hungarie significamus quibus expedit tenore presencium vniuersis. Quod magister dausa Compater et fidelis noster, ad nostram accedens presenciam, per modum protestacionis nobis dicere curauit. Quod possessio seu villa panad vocata in Comitatu Orodiensi existens sua esset et fuisset hereditaria ac per ladislaum quondam Woywodam transsiluanum potencialiter occupata, petens a nobis cum instancia vt ipsam possessionem sibi restituere et ipsum in ipsa conseruare de regia benignitate dignaremur. Vnde nos consideratis fidelitatibus fideliumque seruiciorum meritis eiusdem magistri dausa, quibus semper se studuit nobis exhibere graciosum, eandem possessionem seu villam panad vocatam eidem magistro dausa reddidimus et restituimus vt, uti predecessores sui ipsam possederunt, sic ipse possideat et quatenus Jus in ipsa habet, sic habeat pacifice et quiete. Datum in lipptoa tercio die festiuitatis penthecostes. Anno domini M° CCC° quintodecimo.

I. Károly király 1323-ki átiratából, melynek eredetije az orsz. lvtár. kincst. oszt. N. R. 1506. 2. Közli: Óváry L.

345.

1315. Bedna vár külvárosában, jun. 6. Demeter kalocsai választott érsek előtt több szentpáli lakosok bizonyos birtokrész elörökösítéséhez beleegyezésüket adják.

Nos Demetrius miseracione diuina Archyelectus ecclesie Colocensis, Significamus quibus expedit tenore presencium vniuersis, Quod cum Johannes dictus Dogolov alyar et Mathey filius Scentus quendam fundum, molendini Juxta finem ville beati pauli, a parte Superioris ville Rednuk in medietate, prope molendinum magistri Jacobi fily Leonardi, a parte inferiori

existentem, ex potestate testamentaria, per Relictam Gregorij filij Bodolov, eisdem in vltima uoluntate commissa, quodquidem molendinum idem Gregorius prefate domine reliquerat iam dicto magistro Jacobo Septem marcis denariorum vendidissent, quod molendinum Chephanus et Blasius suus priuignus, propter homicidium, quod idem Blasius perpetrauerat, olim uendiderant Gregorio memorato, et contra eundem magistrum Jacobum, ydem Chepanus, Mychael et filius Siluestri Barnabas filius folkus, et aly hospites de sancto paulo controuersiam prohibitoriam suscitassent, Tandem ydem Chepanus, Mykael et Barnabas ac Andreas villicus, necnon hospites supradicti, Coram nobis constituti, recognoscentes, sibi nullum ius super ipso fundo competere, ante litis contestacionem, eidem liti renunciarunt, relinquentes, et permittentes dictum fundum prefato magistro Jacobo et suis heredibus, pacifice, quiete et perpetuo possidendum. In cuius rei testimonium, presentes concessimus litteras, nostro Sigillo auctentico communitas Datum in suburbio Castri Bednuk, Sexta feria proxima ante festum beati Barnabe Apostoli. Anno dominice in Carnacionis Millesimo. CCC°. Quinto Decimo.

A pecséttöredék vörös sodraton függ; eredetije a b. Révay cs. ltvban »Gyulay« fasc. III. 7. Közli: Kovács N.

346.

1315. jun. 25. A pozsegai káptalan előtt Kudona fia Tomen zemeni birtok- és szőlőrészét Kupsa fiának Péter comesnek elörökíti.

Nos Capitulum ecclesie beati Petri de Posaga memorie commendamus per presentes, Quod Thomen filius Kudona ab vna parte, Petrus Comes filius Kupse ab altera, coram nobis personaliter sunt constituti, Idem Thomen filius Kudona, confessus est viua uoce, Quod terciam partem cuiusdam particule terre, Zemen uocate, et vinee in eadem existenti, quam a Paulus filio Paulisi albi pro tribus marcis, Bude. Petrus. et Thomas fratres sui vterini, cum eodem conparaverant, nondum per metas et terminos, sibi a fratribus suis iamdictis separatam, cuius-

quidem tercie porcionis terre predicte simul cum alijs porcionibus fratrum suorum supradictorum, metas in litteris nostris Priuilegialibus, per dictum Thomen nobis exhibitis, vidimus contineri, ipsi Petro Comiti pro vna marca plene recepta, sicut dixit vendidisset Jure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, Itaque si aliquis antedictum Petrum Comitem processu temporis, racione ipsius tercie porcionis terre, infestare attemptaret, Idem Thomen expedire tenebitur laboribus proprijs et expensis, Et quia prefata particula terre, per predictos filios Kudona adhuc est indiuisa, propter huius rei cautelam, ut tempore diuisionis, ipsa tercia pars sepius dicta, iam memorato Comiti Petro iuste ualeat separari, ipsam terram litteris nostris Priuilegialibus, nos edocentibus, hys metis vidimus esse circumcinctam, Prima meta incipit a parte orientis iuxta terram Kudona, ubi est arbor Cerasi sub qua est meta terrea. Inde tendit ad partem meridionalem, ad arborem harast sub qua est meta terrea. Inde ad vnam paruam vallem, in qua est vinea prenotata, et peruenit ad finem eiusdem vince ubi est arbor Piri, sub qua est meta terrea. De inde per mege uadit inter vineas, ad monticulum vbi est arbor nucis, sub qua meta terrea, Inde versus partem septemtrionis, inter vineas eundo ascendit ad monticulum, in medio cuius est meta terrea . . . . . ad arborem harast sub qua est meta terrea. Inde per vnam viam versus septemtrionem, peruenit ad aliam viam Tysk uocatam, per quam versus orientem eundo peruenit ad metam antedictam, et ibi . . . . . Datum in Crastino festi beati Johannis Baptiste, Anno domini Millesimo CCC° quindecimo.

A pozsegai káptalannak 1336-ki átiratából, melynek eredetije meg van a N. Muzeum oklevélgyüjteményében. Rövid kivonatát l. Fejér VIII. 1. 592. l. Közli: Nagy Gyula.

347.

1315. jun. 25. A pozsegai káptalan elötti, a föntebbihez hasonló örökbevallás, egy másik birtokrészről.

Nos Capitulum ecclesie beati Petri de Posaga memorie commendamus per presentes Quod Thomen filius Kudona de Zuynna ab vna parte Comes Petrus filius Kupse, ab altera, coram nobis personaliter sunt constituti, Idem Thomen confessus est viua uoce, Quod terciam partem cuiusdam particule terre, Zemen uocate, in Zuynna existenti (igy) ab Andrea Mortun, et Paulus filijs Paulys, per ipsum et per Bude, Petrum, et Thomam fratres suos vterinos, cum vna vinea, in fine ipsius particule totalis a parte meridionali inter Dragal Telky adiacenti, pro sex marcis conparatam, nondum per metas et terminos sibi a fratribus suis separatam, Cuiusquidem tercie porcionis terre predicte, simul cum alijs porcionibus fratrum suorum supradictorum, metas in litteris nostris Priuilegialibus, per dictum Thomen nobis exhibitis, vidimus contineri, ipsi Comiti Petro pro tribus marcis, plene receptis sicut dixit, vendidisset Jure perpetuo possidendam, Itaque quicunque eundem Comitem Petrum processu temporum, racione ipsius tercie porcionis terre infestare attemptaret, Idem Thomen expedire tenebitur laboribus proprijs et expensis, Et quia prefata particula terre per predictos filios Kudona, adhuc est indiuisa, propter huius rei cautelam, ut tempore diuisionis ipsa tercia pars sepefata, supradicto Comiti Petro, iuste ualeat separari, ipsam terram secundum quod in ipsis litteris nostris Priuilegialibus continetur, hoc ordine vidimus metis esse circumcinctam, Prima meta incipit, a parte occidentis, de terra Domchyn, vbi est arbor Piri, meta terrea circumfusa, Inde ad metam terream que est in mege, Inde tendit versus orientem, et asscendit ad montem ad arborem Harast sub qua est meta terrea Inde ad arborem Tilie sub qua est meta terrea que stat iuxta vnam semitam, quamquidem semitam pertransit et cadit ad magnam viam Tysk vtha uocatam, ad modum Crucis iacentem iuxta quam est meta terrea. Inde versus me-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 397 von 696

ridiem peruenit ad viam, per quam itur ad vineas, Inde ad paruam vallem, de que exit versus orientem, ad arborem Cerasi sub qua est meta terrea. Inde per ipsam viam Tysk tendit versus meridiem, et cadit ad aliam magnam viam, que currit iuxta terram Lukach, Inde declinat per Berch nemorosum versus aquilonem, ad arborem Byk, Inde descendit ad campum, ad truncum Cerasi, subtus quem est mete terrea. Inde adhuc asscendendo, venit ad arborem Cerasi iuxta Elya Telky stantem, sub qua est meta terrea, parum eundo venit ad priorem metam et ibi terminatur, Datum in Crastino beati Johannis Baptiste, Anno domini M° CCC° quindecimo.

Ugyanott, a hol a föntebbi oklevél; kivonatát l. Fejér VIII. 1. 591. l. Közli: Nagy Gyula.

348.

1315. jul. 1. A nyitrai káptalan elött Elefánti Bajnok fiai bizonyos birtokrész eladásához beleegyezésüket adják.

Nos Capitulum ecclesie nitriensis memorie commendantes significamus quibus expedit uniuersis presencium per tenorem quod petrus et martinus filij Boynuk de Elephant ab vna parte, et Comes Mathyas de eadem ex altera, ad nostram accedentes presenciam, dicti petrus et martinus sunt confessi viua uoce, quod propter immensam familiaritatis operam eisdem per dictum Comitem Mathyam temporibus retroactis inpensam, empcioni porcionis possessionis quondam Stephani filij Menhart de eadem Elephant, per dictum Comitem Mathyam facte a domina Venys filia ipsius Stephani et a Jowahun nobile de Opon, marito dicte domine ac domina Annus Relicta eisdem Stephani que videlicet porcio possessionis ipsius Jowahun et domine Venys per Zumur quondam fratrem suum vterinum, filium dicti Stephani donata ipsi vero domine Annus racione dotis sue deuoluta extiterat, prout in prioribus litteris nostris super facto dicte porcionis possessionis emanatis plenius continetur, ipsi Comiti Mathye consensum adhibuissent beniuolum et assensum et coram nobis adhibuerunt ipsum Comitem Mathyam et suos heredes in dominium dicte porcio-

nis possessionis Comparate per eum liberaliter et libenter assummentes et permittentes. Datum in octauis beati Johannis baptiste. Anno domini M° CCC° decimo quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival, eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 1671. 13. Közli: Óváry L.

349.

1315. Szeged, sept. 14. I. Károly király Chabanka, Gurk fia Miklós, és Záh fia Felicián hütlenek összes javait Domokos nádornak adományozza.

Nos Karolus dei gracia Rex Hungarie significamus quibus expedit universis, presencium per tenorem. Quod quia Chabanka, Nicolaus filius Gurk et felycianus filius Zaah una cum Matheo de Trenchen infideli nostro contra nostram regiam Maiestatem in omnibus factis suis processerunt, et ad nostram graciam reuocati venire noluerunt, ymo peiora prioribus ad nos pertinentibus intulerunt, volentes ut male meriti perpetua egestate laborent, universas possessiones eorumdem Chabanka Nicolai et feliciani ubicunque et in quocunque Comitatu existentes ab eisdem infidelibus nostris auferendo magnifico viro dilecto et fideli nostro Dominico palatino considératis et inspectis suis fidelitatibus fideliumque seruiciorum meritis, quibus nobis multipliciter studuit se exhibere graciosum, easdem possessiones predictorum perpetuo dedimus, donauimus et contulimus possidendas et tenendas. Datum in Zeghedino in festo Exaltacionis sancte Crucis Anno domini M° CCC° XV°

Pecsét töredékével; eredetije a gr. Erdődy cs. lban. Közli: Botka Tivadar.

---

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 399 von 696

350.

1315. Kapronczа, oct. 7. Németújvári Iván Somogy, Tolna, Baranya és Bodrog vármegyék főispánja, az atyja által 1309-ben jóváhagyott s a kapronczai elöljárók előtt 1308-ban létrejött szerződést megerösíti.

Nos magister Jhones comes Symigiensis Tholnensis de Barana et de Bodrug memorie commendantes thenore presencium significamus vniuersis quibus presentes hostenduntur Quod comes Georgius filius Cozme ciuis et iobagio noster de Kapronchа ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis litteras patentes magistri Herrici domini sui et patris nostri felicis recordacionis petens nos in instantissime (így) ut ipsas litteras patris nostris (így) perlegi et de uerbo ad uerbum inseri faceremus in nostris litteris priuilegialibus eidem dignaremur confirmare Cuius thenor talis est. Nos magister Herricus banus tocius Sclauonie memorie commendantes thenore presencium significamus quibus expedit vniuersis quod Georgius villicus ciuis noster de Kapruncha ad nostram accedens presenciam a nobis instantissime postulauit quod nos litteras patentes per Ciues et Communitates tocius Ciuitatis de Kapruncha emanatas de uerbo ad uerbum perlegy faceremus et nostris patentibus litteris eidem dignaremur confirmare. Cuius quidem thenor talis est. Nos Benedictus villicus Draganus Matheus Chuche et vniuersa tota Communitas tam maiores quam minores de Kapruncha, significamus quibus presentes hostenduntur. Quod quia Georgius villicus filius Cosmas probus et honestus nobis ad nostrum decus et honorem in tribus locis bene nobis placitis tres pontes edificauit et construcsit (így), nos e contra eidem de bona nostra uoluntate hanc graciam duximus faciendam ut cirka (így) Molendinum suum extra Ciuitatem iuxta aquam Kapruncha uocatam preter ortulario et Custode Molendini liberam habeat septem iobagiones uel paulo plus congregandi tenendi habendi et possidendi sine aliqua collecta facultatem nullum debitum nullamque collectam nobis uel alicui comiti

pro tempore emergenti quamdiu nostra communitas duretur soluere teneantur. Datum die dominico proximo ante festum beati Martini confessoris. Anno domini M° CCC° octauo. Nos itaque dignis et iustis peticionibus predicti comitis Georgy optemperantes in hac parte, litteras eiusdem perlegy fecimus et rescribi seriatim nostrisque patentibus litteris eidem perpetuo confirmari faciendo. Datum in Kapruncha die dominico ante festum Asscensionis domini, Anno eiusdem M° CCC° Nono. Nos itaque iustis et dignis peticionibus predicti comitis Georgi optemperantes et ipsius multiplicia seruicia reconpensare uolentes litteras predicti patris nostri de uerbo ad uerbum insertas nostro sigillo attentiquo (így) fecimus conmuniri et eciam confirmari. Preterea uolumus ut idem comes Georgius non solum septem fundos curiarum uerum eciam octo uel decem liberam habeat congregandi edificandi et sine qualibet collecta conseruandi facultatem. In cuius rei memoriam et stabilitatem perpetuam presentes contulimus litteras munimine nostri sigilli robaratas. Datum in Kapruncha in crastino octauarum beati Mikaelis arkangeli. Anno domini M° CCC° decimo Quinto.

Piros selyem zsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije a gróf Nyáry cs. lban, Gbelán, Trencsény vármegyében.

351.

1315. Kolozsvár, nov. 13. Miklós erdélyi vajda előtt Tormach fia János, Emuch fia János és Csoma fia Jakab, ez utóbbi Vas Miklós nevében is, Vasculteleke nevű birtokot maguk között felosztják.

Nos Nycolaus Woyoda Transsilvanus et Comes de Zolnk (így) Significamus vniuersis tenore presencium quibus expedit, memorie commendantes. Quod Johannes filius Tormach ex vna parte, Johannes filius Emuch, et Jacobus filius Choma pro se et pro Comite Nycolao dicto Wos Castellano ex altera, coram nobis personaliter constituti in quadam possessione ipsorum, Vasculteleke vocata, talem diuisionem perpetuam fecisse retulerunt, quod eandem possessionem Vasculteleke,

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 401 von 696

presentibus testimonio abbatis et conuentus de Clusmonustra. Item Lorando filio Ortalphi Jula fratre eiusdem, et Johanne filio Martini iudicibus nobilium de Dabaka, hominibus nostris illac adhoc adductis, in tres partes Equales metis et signis, presentibus infra scriptis, ab in uicem separando, diuisissent, quarum due partes, a parte orientali existentes, cum vniuersis vtilitatibus et pertinencijs suis, eidem Johanni filio Thormach et suis heredibus iure perpetuo cessissent, possidende et habende, residua vero tercia parte, a plaga occidentali existente, similiter cum vtilitatibus suis et attinencijs eisdem filijs Emuch et Jacobo ac ipsorum heredibus perpetuo et irreuocabiliter possidenda et habenda remanente, Mete autem et limites quibus ipse partes ab inuicem separantur quas presentibus ipsis testimonio et hominibus nostris erexerunt, prout dicte partes coram nobis recitarunt, hoc ordine distinguntur; quod primo incipit a parte occidentali, supra tres metas magnas antiquas et capitales, quarum vna separat a villa Scekakna vocata, alia a Buzias et tercia est meta eorumdem. Inde egreditur versus orientem directe et venit ad vnam metam terream, in quodam Berch existentem. ab hinc directe descendit et iungit similiter vnam metam in quodam monticulo situatam, vnde descendendo ad eandem plagam venit ad vnam metam in terris arabilibus existentem, et adhuc directe descendit et peruenit ad vnum fontem, secus quem sunt due mete, vna antiqua et alia noua, et in eodem potak percurrendo iungit alias duas metas in fine ville existentes. Inde reflectitur versus meridiem et in medio ville iungit vnam metam, et de meta ad metam in medio ville percurrendo iungit tres metas, et ad huc eundo, ad eandem plagam venit ad vnam metam, que est ante domum sacerdotis. Inde ascendit ad collem et venit ad vnam metam iuxta uiam existentem. Vnde ascendit in eodem colle et venit ad vnam metam circa arbores positam. Et adhuc ascendendo in cacumine ipsius collis peruenit ad tres metas capitales, quarum vna Licashathar nominatur, que separat a terra pulun et ibi terminatur. preterea obligarunt se partes predicte, quod nullo unquam temporis curriculo prefatam diuisionem aliqua ipsarum posset uel deberet irritare, aut reuocare, si uero memoratus Comes Nycolaus Wos pro quo dictus Johannes et

https://data.onb.ac.at/rep/11325475

Jacobus astiterunt, niteretur retractare, extunc dicti Johannes et Jacobus tam pro se quam pro eodem Nycolao obligando assumpserunt, quod Andree et Petro filios (így) Lood in processu suo, contra predictum Johannem filium Tormach peragendis non consilio non fauore nec pecunia sufragia preberent uel auxilia, et idem Jula Iudex nobilium homo noster coram nobis constitutus omnia premissa inter partes facta fuisse affirmauit consequenter. Datum in Clusuar tercio die festiuitatis beati Martini confessoris. Anno domini M° CCC° quintodecimo

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a gr. Wass család czegei lban.

352.

1315. A keresztesek magyar- és tótországi főnöke Karol falut évi bérfizetés mellett Karoli Chaba comes fiai használatába bocsátja.

Nouerint vniuersi presentes litteras publicas inspecturi quod nos frater Rorlandus de Gragnana sancte domus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani humilis magister per Vngariam et sclauoniam uolens dare opera cum effectu, quod bona et possessiones hospitalis predicti posita in villa Karul, per nobiles viros videlicet Nicolaum, Micaelem et laurencium Comites filios Comitis Chaba de Karul sint fideliter custodita, sperans quod nobiles supradicti pertractabunt toto posse utilia hospitalis sepedicti ipsis nobilibus concedimus et uolumus quod habeant teneant et quiete possideant possessionem supradictam nomine locacionis usque ad octo annos proxime venturos cum omnibus suis iuribus terris pratis vineis siluis aquis et pascuis, de qua possessione hospitali predicto annuatim in octava beati Martini octo marcas bonorum denariorum banalium reddere teneantur, quod si dictam quantitatem pecunie non soluerent in termino supradicto, tunc hospitali predicto duplum dicte quantitatis pecunie soluere teneantur, hoc adiecto quod si casus accideret quod dictam possessionem non possent ut superius dictum est quiete et pacifice possidere quod exinde fruges et redditus amitterent, tunc uolumus

quod a dicta quantitate pecunie sint liberi ac soluti nec ad dictum hospitale reddere teneantur. Volentes eciam quod ullo modo molestentur de possessione predicta per aliquos fratres dicti hospitalis usque ad terminum supradictum, et hoc fecimus de consilio voluntate ac expresso asensu fratrum nostrorum videlicet fratris Adam preceptoris domorum sirmie fratris Nicolai capellani nostri et fratris emirici soci nostri promittentes nobiles supradicti si contingerit nos transmeare ad partes transiluanas nobis dare descensum per duos dies et in reditu nostro per alios duos, volumus quod dare debeant dictam quantitatem pecunie quolibet anno reuerendissimo patri et domino domino Villermo dignissimo abbati Belefontis si non essemus ad partes predictas, vt autem sit robur et firmum presentes nostro sigillo pendenti fecimus comuniri. Datum anno domini M° CCC° decimo quinto.

Függő pecsét darabjával; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1506. 3. Közli: Óváry L.

353.

1315. Az egri káptalan Hamar Miklós részére Gyárfásfölde birtok adományozásáról szóló saját 1307-ki, föntebb 123. sz. a. közlött oklevelét átírja.

Presentibus tamen Symone Cantore, Nicolao Lectore, Petro Custode, Petro de Zemlen, valtero de Borswa, dominico de wyuar, Laurencio de Kemey, Petro de Zobouch, et alio Petro de vng, Ottone de Ketesde. Benedicto de Heues. Archydiaconis et alijs multis. Anno domini M° CCC° quintodecimo. Regnante Karolo illustri Rege Hungarie. Th. archyepiscopo Strigoniensi. Demetrio archiepiscopo Colocensi. Et eodem domino nostro venerabili patre Martino dei gracia Episcopo Agriensi existentibus.

Ugyancsak az egri káptalannak 1327-ki átiratából, melynek eredetije a N. Muzeumban. Közli: Nagy Gyula.

354.

1316. febr. 25. Korpona város tanácsa előtt Varga Péter fia Miklóst és Frigyes korponai, polgárok malomrészüket a bozoki conventnek eladják.

Nos Nicolaus Judex de Corpona pro tempore constitutus. Cristlinus filius Rymar. Andreas pellifex. Petrus Gener Tyrling et Henricus Institor Jurati. Prehtholdus et Walterus ac ceteri Ciues de eadem. Omnibus xpi fidelibus presentem paginam intuentibus salutem in omnium saluatore. Proinde peritorum prouidencia hoc remedium reperiens singulare in oleuit ut facta mortalium confirmacione litterarum perhemnentur Ut cum opus fuerit representari ualeant aspectibus posterorum. Hinc est quod ad vniuersorum noticiam tam modernorum quam futurorum harum serie uolumus peruenire. Quod Nicolaus filius Petri Sutoris quidam conciuis noster ad nostram presenciam accedendo medietatem cuiusdam Molendini sibi de iure attinentem in territorio Monasterij sancti Regis Stephani de Bozok, super fluuium Corpona vocatum existentis vendicioni exponens Religioso viro fratri Michaeli Ordinis premonstratensis preposito prefati Monasterij similiter coram nobis comparenti pro quatuor marcis et dimidia fini argenti contradiccione aliqua non obstante vendidit dedit et statuit tam sibi quam suis successoribus inreuocabiliter quiete et pacifice possidendam et habendam. Igitur post quintam reuolucionem anni et post obitum predicti Michaelis prepositi de Bozok, accedens ad nostram presenciam Religiosus vir Jacobus prepositus de eadem secundam partem eiusdem Molendini vna cum suo Conuentu a nostro conciui Fridrico nomine pro duabus marcis et uno fertone comparauit perpetualiter possidendam, et ne huic emcioni siue vendicioni aliqua possit euenire aduersitas siue calumpnia presentes nostri Sygilli munimine dedimus roboratas. Nos igitur insuper predicto preposito Michaeli de Bozok et suo successori Jacobo preposito de eadem et Conuentui ad hec obligando in hys scriptis assumpsimus quod si

processu temporum per prauorum hominum calumniam uel maliciam racione dicti Molendini ipsos molestari seu grauari contingeret nos pro ipsis astare, et ab omni eos molescia et grauamine laboribus nostris et expensis defendere ac liberare teneremur; vt igitur hec premissa robur obtineat perpetue firmitatis nec per quempiam in irritum possit revocari. presentes litteras cum Sygillo Civitatis duximus confirmandas. Datum in festo beati Mathie apostoli. Anno Domini M° CCC° sextodecimo.

Hártyaszeleten függő pecsét maradványával; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Jes. Coll. Tyr. 14. 66. Közli: Kovács N.

355.

1316. apr. 26. A somogyvári convent előtt Rajnáld comes fiának Arnoldnak özvegye Genith, és fia Miklós pathi birtokukat Palyai Luchének elörökítik.

Conuentus monastery sancti Egidy de Simigio omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore ad vniuersorum noticiam volumus peruenire Quod nobilis domina nomine Genith filia Nicolai filij Comitis Levstachij relicta Arnoldi filij Comitis Renoldi et Nicolaus filius eius ab una parte, magister Leuche filius Comitis petri de palya proximus et cognatus eiusdem domine pro se et pro petro fratre suo ex altera personaliter coram nobis constituti prefata domina et Nicolaus predictus filius suus, confessi sunt, viuauoce, vt totam medietatem ville poth scilicet porcionem suam a parte septemtrionis situatam cum medietate parochialis ecclesie eiusdem ville poth et cum molendino vno ac loco alterius molendini, nec non cum omnibus vtilitatibus suis videlicet terris fimatis arabilibus, Siluis et fenilibus, ac cum alijs pertinencijs ad ipsam medietatem ville pertinentibus sub antiquis metis, quibus consistit tempore ab antiquo, ipsa domina partem seu medietatem prefate porcionis filij sui, pro dote et rebus parafernalibus suis per eundem Nicolaum filium suum coram nobis datam seu collatam ex consensu et voluntate eiusdem filij sui pro quinqua-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 406 von 696

ginta marcis, preterea dictus Nicolaus residuam partem seu medietatem prefate porcionis sue similiter pro quinquaginta marcis vendidissent predicto magistro Leuche et petro fratri suo pro pecunia pretaxata plene recepta, sicut dixerunt ab eodem, eis et ipsorum heredibus perpetuo possidere et habere. Dicimus eciam, quod predictus magister Leuche voluit et asumpsit vt in prefata possessione prefatam dominam cognatam suam et Nicolaum filium suum, donec ipsa domina et filius suus in hoc seculo viuerent indempniter conseruaret, victus et vestitus eisdem aministrari faciendo. In cuius rei memoriam et ad perpetuam firmitatem ad peticionem partis vtriusque presentes dedimus litteras nostras sigilli nostri munimine communitas. Datum feria secunda proxima post festum beati Georgy martiris. Anno domini Millesimo, Trecentesimo, decimo sexto. Religioso viro fratre Matheo abbate prelato nostro, Johanne Decano Valtero custode, fratre Vlrico Cantore, Nicolao celerario Ceterisque fratribus ibidem existenibus.

A pecsét sárga és zöld selyem zsinóron függött; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 604. 34. Közli: Kovács N.

356.

1316. máj. 1. A nyitrai káptalan előtt Abafi Miklós, kelecseni birtokát Ürményi Benedeknek és fiának hűségük jutalmául birtokukba bocsátja.

Vniuersis xpi fidelibus presentem paginam inspecturis Capitulum ecclesie Nitriensis salutem in omnium saluatore, Cum virtus premio, et fidelitas remuneracionis beneficio nullatenus carere debeant, Idcirco pie considerandum est, ut qui seruicia ac fidelitates suorum indesinenter cupiunt amplectere illi eorumdem fidelissimis obsequys multimodis retribucionibus animi cum desiderio confestim insurgere procurent hinc est igitur quod ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod nobilis vir magister Nicolaus filius magistri abee filij abee, in nostri presencia personaliter constitutus quamdam possessionem suam kelechen nuncupatam olym patri suo comiti abee in concam-

bium possessionis sue hereditarie Berench vocate deuolutam, tum propter fidelitates ipsorum et seruicia que sibi et patri suo ab euo puerili laudabiliter exercuissent, tum eciam in concambium terre ipsorum Mocholan nuncupate terre condam Castrensis castri posonyensis (quam) Andreas Dei gracia felicissime recordacionis condam Rex Hungarie Stephano filio Comitis Benedicti de Ilmeer, propter seruicia que condam prope Renum insudando eidem manifeste se mortis articulo exponendo fecisset condonauerat, volens insurgere seruicijs ipsorum, licet maiora ab eodem promeruissent, tamen ad presens prescriptam possessionem kelechen ipsis Comitibus Benedicto, et Stephano filio suo, ac per ipsos ipsorum successoribus ac heredibus ipsorum per heredes cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs vniuersis penitus et per omnia nullis exceptis exutis vel exemptis, dedit, donauit, contulit et assignauit, Jure perpetuo et Irreuocabiliter possidendam, tenendam, semper et habendam, Cui quidem possessioni a parte orientali ville pazthɔh, et Lacaah, a parte autem meridionali terra Gregory filij petri Rechen nuncupata, a plaga autem occidentali ville saag et Guthy, a parte vero septemtrionali terra ville Golgouch, ut ab eodem magistro Nicolao recollegimus vicinantur, In cuius rei memoriam et perpetue stabilitatis incrementum, presentes literas concedimus eisdem sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beatorum Philipi et Jacobi apostolorum anno domini M° CCC° decimo sexto, magistro Clemente lectore nostro existente.

Bebek István országbírónak 1360-ki ítéletéből ; melynek eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 42. 46. Közli : Kovács N.

357.

1316. Középnémeti, máj. 4. István Abaúj vármegyei ispán és bírótársai bizonyítják, hogy Egyed fia Egyed és jobbágyai, Sándor fia János részére a kitüzött határnapon meg nem jelentek.

Nos Stephanus Comes et quatuor iudices nobilium de Wywar, damus pro memoria quod feria tercia proxima ante festum Stanizlai martyris Johannes filius Alaxandri (így) stetit

coram nobis in termino contra egidium filium egidium (így) filiumedus, Georgium Johannem et dominicum Jobagiones ipsius quos eidem Egidio statuere commiserat et Thobiam Jobagionem ipsius similiter, quia egidius filius edus et dicti Yobagiones sui pro magistro Johanne superius memorato per hominem nostrum fidelem fidedignum Peteum filium Johannis de Belse ad predictam terciam feriam super possessione sua Barcha uocata fuerat citatus adueniente ipso termino sepedictus egidius et predicti Yobagiones sui contra prememoratum Johannem non conparuit nec predictos Yobagiones ipsius statuit et nec uenit nec misit sed Johannes prememoratus coram nobis ordine iudiciario et legitime usque crepusculum expectauit. Datum in kuzepnempti feria tercia proxima ante festum Stanizlay martyris Anno domini M° CCC° decimo sexto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Máriássy cs. lvtban, »Idegen okmányok« 26. Ugyan ott majd nem egészen hasonló tartalmu oklevél őriztetik 1315. maj. 25-ről Felbarcha birtokra vonatkozólag.

358.

1316. Zsibó falu mellett maj. 26. I. Károly király az Óvári Jakab kiskorú fiainak a Henrik bán fia által elvett Baranya vármegyei birtokait visszaadatni rendeli.

Nos Karolus dei gracia Rex Hungarie, significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, Quod cum Nicolaus et Corrardus, filij Jacobi filij Corrardi orphani nostri, per potenciam Johannis filij herrici quondam Bani de possessionibus suis fuissent exclusi, nos ad instanciam et peticionem nobilium virorum, videlicet magistrorum Nicolai filij Omodei demetrij magistri Tauarnicorum nostrorum, Item magistri petri fratris . . . . . rorum nostrorum fidelium donec possessiones ipsorum Nicolai et Corrardi vniuersas cum Castro Kemed plenarie eisdem . . . . . quasdam possessiones et villas ipsorum Hasaag. Item Thobold, Item Heydrih, Item Olaz, Item Gula, Item Bee . . . . Item Nomya cum tributo quod inibidem exigi consueuit, Item petre, Item Gherech vocatas in Comitatu de Barana existentes, cum villa Heremitarum sancti Ladyslay

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 409 von 696

Regis et vinea eorundem, prope villam Kemed existente, et satis ipsorum vniuersis nec non cum quodam aceruo frugum, in villa Thul existente, duximus restituendas, vnde volumus et vobis vniuersis Comitibus Castellanis officialibus et alijs quibus presentes ostendentur, damus firmiter in mandatis, vt predictos nicolaum et Corrardum orphanos racione predictarum possessionum seu villarum in nullo penitus presumatis molestare. Ymmo manus vestras et ad vos pertinencium, omnino et penitus retrahentes a possessionibus prenotatis predictos orphanos nostros, easdem (cum om) ni plenitudine sui Juris permittatis pacifice possidere obtentu nostre gracie et dileccionis plenioris, Datum prope villam Syboulch feria quarta proxima ante festum penthecostes. Anno domini M° CCC° sextodecimo.

Penészfoltos eredetije a b. Révay cs. ltvban, »Gyulay« fasc. III. 18. Közli: Kovács N.

359.

1316. jun. 1. A nagyváradi káptalan előtt Péter fia Péter és Olivér fia Pál rezegei Szatmár vármegyei nemesek öseik osztályát a határjárás felsorolása mellett megerősítik.

Nos Capitulum ecclesie Waradiensis significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, Quod accedentibus ad nostram presenciam petro filio petri et paulo filio Oliuery fratris eiusdem petri nobilibus de Rezege de Comitatu Zothmariensi ab una parte. Ex altera vero Alexandro filio Alexandri de eadem Rezege. Confessum extitit per eosdem viua uoce sana mente spontaneaque voluntate communiter et relatum. Quod sicut olim predecessores ipsorum eandem possessionem Rezege inter se diuisissent. Ita nunc ipsi eandem diuisionem presentibus literis nostris confirmarent. Cuius quidem possessionis tam locum sessionis quam alias terras vsuales vt ydem nobis retulerunt, hoc ordine distinxissent et diuisissent. Nam primo a fenestra sanctuarij ecclesie beate margarethe virginis et martiris in eadem possessione fundata et in medio duarum collateralium fenestrarum sanctuarij predicti incipiendo progredi-

tur versus partem orientalem et peruenitur ad quandam magnam arborem piri plantati fructiferi et non siluestris quam relinquit parti septemtrionali. Et abinde pergit vlterius ad eandem partem orientalem et venitur ad quamplures arbores fructiferas langas gemelche dictas, Cuius maiorem partem relinquet ad partem septemtrionalem et minorem ad partem meridionalem In quarum medio arborem salicis pro meta plantassent, deinde ad eandem partem orientalem per modicum spacium transeundo peruenitur ad quendam alueum quem ipsi similiter pro meta elegissent. Et ab eodem alueo progrediendo paululum cadit in viam Irynyuth dictam In qua bonum spacium eundo vadit ad quendam dumum Zylbukur dictum vbi et que est antiqua meta ipsorum vt ydem retulerunt, Abinde currit in eadem via ad eandem partem orientalem et peruenitur ad duas metas terreas iuxta eandem viam a parte septemtrionali positas et erectas, demum ipsam viam vltra saltando ad partem orientalem Estiualem peruenitur ad viam publicam Sahchuth dictam et saliendo ipsam viam versus eandem partem orientalen, estiualem venitur similiter ad duas metas terreas, ab hinc pergit ulterius ad eandem zonam et peruenitur ad quendam monticulum vulgariter Berch dictum In cuius vertice sunt tres mete principales, Quarum vna possessioni Mezeupetri, alia possessioni kysbesenew. Et tercia possessioni eorum Rezege predicte separat et distinguit vbi ipse mete terminantur. Quequidem mete et signa pro metis extimate a parte septemptrionali separant petro filio petri et paulo filio Oliuery memoratis, a parte vero meridionali Alexandro filio Alexandri supradicto, vnde redeundo ad eandem ecclesiam beate margarethe virginis vbi siluam ac alias terras vsuales ipsorum interse hoc ordine dixerunt diuisisse, Quod incipiendo in quinto pede seu linea a parte septemtrionali ecclesie beate margarethe virginis memorate habite eundo modicum spacium ad eandem partem septemtrionalem cadit in publicam viam, que via currit in medio silue ipsorum et procedendo in eadem via per competens spacium peruenitur ad quandam arborem Ilicis crucesignatam quam ipsorum predecessores ac ipsi pro meta elegissent, deinde procedendo modicum spacium in eadem via ad partem occidentalem estiua-

lem venitur ad quoddam pratum paprethe dictum et progrediendo iuxta eundem pratum, exeundo ipsam siluam ad eandem partem occidentalem pergit ad quoddam Berch quod est supra pratum Medvenadasa vocatum. Et descendendo de eodem ad eandem zonam occidentalem peruenitur ad duas metas terreas, deinde pergit vlterius ad eandem partem et peruenitur ad alium montem Nyrberch dictum vbi similiter due mete, abinde ad eandem partem occidentalem eundo peruenitur ad quoddam pratum Fynthatowa vocatum supra quod tenent metam cum possessione Zentmiclos, quo transito ascendit in quemdam monticulum vbi similiter due mete terree. Et ibi mete possessionis ipsorum Rezege prout retulerunt terminantur Que quidem mete et signa pro metis posite et extimate vt premissum est in locis sessionalibus, Siluis terris arabilibus et alijs quibuslibet terris vsualibus prout retulerunt a parte septemtrionali separant petro filio petri et paulo filio Oliuery supradictis. A parte vero meridionali semper Alexandro filio Alexandri ac ipsorum heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo et irreuocabiliter deuenissent possidende. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras nostras patentes Sigillo nostro auttentico communitas. Datum tercia feria proxima post festum penthecostes. Anno domini M° CCC° X°. sexto. Et dum presentes nobis fuerint reportate nostrum superhoc priuilegium conferemus.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a gróf Károlyi cs. ltvban. Közli: Kovács N.

360.

1316. jul. 17. I. Károly király a Győr vármegyei Beka földtért Lénárd comesnek adományozza.

Nos Karolus dei gracia rex hvngarie memorie commendantes, tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis. Quod Comes Leunardus filius Petri filij vytez, seruiens Comitis Ladizlai de Huruso ad nostram accedens presenciam et sue fidelitatis constanciam nobis proponens et declarans, quandam terram siue possessionem Beka vocatam in qua in

honore sancti Nicolai ecclesia fertur esse fundata in Comitatu Jauriensi circa fluuium raba existentem asserens eam esse de iure nostre collacioni pertinentem pro constancia sue fidelitatis et fratrum suorum a nobis sibi et Mychaeli fratri suo dari et conferri perpetuo postulauit. Nos igitur consideratis suis fidelitatibus et fidelium seruiciorum meritis, dictam terram siue possessionem Beka cum ecclesia in eadem edificata et cum omnibus suis vtilitatibus sub eisdem metis et terminis antiquis, quibus per antiquos possessores habita exstitit et possessa, ipsi Comiti Leunardo et Mychaeli fratri suo et per eos eorundem heredibus heredumque suorum successoribus dedimus donauimus et contulimus perpetuo possidendam tenendam et habendam sine preiudicio Juris alieni et hanc nostram donacionem sic valere volumus quod si ydem vnacum Comite Ladizlao domino suo ab infidele nostro diuertentes ad nos uenerint fideliter nobis famulaturi prout assummunt et cum presentes nobis fuerint reportate nostrum priuilegium super hoc sibi dari faciemus. Datum sub Castro kwzeg in festo alexi confessoris Anno domini M° CCC° X° VI°.

Pecsét nyomaival; eredetije a gróf Khuen-Héderváry Károly lvtban, »Viczay rész« 48. 7. Közli: b. Radvánszky Béla.

361.

1316. Visegrád, aug. 12. A pannonhegyi convent I. Károly királynak jelenti, hogy a komáromi réven a halak után fizetett vám iránt a bakonybéli apátság és a komáromi domonkosiak új kolostora között föntforgott ügyben a vizsgálatot teljesítette.

Serenissimo Principi Domino Carolo dei gracia Illustri Regi Hungarie suo domino metuendo Conuentus Monasterii S. Martini, de Sacro monte Pannonie Oraciones in Domino salutares. Literas vestre serenitatis omni quo decuit honore recepimus sub hac forma. Carolus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Conuentui S. Martini de sacro monte panno-

nie salutem et graciam. Religiosus Vir Frater Leo Abbas de Beel nostre conqueritur Maiestati quod in grande preiudicium Monasterii sui Magister Paulus de Kamaron non solum tributum portus et fori de eodem Kamaron ad ipsum suum Monasterium de Jure pertinencia, sed proximis hys temporibus impacatis ab ipso alienata, detineret indebite occupata, quin eciam eo non contentus quandam partem dicti tributi fori de piscibus uidelicet qui ad ipsum forum tam ferijs tercijs, quam alijs diebus per piscatores et Mercatores seu alios homines adducerentur de inibi uenderentur et eciam emerentur semper et ab antiquo hactenus cum ipso principali tributo fori indiuisim et insimul recipi consuetum, a suo toto diuidere et Novo claustro ibidem constructo conferre et perpetuare niteretur, seu eciam iam contulisset et perpetuasset nove ecclesie cum preiudicio et iactura ueteris prouidendo. Super quo Fidelitati vestre firmius precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum quo presente Deseu, uel Lorandus filius Nane de Nema, aut Joannes filius Petri de Mendzenth alijs absentibus homo noster ab omnibus quibus decet et licet inquirendo, sciat de premissis omnimodam ueritatem. Et post hec prout exinde ueritas nobis constiterit nobis fideliter rescribatis. D a t u m in alto Castro in festo S. Jacobi Apostoli Anno domini M° CCC° Sexto. (így) Nos igitur mandatis vestre Maiestatis obedientes humiliter ut tenemur unacum predicto Lorando filio Nane de Nema homine Vestro Religiosum Virum Fratrem Nicolaum sacristam nostrum ad exequenda premissa destinauimus pro testimonio fide dignum. Qui demum ad nos reuersi nobis retulerunt quod ipsi in Vigilia festi S. Laurencii Martyris nunc preterita in Comitatu Comaromiensi a Nobilibus et ab Ignobilibus alijsque cuiusuis status hominibus a quibus decuisset palam et occulte diligenter inquirendo talem comperissent omnimodam ueritatem, Quod prescriptus Magister Paulus quandam partem tributi fori Komaron de piscibus qui ad ipsum forum tam tercijs ferijs, quam alijs diebus causa forizandi adduci solent, que scilicet pars prius semper mixtim indiuisimque, cum ipso principali tributo recipi consueuissent nouo Claustro prenotati (így) nouiter contulisset, et pro eodem recipi faceret

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 414 von 696

in preiudicium iuris Monasterii de Beel supradicti. Datum quarto die diei inquisicionis Anno domini presignato.

Hártyaszalagon függő pecsét maradványaival; eredetije a pannonhegyi főapátság ltban, 55. B. Az átiratban az esztendő tizes száma tévedésből kimaradt, mert I-ső Károly 1306-ban még Visegrádon nem tartózkodott, s a levéltár adatai szerint Leo mint bakonybéli apát elsőben csak 1310. körűl említtetik. Közli: Stachovics R.

362.

1316. sept. 18. A szepesi káptalan kiküldöttjei előtt Görgey János comes nővére leányai részére végrendeletet tesz.

Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus. Omnibus Christi fidelibus presentibus ac futuris quibus presentes ostendentur salutem in omnium saluatore. Quoniam ea que aguntur in tempore vacillant facile nisi presidio litterarum et fidelium testium aminiculo in statum solidum redigantur: Proinde ad universorum noticiam harum serie litterarum volumus peruenire: Quod cum comes Johannes de Gargou in lecto decumberet egritudinis transmissis ad nos nunciis nobis humiliter supplicavit: ut duos ex nobis virros (így) fide dignos ad eum transmittere dignaremur, coram quibus suum conderet testamentum. Nos autem iustis peticionibus ipsius inclinati misimus duos ex nobis viros discretos, videlicet, Dominum Karolum ecclesie nostre custodem et dominum Jordanum ipsorum plebanum nostrum concanonicum ad petita a nobis prosequendum. Qui demum ad nos reversi nobis retulerunt: Quod idem comes Johannes presentibus et consencientibus comitibus, videlicet: Stephano et Arnoldo fratre eiusdem filijs quondam Helye et comite Gula taliter ordinavit: quod quartam partem ville krig vocate cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis universis, videlicet, pratis silvis et terris arabilibus absque ulla terragy et census solucione et sine omni debito quibus idem tenebatur commisit et legavit tribus filiabus sororis sue Margarete quondam consortis Herrici civis de Kassa scilicet domine Margarite consorti Nycolay de eadem, et domine Hyrumtrud consorti Arnoldi de eadem, et Katherine,

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 415 von 696

cum hys libertatibus quibus idem Comes Johannes eandem dignoscitur possedisse, et per eas ipsarum heredibus heredumque suarum successoribus iure perpetuo et irrevocabiliter pacifice possidendam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem nostras concessimus litteras privilegiales nostri pendentis sigilli munimine roboratas. Datum sabbato proximo post octavas nativitatis beate virginis proxime preteritas. Anno domini M° CCC° decimo sexto.

Sárga és violaszínű zsinóron függő ép pecséttel s fönt metszett betükkel; eredetije a Görgey cs. lvt. 2. 11.

363.

1316. sept. 30. A nagyváradi káptalan előtt Kuche Miklós Hodosi Tölös Tamás halála miatt Azariás fiát Andrást a további kereset alól fölmenti.

Nos Capitulum ecclesie waradiensis damus pro memoria quod magister Nycolaus dictus kuche coram nobis personaliter constitutus Andream filium Azarie reliquit super morte Thome dicti Tulus de Hudus per Langeus seruientem eiusdem Andree casualiter interfecti ut dixerunt expeditum penitus et per omnia accione nichilominus contra eundem Langeus super eodem negocio salua remanente. Datum in crastino festi beati Mychaelis Archangeli (anno domini) M° CCC° sextodecimo.

Pecsét nyomával; eredetije a N. Muzeum könyvtárában, a Kállay cs. ltvban. Közli: Csontosi J.

364.

1316. oct. 8. A nagyváradi káptalan előtt Jákói Csépán, nejének Lukusfi Péter leányának s több rokonának nevében Lukusfi Pál fiát Jánost örökölt birtokainak elidegenítésétől tilalmazza.

Nos Capitulum ecclesie waradiensis damus pro memoria quod Chepanus filius Chepani de Jakou pro se et pro nobili domina relicta petri filij Lukus socru sua ac domina uxore

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 416 von 696

sua filia eiusdem Petri ac petro filio Benedicti filij eiusdem Lucus nec non domina matre eiusdem Petri coram nobis personaliter conparendo Johannem filium Pauli filij predicti Lukus a uendicione inpignoracione donacione et quouismodo alienacione possessionum suarum hereditariarum videlicet Zekul, hyliateluke fyod Erdeud Bank et Ouary uocatarum ac piscine Belche uocate prope Tyciam existentis ac quoslibet alios ab empcione et occupacione earundem et specialiter St. et Ladizlaum filios Mychaelis filij vbul presencialiter astantes racione duarum docium (így) et rerum parafernalium ac duarum quartarum prohibuit protestando. Datum tercio die post octavas beati Mychaelis Archangeli. Anno domini M° CCC° sextodecimo.

Zárlatán pecsét nyomával: eredetije a N. Muzeum könyvtárában, a Kállay cs. ltvban. Közli: Csontosi J.

365.

1316. oct. 16. A nyitrai káptalan előtt Herch fia Péter örök bevallást tesz, mely szerint paachi birtokát Kápolnai Balázs comesnek harminczhárom márkáért eladta.

Nos Capitulum ecclesie Nitriensis memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem Quod Petrus filius Herch filij Symar nobilis de parua Paach comitatus Posoniensis morbo paralisi depressus inuectigali residendo, bene conpos sue mentis existens, ad nos personaliter accedens, et per nos requisitus, proposuit oraculo viue uocis. Quod cum comes Blasius filius Jacobi nobilis de kapulna proximus cognatus suus, sibi in suis necessitatibus et in sua infirmitate, multa opera misericordie inpendisset, ipsum alendo fouendo, et conseruando nunc et multis temporibus elapsis, et in futurum inpendere intendat, ac in super sibi triginta tres marcas dedisset plenarie comes Blasius memoratus, que beneficia alij cognati sui inpendere sibi negassent et neglexissent id circo ad reconpensam beneficij sibi per ipsum comitem Blazium inpensi, ac pro eisdem triginta tribus marcis per eundem sibi datis plene et integre persolutis porcionem seu possessionem

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 417 von 696

suam totam in eadem minori Paach existentem similiter Paach nuncupatam iure hereditario ad ipsum spectantem cum omnibus utilitatibus et pertinencijs vniuersis possessionis seu porcionis ipsius tocius, eidem comiti Blasio filio Jacobi proximo cognato suo et per eum suis heredibus et posteritatibus ac heredum suorum successoribus, pro eisdem triginta tribus marcis ab eodem plenarie receptis prefatus Petrus filius Herch dixit uendidisse iure perpetuo et inreuocabiliter possidendam, tenendam, semper et habendam, uolens insuper idem Petrus filius Herch, ut nullus proximorum cognatorum, et affinium suorum eundem comitem Blasium uel suas posteritates racione predicte possessionis possit uel valeat aliquatenus inpetere seu molestare, si qui uero de sua generacione molestare eundem uel suos posteros inpetere attemptarent, expedire et defendere tenebitur eosdem proprijs laboribus et expensis, ut ad id se sponte obligauit, cui quidem possessioni ab vna parte, terra comitis Meg filij Thome de Elephanth, ex altera uero terra eiusdem comitis Blasii et Georgii filij Gune, a tercia uero parte terra Johannis filij Iwan, a quarta autem parte terra Lukach filij Wodos uicinantur, preterea Dominicus dictus lueu in nostri presencia personaliter constitutus, super quarta filie Herch in persona eiusdem domine super ipsa uendicione et empcione consensum prebuit et fauorem, eo quod ipsi domine de sua quarta ex parte ipsius comitis Blasij satisfactum extitisset. Datum sabbato proximo ante festum beati Luce ewangeliste. Anno domini M° CCC° decimo sexto.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 422. 7. Közli: Nagy Gyula.

366.

1316. nov. 1. A pozsonyi káptalan előtt Felsö-Lucsei Pál egy hold földet Teber fiainak elörökít.

Vniuersis xi fidelibus presentes inspecturis. Capitulum ecclesie Posoniensis. Salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire. Quod constitutus personaliter coram nobis Paulus filius Sacho de Luce

superiori ab una parte Jacobus et Fintha filij Teber, ab altera, idem Paulus est confessus oraculo uiuenocis, quod ipse vnum iuger terre ipsum titulo empcionis contingens sicut dixit inter terras dicte ville Luce existens, eisdem Jacobo et Fintha, et per eos suis heredibus, heredumque suorum successoribus, ex permissione omnium cognatorum suorum prout dixit, pro decem pensis denariorum plene ab eisdem receptis, uendidisset dedisset et tradidisset iure perpetuo, possidendum, habendum et tenendum. Obligando se, quod quicunque processu temporum, eosdem Jacobum et fintam, aut eorum successores racione predicti iugeris vellent forsitan molestare, extunc idem Paulus et sui successores tenerentur expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo omnium sanctorum. Anno domini M° CCC° Sedecimo.

Veres selyem zsinóron függő pecséttel s fönt metszett betükkel eredetije a pozsonyi kápt. ltvban, 14. 11. L. 8.

367.

1316. nov. 29. előtt. A budai káptalan előtt Boztechi Renold unokája Péter a Tisza mellett Nyír vármegyében fekvö Tuzsér nevü birtokát csicsvai várnagyának Peres Miklósnak örök áron eladja.

Capitulum Budensis ecclesie omnibus xpi fidelibus, presens scriptum inspecturis, salutem in domino, sempiternam. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod magister Petrus filius magistri Ladizlay filij Renoldy de Bozteh, astante sibi Ladizlao, paruulo, filio magistri Johannis fratris sui ab vna parte, Item Nycolaus filius Andree dictus peres, de comitatu de Zemlyn, castellanus eiusdem magistri petri, de chychua, ab altera, coram nobis personaliter constituti, idem magister petrus, quandam possessionem suam, Thuser nuncupatam, iuxta fluuium Tycia, in comitatu de Nyr existentem, in vicinitate possessionum filiorum Keheden et filiorum Renoldy adiacentem, acquisitam, ut dixit per Renoldum palatinum, auum eo-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 419 von 696

rum et consequenter per filium eiusdem, sibi et fratri suo decedenti legatam prout eciam ipsos iure hereditario contingebat, cum omnibus vtilitatibus suis, portu scilicet, tributo, piscatura ac alijs pertinencijs eiusdem vniuersis dedit tradidit et contulit, eidem Nycolao dicto peres, ob merita seruiciorum eiusdem, que primum magistro Gyula fratri suo patrueli, et consequenter Johanni fratri suo carnali, deinde sibi cum omni studio fidelitatis, et specialiter in conseruacione Castri eorum Chychua, predicti, et in morte Stephani fratris sui, ac trium seruientum suorum nobilium nec non in amissione sinistre manus sue ac alijs articulis fidelitatum, exhibuit et inpendit indefesse usquemodo, diuersis fortune casibus, personam suam et bona sua, vniuersa, pro eisdem submittendo, presertim receptis centum marcis ab eodem, iure perpetuo, et irreuocabiliter possidendam, tenendam et habendam in filios filiorum eiusdem nullo iure sibi et predicto filio fratris sui ac alijs cognatis suis, in eadem possessione Thuser reseruando, dixit eciam idem magister petrus, quod licet dictus magister Johannes frater suus, quasdam possessiones suas, felchychua, in comitatu de Zemlyn, et Eghazaszalanch in comitatu de abawywar, existentes, iuxta continenciam litterarum Regiarum, et honorabilis Capituli de Scepes, eidem Nycolao, medietatem per se, (így) et aliam medietatem earumdem, Benedicto et Ladizlao fratribus eiusdem communiter, ipso absente, contulerit tamen quia idem Nycolaus et fratres sui iam dicti, cum fidelitate consueta, sibi adeserunt famulaturi, donacioni et collacioni eiusdem fratris sui in possessionibus annotatis facte, consensum prebuisset, et prehibuit coram nobis, beniuolum et assensum. Assumpmendo nichilominus idem magister petrus, eundem Nycolaum dictum peres, ab omnibus racione predicte possessionis Thuser, et specialiter a cognatis suis, molestare uolentibus expedire suis proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem, presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri petri lectoris ecclesie nostre. Anno domini. M° CCC° Sextodecimo Magistro petro Cantore, petro Custode. Gregorio decano. Nycolao Benedicto posonio, dominico, petro quondam decano, petro dicto Zekul, domi-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 420 von 696

nico et petro sacerdotibus ac magistro Johanne et ceteris canonicis existentibus.

Fehér és zöld selyem zsinóron függő pecséttel, s fölül metszett betűkkel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N.R. 572. 3. Közli: Nagy Gyula.

368.

1316. nov. 29. I. Károly király Föl-Csicsva és Egyházas-Szalánez nevü birtokoknak László fiai Péter és János által Peres Miklós számára történt adományozását megerösíti.

Arolus dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Rex. Omnibus xpi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo qui Regibus dat salutem. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire. Quod Petrus filius Ladyzlai pro se et pro Ladizlao filio Johannis fratris sui, ad nostram accedens presenciam oraculo sue confessionis, proposuit in hunc modom, quod licet idem Johannes, frater suus adhuc viuens et in cultu sue Juuentutis vite existens quasdam possessiones ipsorum fulchychua in Comitatu de Zemlynio et Ighazaszalanch in Comitatu de Abavywar existentes, iuxta continenciam priorum priuilegialium litterarum nostrarum et eciam iuxta priuilegiales litteras Capituli de Scepus Comiti Nicolao dicto Perus filio Andree, medietatem earundem possessionum pro se aliam vero medietatem earundem possessionum Benedicto et Ladizlao fratribus eiusdem vterinis communiter, pro fidelibus seruicys ipsorum que idem olim ipsi Johanni fratri suo supradicto et per consequens sibi in conseruacione Castri ipsorum Chychoua vocati quod contra expugnacionem quorumdam infidelium nostrorum fere per annum viriliter tenuerunt et conseruauerunt vbi exceptis alijs laboribus et fatigijs ipsorum ducentarum marcarum expensas et dampna receperant, et quatuor nobiles seruientes ipsorum interempti extiterint, inpenderunt et exhibuerunt, pro huiusmodi seruicijs ipsorum ipso absente, dederit et contulerit, tamen quia idem Nicolaus et fratres sui iam dicti post obitum eiusdem Johannis fratris sui cum fidelitate ipsorum

solita sibi adheserunt et se applicuerunt sibi famulaturi, considerans predicta seruicia ipsorum non solum eidem fratri suo inpensa, ymo ipso facto consequenter sibi facta extitisse, donacioni et collacioni eiusdem fratris sui in possessionibus superius annotatis facte consensum prebens et assensum, iuxta tenorem earumdem, priorum priuilegialium litterarum nostrarum predictas possessiones, eidem Comiti Nicolao qui eciam in presenciarum fuerat constitutus et fratribus suis supradictis perpetuo dedisset et contulisset. Petens a nobis cum instancia, vt huiusmodi sua donacio de nostra licencia procedens magis solidetur nostrum consensum et ratificacionem adhibentes, Priuilegium nostrum super hoc eidem concedere dignaremur. Preterea idem Petrus filius Ladizlay et eadem instancia temporis exhibuit nobis quoddam Priuilegium ecclesie beati Petri de veteri Buda super facto donacionis, cuiusdam possessionis Thevsyr vocate iuxta fluuium Thcia (így) in Comitatu de Nyr existentis, per ipsum Petrum eidem Comiti Nicolao dicto Perus, dumtaxat facte confectum et concessum pro eodem comite Nicolao et cum eodem petens a nobis cum instancia vt huiusmodi donacionem suam similiter Ratam habere et nostro priuilegio confirmare dignaremur. Quarum quidem tenor talis est Capitulum Budensis ecclesie stb. (l. a föntebbi sz. alatt) Nos uero considerantes quod sicut fidelitatis seruicia a fidelibus nostris nobis inpensa sic eque bene a suis subditis nostris fidelibus exhibita, nobis fore facta, reputare et gratuita remuneracione ac retribucione est expediens compensare, memores itaque existentes seruiciorum eiusdem Johannis bone memorie, attedentes (így) eciam fidelitate eiusdem Comitis Nicolai, eisdem dominis suis vt supratactum est inpensa (így) ymo nobis vtique exhibita, et fore acta, volentes eidem Regio occurrere cum fauore, predictas donaciones supradictarum possessionum, feulchychua et Ighazaszalanch uocatarum, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs earumdem, iuxta modum et tenorem in prioribus priuilegialibus litteris nostris, contentum, iuxta quem tenorem predictus Johannes ipsas possessiones sibi donauerat, et subsequenter idem Petrus, adiungens predictam possessionem Thesyr in predicto priuilegio superius insertam, donans et similiter conferens eidem Comiti Nicolao confirmauerat nos ratam et

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 422 von 696

acceptam, ac Rata et accepta habentes, et priores donaciones predictarum possessionum, ratificantes, et sequentis donacionis priuilegium presentibus inserentes, duximus confirmandas. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis prepositi albensis ecclesie aule nostre vicecancellarij dilecti et fidelis nostri. Anno domini M° CCC° Sextodecimo tercio kalendas decembris. Regni autem nostri similiter decimo sexto.

Ugyancsak Károly királynak 1328-ki átiratából, melynek eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 595. 28. Közli: Nagy Gyula.

369.

1316. dec. 4. A somogyvári convent előtt Inkei Jób fia János Gergely comes fiait, Iharost és Boksát, bizonyos birtokrész békés használatában meghagyja.

Nos Conuentus Monastery sancti Egidij de Symigio, damus pro memoria quod Johannes filius Joob de Inke ab una parte magistri Iharus et Boxa filij Comitis Gregorij ex altera personaliter coram nobis constituti asseruerunt uiua-uoce, vt super omnibus causis et accionibus eorum, inter eos usque ad datam presencium motis et suscitatis propter bonum et dileccionem pacis plenarie se reformassent seu concordassent reddentes alter alterum expeditum, preterea predictus Johannes super facto terrarum hereditariarum et empticiarum ac quouis titulo aquisicionis habitarum per Comitem Gregorium patrem eorumdem et per eos usquemodo in eadem Inke detentarum eidem consensum prebuit et assensum tenere pacifice permittendo, litteram autem tam domini Ladislai quendam (így) Regis hungarie quam alias litteras aliquorum Judicum pariter et locorum ecclesiarum super facto predicte terre Inke contra eosdem Iharus et Boxam confectas reddidit inanes et cassatas. Ita ut ubicunque ostendentur contra ipsos vires non haberent aliquales pro irritis et

cassatis haberentur. Datum sabbato ante festum beati Nicolai confessoris Anno domini M° CCC° X° sexto.

Pál somogyi főispánnak 1318-ki átiratából, melynek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 402 .33. Közli: Kovács N.

370.

1316. Sych, dec. 9. Szatmár vármegye alispánja és bírótársai előtt Ivahon fia Jakab, Panyolai Péterrel, azért, hogy ez őt és fiát fogságba ejtette, kiegyez.

Nos P. filius Gek vice comes de Zothmar ac quatuor Judices nobilium prouincie de eadem, Damus pro memoria quod Jacobus filius Iuahun causam quam mouerat contra Petrum de panala super captiuacione sua et filij sui ac dampno suo tandem de loco Juramenti venientes super VI. pensis denariorum se concordasse cum affirmassent omnibus ipsorum causis et data presencium obmissis receptis ipsis sex pensis idem Jacob in omni accione sua premissa ipsum petrum per omnia conmisit pro expedito obligando se nullam suscitare quescionem. Datum in Sych quarto die sancti Nicolai confessoris. Anno domini M° CCC° XVI°.

Zárlatán pecsét nyomával; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltvban. Közli: Csontosi J.

371.

1316. Forró, dec. 16. István Abaúj vármegye alispánja és bírótársai Szour Miklóst Ruszkai Seraphin részére bírságban marasztalják.

Nos Stephanus comes vice iudex magistri Johannis comitis de Wywar, et quatuor iudices nobilium de eadem, Damus pro memoria, quod secundum continenciam priorum literarum nostrarum memorialium feria quinta proxima ante festum beati Thome Apostoli, Nicolaus dictus Scour debuit comparere et Johannem dictum Alch statuere contra Seraphinum de Ruska ad plenam responsionem, adueniente ipso ter-

mino predictus Nicolaus nec venit nec misit et nec predictum Johannem statuit, unde tenetur in iudicio si se racionabiliter non poterit excusare, sed memoratus Seraphinus coram nobis ordine iudiciario et legitime coram nobis usque crepusculum expectauit Datum in Furrou feria quinta proxima ante festum beati Thome Apostoli, Anno domini M° CCC° decimo sexto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Bárczay cs. ltvban, I. 34.

372.

1317. jan. 2. I. Károly király Pethena fiának, a hütlen Péternek, Strocsin, Kükemező, Nagy-Domása, Kis-Domása és Geregnye nevü birtokait az Ákos nemzetségből való Mychknek adományozza.

Karolus dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Cumanie Bulgarieque Rex Omnibus xpi fidelibus, presentes litteras inspecturis salutem in salutis largitore. Justus dominus in omnibus vijs suis, qui vnicuique pro meritis condigna retribucione respondet, ad extollenda iustorum merita, et reprimendas insolencias transgressorum, erexit in orbe terrarum regum solia, et diuersorum principum potestates, vt ipsi appensis in statera iusti Judicij meritis singulorum condignis dignos prosequerentur fauoribus et in facinorosos et malemeritos, extenderent debite gladium vlcionis, quia sicut meritum meritis, sic demeritum demeritis, et via Juris, et nature, equa animaduersione, debet adhiberi. Proinde ad vniuersorum noticiam, tam presencium, quam futurorum, harum serie volumus peuenire. Quod quia Petrus filius Pethena, suis finibus non contentus, a via fidelitatis, nobis et sacre Corone Regie debita diuertens et se retrahens, se nostris infidelibus, et emulis, et specialiter kopoz quondam Palatino, nostro manifesto infideli et emulo, adiungens et conplicans, contra nos, in cunctis processibus ipsius kopoz, quibus potuit procedendo, destrucciones, concremaciones, homicidia, et dampna infinita, nostris fidelibus irrogando, et specialiter magistro Mychk, filio Mycaelis, Comiti et Castellano nostro de Sarus, in interempcione Nicolai filij Ladizlay de

Sbuga seruientis sui, quem super domum eius, ausu temerario irruens, captiuatum dimembrauit, aliosque seruientes eius captiuando, destruendo et occidendo, ceterarumque quamplurium iniuriarum illacione, nos grauiter offendit et excessit, et demum vnacum eodem kopoz quondam palatino, in nostri regiminis contemptum, et honoris regij preiudicium, extranei principis, et alieni domini vt nos in nostris processibus inpedire possint et turbare, auxilium et subsidium inuocans, potenciam extraneam in nos et in regnum nostrum, callida suggescione, et induccione dolosa, introducere volens, non attendens, quod qui naturali domino resistere moliuntur, diuinis disposicionibus manifeste obuiare uidentur, nos, qui ex nostri regiminis officio vniuscuiusque merita metiri debemus, non valentes huiusmodi atroces offensas, et enormes iniurias, nobis, et nostris fidelibus, per eundem Petrum modo premisso illatas, inpunitas pertransire, ne de sua contumacia, comodum reportare uideatur, et per inpunitatis audaciam, ceteri ab ipso exemplati, similia committere, et ad huiusmodi se inuoluere presummant, Possessiones ipsius Petri filij Pethene Strachynna Keekmezey, Nogdamasa Kyusdamasa et Geregynne vocatas, in Comitatu Zemplyn existentes, cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs vniuersis, ac Tributo in dicta villa Strachynna olim ordinato, tanquam propter eius infidelitates confiscatas, et ad nostram manum Regiam et collacionem deuolutas, prefato magistro Mychk, filio Mycaelis. Comiti et Castellano de Sarus, consideratis ipsius fidelitatibus, fideliumque seruiciorum meritis, quibus idem ad huc nobis tempore puericie et tenere etatis nostre, meruit conplacere, et presertim reuocatis in memoriam, strennuis et militaribus actibus eiusdem, quos in conflictu nostro, quem contra Matheum quondam palatinum, nostrum utique infidelem et emulum, eodem nos prouocante et vrgente habuimus, viriliter dimicando, in captiuacione Militum partis aduerse, nobis adductorum, et in captiuacione seruientis magistri Petri, filij Stephani filij Marcus, cuius agmina, tunc nobis aduersa, Ciuitatem nostram Budensem, in qua tunc residenciam faciebamus, quasi cottidie hostiliter circumuolando inuadebant, quem iuxta sui criminis qualitatem, capitali sentencia censuimus puniendum, ac in depre-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 426 von 696

hensione, decem et septem personarum, seruientum filiorum quondam Herrici bani, quos idem magister Mychk cum equis et armis eorumdem, nostre maiestati in sue fidelitatis euidenciam clariorem, captiuos presentarat, qui ad destruendam et spoliandam villam Keurus conuenerant, vbi idem magister Mychk, letaliter sauciatus, et duo seruientes sui nobiles regni nostri, extiterunt interempti, alijsque in locis debitis et oportunis, pro nostri nominis et honoris incremento, laudabiliter exhibuit, et inpendit, licet idem plura et pociora mereretur, dedimus donauimus et contulimus, sibi et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus Jure perpetuo, possidendas tenendas et habendas, sub metis et terminis eisdem, quibus per eundem Petrum et suos antecessores, possesse et habite extiterant ab antiquo. Saluo tamen Jure aliorum per omnia remanente. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras, duplicis sigilli nostri, munimine robaratas. Datum per manus Discreti viri, magistri Johannis, albensis ecclesie prepositi, Dilecti et fidelis nostri aule nostre vicecancellarij. Anno domini M° Trecentesimo decimo septimo. IIII-to Nonas Januarij Regni autem nostri similiter anno decimo septimo.

Vörös selyem zsinóron függő pecsét töredékével; eredetije az orsz. lvt. kincst. N. R. 409. 23. L. rövid kivonatát Fejér i. m. VIII. 2.82. Közli: Nagy Gyula.

373.

1317. Kassa, jan. 21. Domokos abaúji főesperes és az egri püspök bírói helyettese előtt Ruszkai Bogomér özvegye, hitbére és jegyajándékának több ruszkai nemesektől való behajtására Bárczai Fekete Miklós fiait felhatalmazza.

Nos magister Dominicus Archidiaconus Nouicastri viceiudex venerabilis patris M. dei gracia Episcopi Agriensis tenore presencium quibus expedit declaramus vniuersis memorie conmendantes quod Nobilis domina mater Serephel de Ruska relicta videlicet Bogomer de eadem coram nobis personaliter astituta proposuit viuauoce quod vniuersas causas, quas habet uel habere sperat contra quoscunque et coram

quocumque iudice et specialiter requisicionem dotis et rerum paraphornalium suarum, quam habet contra Isyp Moch et Andream filios Ethened et kulche filium Helye nobiles de eadem Ruzka conmisisset, et coram nobis conmisit tam in agendo quam in respondendo Clementi et Ladislao filijs Nicolai nigri de Barca presencium exhibitoribus cuilibet ipsorum insolidum filnariter (így) exequendis. Ratum et firmum habitura quitquid per ipsos uel ipsorum alterum, in ipsis causis suis actum fieret uel ordinatum. Datum in Kassa in die beate agnetis virginis. Anno domini M° CCC° XVII°.

Zárlatán monorú pecsét nyomaival; eredetije a Máriássy cs. lvtb. »Idegen okmányok« 28.

374.

1317. febr. 12. Péter mislyei prépost és az egri püspök helyettese a föntebbi szám alatt elöadott ügyben halasztást ad.

Nos Petrus prepositus de Misle vice iudex venerabilis patris domini M. Episcopi Agriensis damus promemoria Quod in Sabato proximo ante dominicam Esto michi secundum continenciam litterarum magistri dominici Archidiaconi noui Castri, magistri Moch et Andree (így) filij Ethened Isyp filius Benedicti, kewche filius Eleas nobiles de Ruska, contra dominam Relictam Seraphini de eadem Ruska coram nobis conparere debuissent, ipso termino adueniente pro ipsa domina Nicolaus sacerdos de Barcha cum literis procuratorijs conparuit ab una parte, ex altera uero Moch pro se, et pro Andrea fratre suo, et pro Isyp, Stephanus sacerdos de Ruska pro keche uero Johannes conparuit et eysdem quindenas datarum presencium assignauimus coram nobis conparendi, ad plenam responsionem faciendam. Datum termino ut supra. Anno domini M° CCC° decimo VII°.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Máriássy cs. ltban, »Idegen okmányok«. 30. Ugyanott megvan 29. sz. a. a fönt nevezett mislei prépostnak 1317. mart. 5-én kelt bizonyítványa, hogy Ruszkai András e napra megidéztetvén nem jelent meg. A mislyei (és nem miszlai mint Wenzel véli) káptalan és prépostja említtetik Árp. Új Okmányt. XII. 481. —482. l. és Fejér Gy. i. m. VI. 2. 107. és X. 1. 550. l.

---

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 428 von 696

375.

1317. febr. 24. I. Károly király Lindvai Omode fiának, Miklósnak, Berény, Dencs és Sztupán nevü Somogy vármegyei birtokokat adományozza.

Karolus dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Cumanie Bulgarieque Rex. Omnibus xpi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Et si Regia celsitudo cunctorum sibi fideliter famulancium precibus, aures sue benignitatis debet aperire, illorum tamen desideriorum votis specialius et obnixius tenetur intendere, quos constantis fidelitatis opera, et constancie fidelis obsequia ceteris pretulerunt. Proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire. Quod vir nobilis magister Nicolaus filius magnifici viri Omodey de lyndua dilectus et fidelis noster ad nostram accedens presenciam et sue fidelitatis seruicia nostre maiestati rememorans et declarans quasdam possessiones Bereyn Dench et Stupuan nominatas, in Comitatu Symigensi existentes ad Reginalem vt dixit excellenciam pertinentes a nobis et a serenissima domina Maria dei gracia Regina consorte nostra karissima sibi dari et conferri postulauit. Nos igitur qui ex officio susscepti Regiminis singulorum nobis obsequencium merita diligenter pensare, et pensata digna retribucione fouere eorumdemque votis Regio cum fauore occurrere debemus et tenemur, eiusdemque magistri Nicolai supplicacionibus inclinati reuocantes precipue in memoriam fidelitatum seruicia, que idem nobis in cunctis nostris negocijs et negociorum expedicionibus nostris emulis et infidelibus se viriliter opponendo, et presertim in debellacione quamplurium exercituum nostrorum infidelium nobis rebellancium non attendencium quod qui naturali domino resistere moliuntur, diuinis disposicionibus obuiare videntur, cum effusione sui sanguinis et morte suorum seruientum vt plurimorum tam nobis presentibus et cernentibus, quam eciam absentibus vt sagaciter sic fideliter exhibuit et inpendit attendentesque illud au-

tenticum, quod nisi nobilitas Regia in beneficiis largiendis continue increuerit, nil se reputet inpendisse, et tunc Regia sublimitas consulte agere et salubriter negociari videtur, cum fidelibus suis digna retribucionis premia largitur, dictas possessiones Bereyn Dench et Stupuan vocatas, cum omnibus earum vtilitatibus et pertinencijs vniuersis sub eisdem metis et terminis, quibus a retroactis temporibus limitate dinoscuntur, requisito et interueniente eiusdem domine Regine consortis nostre karissime consilio beneplacito et consensu ipsi magistro Nicolao et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus in aliqualem suorum seruiciorum recompensacionem dedimus donauimus et contulimus perpetuo possidendas tenendas et habendas, sine preiudicio tamen Juris alieni. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes concessimus litteras duplicis Sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarij et archydiaconi kukullensis, dilecti et fidelis nostri. Anno ab incarnacione domini M° CCC° decimo septimo. Sexto kalendas Marcy Regni autem nostri Anno similiter decimo septimo.

Ugyancsak I. Károly királynak 1323-ki átiratából, melyben a fönt nevezett Omode (az Amadé cs. egyik őse) fia Miklós, de genere Guthkeled, van említve; ennek eredetije, az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. 648. 66. Közli: Nagy Gyula.

376.

1317. Szatmár, mart. 18. Péter szatmári alesperes előtt János váczi kanonok megbizottjai eléterjesztik, hogy Péter szölösi plébános és atyja bizonyos ruhanemüeket a zálogból kibocsátottak.

Nos petrus plebanus de Zotmar et vice archidiaconus de eadem damus pro memoria quod Johannes et alter Johannes nuncij seu procuratores legitimi atque certi honorabilis viri magistri Johannis Cantoris vaciensis ecclesie coram nobis personaliter constituti vno ore et spontanea voluntate adiecerunt petrum plebanum de Zeuleus et magistrum Stephanum

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 430 von 696

filium michaelis patrem eiusdem in omnibus quibuscunque contra ipsum iniusti extitissent usque adata presencium complementum satisfaccionis inpendissent et omnes vestes suas in villa Zeuleus pignori obligatas propria pecunia redemptas videlicet Tabardam cum vario volutam ac tunicam structam et capucium blaneti maneriei et alia pauca minuta ipsis ad plenum restituisse sunt confessi et ipsis ad plenum contulisse, datum in Zotmar sexta feria proxima ante dominicam Judica. Anno domini M° CCC° XVII°

Zárlatán pecsét maradványaival ; eredetije a N. Muzeum könyvtárában, a Kállay cs. lban. Közli : Csontosi J.

377.

1317. mart. 18. A veszprémi káptalan előtt Kingus, a Rathold nemzetségből való Gyula özvegye, Torna birtokát Tomai Miklós fiainak elörökíti.

Capitulum ecclesie Wesprimiensis, Omnibus xpi fidelibus, presens scriptum intuentibus, salutem in salutis largitore. Quum circa multiplices rerum euentus, et temporum diuersorum successus, racio uariatur humana, ideo caute (discertum) est, vt ea que racionabiliter geruntur in tempore, ne per obliuionis scrupulum cum tempore labantur, litterarum testimonio, memorie commendentur. Ad vniuersorum igitur noticiam tenore presencium uolumus peruenire. Quod nobili domina Kyngus nuncupata, relicta comitis Jule filij Baldini de genere Ratholth astante sibi religioso viro, fratre Mauricio, de ordine predicatorum, fratre suo, filio videlicet Demetry bani filij Vgud de genere Chaak, et infrascripte confessioni seu uendicioni eiusdem domine, auctoritate litterarum apostolicarum, fratribus eiusdem ordinis graciose concessarum, vt de hereditarijs possessionibus disponendi habeant facultatem, quarum transumptum, sub sigillo venerabilis patris Thome miseracione diuina Archiepiscopi strigoniensis nobis exhibuit, consensum prebente et assensum, ab vna parte, et Andrea filio Nicolai de Thomoy prope Laad, pro magistro Paulo, et Dyonisio, fratribus suis uterinis, et pro se, ex altera, coram nobis

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 431 von 696

personaliter constitutis, eadem domina totalem terram, seu possessionem Tornua vocatam, racione quarte sue, ex parte filiorum Demetrij bani predicti, iuxta regni consuetudinem sibi deuolutam ut asserebat, quam magister Jula filius suus bone memorie, mediantibus litteris nostris priuilegialibus, pro octuaginta marcis, sicut in eisdem uidimus contineri, uendiderat, eodem modo, et titulo prout idem filius suus magistro Paulo, Andree, et Dyonisio fratribus suis prenominatis, et per eos heredibus ipsorum, heredumque suorum successoribus, retulit se uendidisse, iure perpetuo pacifice, et irreuocabiliter possidendam: ymo pocius, uendicionem dicte possessionis Tornua, per prefatum magistrum Julam, antedicto magistro Paulo, et fratribus suis factam, modo pretaxato, tam ipsa domina quam eciam frater Mauricius annotatus, ad maiorem rei euidenciam et firmioris cautele certitudinem, ratificantes personaliter approbarunt, et approbatam euidenter, presentibus confirmarunt. In cuius rei testimonium, et memoriam firmiorem, presentes concessimus litteras, sigilli nostri appensione communitas. Datum per manus viri discreti magistri dominici Lectoris ecclesie nostre. Anno domini, M° CCC° decimo septimo XV° Kalendas Aprilis. Reuerendo in xpo patre domino Stephano dei gracia Episcopo, domino et prelato nostro. Aule domine Regine Cancellario, et Comite perpetuo Wesprimiensi. Discretis viris, magistris Posa preposito Michaele Cantore, et Egidio Custode ecclesie nostre existentibus.

Függő pecsét nyomaival; eredetije a gróf Festetics cs. keszthelyi ltban, »Zaladiensis« 13.

378.

1317. mart. 24. A szepesi káptalan előtt Rikalf fia János és ennek fiai Berzeviczi Leustách fiát Balázst Seunvalt örök birtokukba mint soltészt behelyezik, s jogait és kötelezettségeit meghatározzák.

Capitulum ecclesie beati Martini de Sceps omnibus xpi fidelibus presentibus ac futuris quibus presentes ostenduntur, salutem in omnium saluatore. Quoniam ea que aguntur in

tempore vacillant facile, nisi presidio litterarumque fidelium testium aminiculo in statum solidum redigantur. Proinde ad uniuersorum noticiam harum serie litterarum volumus peruenire. Quod Magistro Johanne filio quondam Comitis Ricolphi (l. Wagner Dipl. Saros. 561. l. ezen szavakig »volentibus defensare«). Termini autem siue mete predicte terre sic distinguntur. Quod prima eius meta aparte Berzeuice incipit in noua reuersione aratri. Secunda uero incipit a parte Repas similiter in noua reuersione aratri, et inde procedit et uadit ad Scemene, et ibi mete terminantur. Item si laneorum latitudo in .... locis defectum pateretur, Idem Scultetus eundem defectum supplebit in alio loco. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad parcium peticionem nostras concessimus litteras priuilegiales nostri pendentis sigilli munimine roboratas. Datum quinta feria proxima ante Ramispalmarum. Anno domini M° CCC° decimo septimo.

Vörös, fehér és violaszín selyem zsinóron függő pecséttel s fönt metszett betűkkel; eredetije a Görgey cs. ltvban, 2. 12. Rövid kivonatát l. Fejér i. m. VIII. 2. 141.

379.

1317. Temesvár, mart. 29. I. Károly király a hívei közzé visszafogadott Simon bán jószágait, nevezetesen Almást, Darlaczot és Somogyont Küküllő vármegyében, különös pártfogása alá veszi.

Nos Karolus dei gracia Rex Hungarie, significamus quibus expedit vniuersis, presencium per tenorem, quod cum nos Symonem banum nostris seruicijs se applicantem in cetum et cateruam nostrorum fidelium seruitorum recolligerimus, et vniuersas possessiones suas, et specialiter Almas, Darlaz et Sumugun vocatas, in nostram proteccionem receperimus specialem, vniuersis Judicibus, Comitibus, et officialibus, necnon specialiter vniuersis Saxonibus et Hospitibus de Medyes, et ad ipsam pertinentibus, firmiter precipientes mandamus, quatenus predictas possessiones dicti Symonis bani Almas Darlaz et Sumugun prefatas, ac alias quaslibet, ab omni-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 433 von 696

bus protegatis, et defendatis. Item, volumus, quod quicumque libere condicionis homines ad predictas possessiones causa commorandi venire voluerint libere conueniant, et secure commorentur, sub nostra proteccione speciali, et hoc volumus per fora et loca publica proclamari. Datum in Temuswar tercia feria proxima post Dominicam Ramispalmarum. Anno Domini. M° CCC° XVII°.

Eredetije az Erd. Muzeum kézirattárában, Jos. Com. Kemény Diplomatarium Authent. Tom. I. Közli: Szabó Károly.

380.

1317. apr. 24. A pozsonyi káptalan előtt Balázs pozsonyi polgár özvegye és fia a Pozsonyvára mögött lévő szőlejüket Csalóközi Csomor fiának Lászlónak elörökítik.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie Posoniensis. Salutem in domino sempiternam, ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire. Quod constituta personaliter coram nobis Relicta Blasij de Ciuitate nostra vnacum Hertlino filio suo ex vna parte Ladizlaus filius Chumur, de Chollokuz ab altera eadem domina simul cum filio suo supradicto confessi (így) oraculo uiueuocis, quod ipsi quandam vineam ipsorum retro Castrum existentem racione necessitatis ipsorum nichil iuris sibi in eadem reseruando eidem Ladislao et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus, pro duodecim talentis denariorum viennensium plene ab eodem receptis, vendidissent dedissent et tradidissent iure perpetuo irreuocabiliter possidendam, habendam, et tenendam. Obligando se quod quicumque processu temporum eundem Ladizlaum aut suos heredes seu successores racione predicte vinee uellent forsitan molestare, extunc, eadem domina, cum filio suo supradicto tenerentur expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine robaratas Datum in festo beati Georgij martiris Anno domini Millesimo Trecentesimo decimo septimo.

Vörös és zöld selyem zsinóron függő ép pecséttel s metszett betükkel; eredetije a pozsonyi kápt. ltvban, 14. P. 3.

381.

1317. apr. 30. A jászói convent I. Károly király parancsára Fel-Nemti birtok határait Szenna felöl a Mihály fia János részére megjáratja.

Nos Mychael prepositus et conuentus Monasterij beati Johannis Baptiste de Jazow, tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis Memorie commendantes Quod cum nos receptis literis excellentissimi principis domini Karoli dei gracia Illustris regis hungarie preceptorijs ad reambulaciones et erecciones metarum possessionis Johannis filij Michaelis felnempty vocate a parte possessionis Zyna vnacum dominico filio Ithe de Kekwd, homine regio vnum ex nobis virum Idoneum videlicet fratrem Lucasium Notarium nostrum transmisissemus pro testimonio, Tandem ad nos redeuntes nobis concorditer retulerunt, quod ipsi tercio die festi beati Georgij martiris ad faciem predicte possessionis felnemty conuocatis vicinis et conmetaneis eiusdem specialiterque Ladislao villico de dicta Zyna, Mychaele filio Myke et Gallo Juratis ac alijs Ciuibus de eadem et ipsis presentibus accessissent, ac eandem per metas infradeclaratas reambulando nullo penitus contradictore in ibi apparente prefato Johanni filio Michaelis eo Jure prout sibi dinosscitur pertinere perpetuo possidendam statuissent. Et prout nobis expresserunt Mete eiusdem possessionis apparte (így) possessionis Zyna hoc ordine distinguntur quod primo a quodam antiquo meatu fluuij Ida, Holth Ida vocato de vna antiqua meta terrea et renouata in vna via versus orientalem procedendo per bonum spacium in eadem via circa quam sunt metee (így) terree et cadit ad aliam viam que exit de Zyna et transsit versus peruen transeundo ipsam viam est meta terrea renouata dequa versus partem orientalem procedendo circa ortus et sepes descendendo est meta terrea post hec in fine dicte ville Zyna circa foueas Agyagasow nuncupatas transit magnam viam et directe penes ortus currendo peruenit ad vnum Riuulum fizyeapatak dictum pertranssiens ipsum Riuulum gyrat paruum versus meridiem ad vnum Rus

Tiuissesparlagh vocatum et in eodem directe versus dictam plagam per metas terreas currendo peruenit ad Riuulum Belsepatak vocatum transeundo ipsum Riuulum peruenit ad inferiorem finem Castri Nagyowar dictum posthec in fine ipsius Castri paruum gyrat versus septemtrionem cadit ad vnam magnam viam que transsiens fluuium Zortus peruenit ad pratum ad vnum stagnum Nadaliusto dictum de quo directe procedendo peruenit ad vnum dumum meta terrea circumfossa (így) de qua procedendo peruenit ad vnum locum vanykzege vocatum vbi cadit ad fluuium Azyuzartus et in eodem descendit per bonum spacium versus meridiem, posthec exit ad dictam plagam orientalem peruenit ad arborem populeam Tepolya vocatum (így) que separat ipsam villam felnempty a possessionibus Zyna et wywar et ibi terminarentur, quasquidem metas supradictas ydem villicus et Jurati ac alij Ciues de dicta Zyna in nullo contradixissent, pro certis et veris metis acceptando, datum in festo beati Kyrini martiris Anno domini Millesimo CCC⁰ decimo septimo.

Garai Miklós nádornak 1409. ki átiratából, melynek eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. N. R. 200. 7. Közli: Nagy Gyula.

382.

1317. máj. 8. A jászói convent elött Szádelöi János comes és fia kaparnachai fele birtokukat Újvár megyében Delnei Itefi Jánosnak elörökítik.

Nos Michael prepositus et Conuentus Monasterii beati Johannis baptiste de Jazow memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem. Quod Comes Johannes filius macrabeus et Nicolaus filius suus de Zadeley, ab una, Johannes uero filius Ite de Delne parte ab altera, coram nobis personaliter constituti Idem Johannes filius Macrabeus, cum Nicolao filio suo, proposuerunt viua voce, quod possessio ipsorum kaparnacha vocata, in Comitatu noui Castri existens, ab eis alienata extitisset, et ipsam nullo modo, et nulla racione, ab occupatoribus et detentoribus rehabere valerent, nisi exinde mediam partem, ipsius possessionis

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 436 von 696

Kaparnacha, eidem Johanni filio Ite perpetuarent, pro eo, ut ipse humanitate, consilio, auxilio, fauore et labore prefatam possessionem Kaparnacha modo pristino eisdem reobtinere valeret, et cum eandem reobtineret, mediam partem sepefate possessionis Kaparnacha mediantibus litteris Capituli Agriensis, eidem Johanni filio Ite in heredes titulo empcionis confirmarent, et perpetuarent, cuius donacioni et perpetuacioni mark filius eiusdem macrabeus, cum Dyonisio filio suo adolescente pro eodem, et pro se astando, Item Emericus et Deseu filij Comitis Lephant, nec non valentinus filius valentini Zeuke dicti, filij eciam eiusdem Lephant, de eadem Zadeley, plenum assensum et consensum prebuissent, et coram nobis omnes simul comparendo personalem premisse donacioni et perpetuacioni plenum assensum et consensum spontanea voluntate ipsorum prebuerunt. In cuius rei memoriam nostras litteras concessimus munimine nostri Sigilli pendentis roboratas. Datum in quindenis beati Georgij martiris. Anno domini M°CCC° decimo septimo.

Hártyaszalagon függött pecsét nyomával s fönt metszett betükkel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 603. 52. Közli: Kovács N.

383.

1317. Temesvár, máj. 9. I. Károly király a budai káptalant a Leustách fia László által a margitszigeti apáczáknak Tököl és Ragál nevü csepelszigeti birtokain elkövetett kár megvizsgálására kiküldi.

Karolus dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo ecclesie beati Petri de weteri Buda salutem et graciam. Dicunt nobis Religiose domine moniales de insula beate virginis per fratrem Stephanum procuratorem suum, (így) quod Ladislaus filius Leustachij duas villas earumdem Tukul et Ragal uocatas in magna insula existentes destruxisset, pecora et alia bona in eisdem reperta aufferendo et dampnum ad valorem centum marcarum eisdem irrogasset super quo fidelitati uestre firmiter damus in mandatis, quatenus mittatis hominem uestrum ydoneum pro testimonio, coram quo magister Ders homo noster de predictis destruccionibus et dampnis predictis dominabus

per Ladislaum antedictum datis grauiter et illatis, sciat et inquirat ueritatem, et post hec prout eisdem ueritas constiterit, nobis fideliter rescribatis, Datum in Temeswar secundo die quindenarum beati Georgij martiris anno domini M° CCC° XVII°.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. Mon. Pos. Misc. 51. 11.

384.

1317. máj. 19. A csanádi káptalan jelentése I. Károly királyhoz, hogy Popdi János fiát Pétert Peel nevü Temes vármegyei birtokba beiktatta.

Excellentissimo domino suo, domino Karulo Dei gracia Illustri Regi Hungarie, Capitulum Chanadiensis ecclesie, oracionum suffragia deuotarum. Nouerit uestra celsitudo litteras uestre Regie maiestatis nos recepisse sub hac forma. Karolus Dei gracia Rex Hungarie, fidelibus suis Capitulo Chanadiensi, salutem et graciam plenam. Comes Johannes filius petri de popdi fidelis noster ad nostram accedendo presenciam, meritaque suorum seruiciorum nobis exponens et in memoriam nostri reuocans quandam terram uacuam Peel uocatam in comitatu Tymisiensi existentem ad nostram collacionem regiam pertinentem, a nobis sibi dari postulauit, verum quia de qualitate et quantitate ipsius terre, et utrum ad nostram collacionem pertineat nec ne, nobis ueritas non constet, fidelitati vestre precipientes mandamus, quatenus, mittatis vnum ex uobis virum ydoneum pro testimonio, coram quo Paulus filius Iwanka dictam terram conuocatis commetaneis et vicinis reambulet per ueteres metas et antiquas et eidem comiti Johanni, cum suis utilitatibus et pertinencijs statuat si non fuerit contradictum. Contradictores uero si qui fuerint ad nostram citet presenciam specialem, ad terminum conpetentem, et post hec diem citacionis et terminum, ac nomina contradictorum cum cursibus metarum nobis fideliter rescribatis, Datum in themeswar tercia feria proxima post dominicam Reminiscere. Nos uero preceptis et mandatis uestre obedientes ut tenemur mayestatis, cum magistro paulo filio Iwanka homine uestro,

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 438 von 696

nostrum misimus hominem, videlicet magistrum Ipolitum succentorem ecclesie nostre, Qui demum ad nos redeuntes, nobis vnanimes concorditer retulerunt. Quod in quarta feria proxima post octauas beati Georgij martiris ad superficiem terre antedicte Peel uocate in Comitatu Tymisiensi existentis accedendo, conuocatis commetaneis et vicinis, videlicet magistro desew, et Mychaele filio pauli, et Paulo homine uestro ac demetrio fratre suo eandem reambulassent et nullo contradictore existente, magistro Johanni antedicto statuissent. Cuius terre cursus metarum hoc ordine distinguuntur. Prima incipit a parte orientali iuxta metam cuiusdam terre deserte Baak uocate, et in eodem loco duas nouas metas erexissent, deinde undecim metas, in sex locis iuxta sex ueteres metas erigendo, flectitur versus partem meridionalem usque ad quendam locum Medyesholm uocatum, post hec iuxta possessionem eiusdem Johannis dirigitur uersus partem occidentalem usque ad terram pauli et demetrii Vche uocatam, exhinc autem flectitur versus partem Septemtrionalem, iuxta quindecimum ueteres metas transeundo deinde flectitur contra partem orientalem, usque ad metam preinceptam et ibi finitur. Datum feria sexta proxima post octauas prenotatas. Anno domini. M° CCC° XVII°.

I. Károly királynak 1317. máj. 19-kén kelt ujabb adománylevelében átírva, s mely szerint a nevezett Popdi János részére az adományozás történt: »in recompensam suorum dampnorum, que idem per exercitum nostrum, quem ex causis arduis et necessarijs moueramus in quadam villa sua, Nempti vocata, que pene omnibus bonis suis, mobilibus et inmobilibus per continuam residenciam dicti exercitus nostri, extitit miserabiliter depauperata, et humiliata, ubi idem comes Johannes, dampnum. ad ualorem ducentarum marcarum, propter nos pacienter sufferendo est perpessus.« Az új adománylevél eredetije az orsz. ltvban, kincst. oszt. N R. 1534. 24. Közli: Kovács N.

385.

1317. máj. 22. I. Károly király Agyna s Noak birtokokat, kőváraikkal együtt, az Aba nemzetségből való Lőrincz fiainak adományozza.

(C) Arolus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, Omnibus Xpi fidelibus, presens scriptum cernentibus, salutem in eo qui Regibus dat salutem. Celestis altitudo consilij, ad hoc in orbe terrarum Regum et principum constituit potestates, ut ipsi ductis circiter oculorum conspectibus, illis sue munificencie dexteram porrigant adiutricem, quos obsequiorum numerositas, et deuocionis ac fidei sinceritas propensius recommendant, dum enim illis prouident, dum donis benigne liberalitatis eos fouent, sui honoris fastigia prudenter extollunt et sublimant. Proinde ad uniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum, harum serie volumus peruenire. Quod magistri Nicolaus, Jacobus, Johannes et Petrus, filij magistri Laurencij de genere Aba, dilecti et fideles nostri, nobis humiliter supplicando, sue fidelitatis opera, reuera multa recommendacione digna nobis impensa, rememorantes et declarantes, ac premia donatiuorum nostre gracie se dignum consequi arbitrantes, quasdam possessiones Agyna et Noak uocatas, cum duobus Castris lapideis Agyna et Dornoch nuncupatis, in eisdem possessionibus constructis, quondam magistri Egidy filij Gregorij de genere Monozlo, hominis scilicet sine herede decedentis, et ex eo ac (így) nostram collacionem deuolutas, in recompensacionem suorum fidelium seruiciorum, a nobis perpetuo sibi dari et conferri postularunt. Nos igitur, qui ex officio suscepti Regiminis singulorum nobis obsequencium merita diligenter pensare, et pensata digna retribucione fouere debemus et tenemur, ad hec petita, et fidelitatum opera, intuitum nostre consideracionis subleuantes, eorumdem fidelitates, fideliumque seruiciorum merita, que nobis, et sancte nostre regie corone laudabiliter impenderunt aduertentes, Et precipue reuocantes in memoriam, quod idem magister Nico-

laus, et petrus frater suus, pro constancia fidelitatis nobis obseruata, per filios Herrici, status Regni nostri disturbatores, nostrosque emulos et infideles captiuati, et carceri mancipati, idemque magister Nicolaus per eosdem infideles nostros, tyrannica rabie inflatos eductus de carcere, per caudam equi ante portam castri Agyna memorati, inhumaniter tractus nudo corpore et dire cruciatus, ita, ut per laceracionem et corrupcionem cutis et corporis vitalem spiritum exalaret, nisi diuina gracia que innocencium vota in aduersis fouere consueuit, eum quasi a mortuis suscitasset, et demum in eundem carcerem retrusus, cum predicto petro fratre suo, per spacia trium annorum detenti et diris penarum afflicciones cruciati extiterunt, in qua quidem captiuitate, idem petrus et nunc incarceratus detinetur, Qui de possessionibus eorum hereditarijs, per nostros infideles exclusi et eiecti, omnia bona, pro nostri honoris incremento post terga relinquentes, tamquam scuto bone fidei protecti, nec huiusmodi cruciamine uexati, nec suis possessionibus ac bonis spoliati a uia fidelitatis sancte Regie corone debita suum animum diuerterunt, quinymo, quo magis uexati, eo amplius in proposito vere et sincere fidelitatis constanter perstiterunt, volentes tantis et tam meritorijs operibus fidelitatum eorumdem Nicolai, Jacobi, Johannis et Petri magistrorum, condigne remuneracionis premio occurrere, et Regie nostre gracie donatiua respondere, dignumque ac iustum existimantes, ut magnos labores, copiosa merces reficiat et restauret, predictas pessessiones Agyna et Noak, cum castris memoratis, villis et attinencijs quibuslibet ac vtilitatibus earumdem possessionum vniuersis, sub metis et terminis eisdem, quibus per predictum magistrum Egidium, ac eius progenitores, habita extitit et possessa, dictis Nicolao, Jacobo, Johanni et Petro magistris dilectis et fidelibus nostris, ac eorum heredibus, heredumque suorum successoribus, dedimus, donauimus et contulimus, iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas, tenendas et habendas. Litteras autem seu instrumenta, si quas forsitan super collacione dictarum possessionum cuicunque dari fecissemus, auctoritate presencium reuocamus, et cassatas esse volumus ac viribus carituras. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presen-

tes concesssimus literas duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellary et Archydiaconi Kukulliensis, dilecti et fidelis nostri. Anno Domini M° CCC° decimo septimo, XI° Kalendas Juny, Regni autem nostri anno similiter decimo septimo, Venerabilibus in xpo patribus, domino Thoma Archyepiscopo Strigoniensi locique eiusdem Comite perpetuo, Emerico Varadiensi, Johanne Nitriensi, Martino Agriensi, Augustino Zagrabiensi, Stephano Vesprimiensi, aule domine Regine Karissime consortis nostre Cancellario, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, et Ladislao Quinqueecclesiensi, ac Georgio Syrmiensi Ecclesiarum Episcopis, Dominico palatino, Demetrio magistro Tauarnicorum nostrorum, Johanne Bano tocius Sclauonie, Lamperto Judice Curie nostre, petro magistro Agasonum nostrorum, Nicolao filio Omodei comite de Barana et de Baach. Alijsque quampluribus Regni nostri honores tenentibus et habentibus.

A pecsét piros és sárga selyemsodraton függött; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 1506. 8. Közli :Kovács N.

386.

1317. máj. 28. Pető szatmári főispán Mihály fiát Mihályt alispánjává nevezi, két helyen vámszedő joggal felruházza s több jutalmakban részesíti.

Nos magister Petheu comes Zotmariensis damus pro memoria quod cum magister michael filius magistry michaelis deo uolente se nobis seruire adiunxit qua propter nos eidem assumpsimus dare fide nostra deo debita Comitatum nostrum de comitatu Zotmar cum duobus tributis nostris in Zomusscyg et in Ruchwrd seu magistratum Tauarnicorum nostrorum cum suis vtilitatibus promisimus eciam eidem dare viginti marcas de quibus decem eodem die in quo ad nos ueniet pallium et tunicam de panno nobilissimo decem uero postea in breuibus diebus plene et perfecte prout facere assumpsimus volumus adimplere, item tamen dicendum quod de duabus dignitatibus nostris predictis de Comitatu Zotmariensi uel

magistratum nostrorum Tauarnicorum prius poterimus ei assignare seu donare. Ceterum quod post reuersum hominem nostrum a domino nostro Rege si nobis rex attribuerit vnam uillam prout nostrum hominem (így) assumpsimus dare magistro Michaeli prelibato, datum in sabbato proximo ante octauas pentecostes Anno domini. M° CCC° XVII°.

Hátlapján ép pecséttel; eredetije a N. Muzeum könyvtárában, a Kállay cs. lban. Közli: Csontosi J.

387.

1317. Temesvár, máj. 31. I. Károly király Egyed fiainak Iványak és Simonnak hü szolgálatait a Szabolcs vármegyei Zoch nevü földtérrel és Spánthoua nevü láppal jutalmazza meg.

Nos Karolus Dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem. Quod nobiles viri, magistri Iwan et Simon filij Egidij, ad nostram accedentes presenciam, et ipsorum fidelitatis seruicia, nobis multipliciter impensa, exponentes et declarantes, quandam terram, Zoch uocatam in comitatu Zaboch existentem, asserentes ipsam esse terram castrensem ad Zaboch pertinentem, et ex eo nostre collacioni deuolutam, pro fidelibus seruicijs ipsorum, sibi dari et conferri postularunt. Vnde nos qui ex officio suscepti regiminis, singulorum nobis obsequencium merita, diligenter pensare et pensata digna retribucione fouere, eorumque affectus, ad effectum perducere debemus et tenemur, Considerantes fidelitates fideliumque seruiciorum merita, que nobis in diuersis nostris negocys et expedicionibus, sumpme fidelitatis cum affectu et specialiter in eo quod cum diebus preteritis, contra Kopoz et Beke filios Thome, nostros emulos et infideles se fortune casibus pro nostri honoris incremento, exponentes et viriliter dimicando, cum effusione sanguinis eorumdem exhibuerunt et impenderunt, per que se nobis fecerunt graciosos et acceptos volentes pro fidelibus seruicijs ipsorum et sanguinis effusione regio occurrere cum fauore, predictam terram Zoch cum stagno Spanthoua uocato, ac omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs

vniuersis, ipsis magistris Iwan et Simoni filijs Egidij, et per ipsos eorumdem heredibus, heredumque suorum successoribus, sub eisdem metis et terminis quibus per antiquos posessores extitit habita et possessa, sine preiudicio iuris alieni, et si dictis suis ueritas suffragatur, dedimus donauimus et contulimus perpetuo possidendam tenendam et habendam, et cum presentes nobis reportate fuerint nostrum priuilegium super hoc eisdem concedemus, Datum in themeswar tercio die festi sancte Trinitatis. Anno domini M° Trecentesimo. XVII°

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az. orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 928. 50. Közli: Kovács N.

388.

1317. jun. 2. A győri káptalan bizonyítja, hogy a Pápa nemzetségből való Miklós örökösei a felsorolt ingóságokon az e végett kiküldöttek előtt miként osztoztak meg.

Capitulum Jauriensis ecclesie omnibus christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. — Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, Quod cum ad peticionem et mandatum magnifici viri magistri Andree filij magistri Gregorij per suas litteras nobis directum. discretos viros magistros petrum de Zemere et Nicolaum de posonio socios et concanonicos nostros coram quibus nobiles viri Laurencius de Sythke, Paulus de Geche, Adrianus de Bukud, et Johannes filius Kalanda ad disponendum et ordinandum, de bonis nobilis viri comitis Nicolai filii Pauli de generacione papa bone memorie deputati, pro testimonio misissemus, demum ydem socij nostri ad nos reversi nobis retulerunt, quod in octauis pentecostes, dicti nobiles coram ipsis de bonis eiusdem comitis Nicolai, inter dominam Elisabeth, filiam magistri Osl de generacione Osl, que fuit secunda coniunx eius, et inter Stephanum filium eiusdem domine. Item inter filiam eiusdem comitis Nicolai, a priore uxore sua progenitam, Bungo vocatam, taliter extiterit ordinatum, quod primo omnium de Equacijs que viginti fuerunt numero, decem capita Stephano filio suo, a Domina Elyzabeth progenito. Item alia

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 444 von 696

decem capita, Bungo filie sue a priore uxore sua, ut pretactum est procreate, fuerunt pari divisione assignata. Item quinque boues, viginti oues et una et duodecim porci pro exequijs anime eiusdem comitis nicolai celebrandis, in potestatem nobilis domine matris eorundem sint date. Item quinque Boves viginti oves et una similiter et duodecim porci domine Elysabeth predicte, relicte sue. Item quinque Boues viginti oues et una et duodecim porci Stephan filio suo. Item quinque Boues viginti oues et una ac duodecim porci domine Bungo filie sue, fuerunt per bonam diuisionem assignati. Item Loricam propriam eiusdem Comitis Nicolai cum omnibus apparementis preter Banbusium, pro quatuordecim marcis estimatam, Stephano filio suo. Item faleras pro duobus equis apptas (igy) decindato et tegumen cum Lorice, unius persone insignum factum, similiter Stephano filio suo. Item arma sueuica pro persona unius hominis apta, tamen in aliqua sui parte deficiencia filie sue Bungo. Item palium et tunicam sine manicis hermellinis pellibus subducte, et tunicam manicatam. Item aliud palium et tunicam sine manicis, pellibus de vario, et tunicam manicatam. Item palium et tunicam sine manicis cindato, et tunicam cum manicis subductas predicte domine Elysabeth relicte sue. Item palium et tunicam de Ipri pro persona eiusdem Comitis Nicolai hermellinis pellibus subducta domine Bungo filie sue. Item de tribus Baltheis sive cingulis de argento deauratis, meliorem unum Stephano filio suo, alium domine relicte sue, et tercium Bungo filie sue supradicte. Item unum crucem de ligno domini, de puro auro. Item aliam de argento Stephano filio suo. Item unum peccarium argenteum cum coopertorio et unum Cipum de Mazalino, habentem pedem argenteum, Stephano filio suo, et aliud peccarium similiter cum pede argenteo, Bungo filie sue. Item de precio equi non castrati, pro quindecim marcis per supradictos nobiles extimati, quinque marce pro anima eiusdem comitis Nicolai et quinque marce Stephano filio suo, residue quinque marce domine relicte sue. Item unum tapete Stephano filio suo, et aliud tapete filie sue predicte, per predictos nobiles, ad premissa deputatos fuerunt ordinata. Ceterum ordinatum extitit, quod predicta domina Elysabeth, relicta dicti Comitis Nicolai et Stephanus filius

eius simul cum predictis bonis omnibus in predicta diuisione eos contingentibus, apud fratres suos filios magistri Osl sicut nempe ipsa de bona voluntate sua voluerit, vel in porcione possessionis dicti Comitis Nicolai habeat liberam facultatem commorandi. Dictam autem Dominam Bungo, filiam eiusdem comitis Nicolai cum omnibus bonis, que ut pretactum est, magister Ladislaus frater dicti comitis Nicolai iuxta debitum nature et proximitatis assumpsit educare et nutrire omni cum honore, et bona eiusdem integre conseruare. In cujus rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras sigilli munimine consignatas. Datum in festo corporis christi, Anno domini M° CCC° decimo septimo. Magistris Mathya preposito, Andrea Lectore, Mathya cantore, Michaele custode ecclesie nostre existentibus.

Függő pecséttel ; eredetije az Ostffy cs. lban.

389.

1317. jun. 5. A buda-felhévízi convent előtt Thegus Péter özvegye a Hévízen levő curiáját Pál keszői plébánosnak elörökíti.

Nos frater Georgius prior et Conuentus Cruciferorum ecclesie sancte Trinitatis de Calidis aquis, memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem. Quod domina Arinka relicta magistri petri dicti Thegus de eisdem Calidis aquis, personaliter coram nobis constituta, quendam fundum Curie sue a marito suo sibi deuolutum in vicinitate Domorum, Stephani filij kunclini carnificis, et magistri Emerici de Beche. cum vinea sua in orto suo plantata et cum omnibus vtilitatibus suis pertinencijs confessa est Paulo plebano de Kezu. et per eum suis proximis vendidisse dedisse et assignasse pro duabus marcis ad plenum receptis ab eodem, Jure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam et habendam, de uoluntate et permissione omnium cognatorum et vicinorum, nullo contradictore existente, assumpmens nichilominus eadem domina racione dicti fundus curie et racione suis utilitatibus ipsum Paulum plebanum et suos proximos cuicunque uel quibuscumque uoluerit legare donare uel uendicioni exponere ab omnibus molestare

uolentibus liberare defendere et expedire proprijs cum suis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instanciam parcium concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Annuimus ad peticionem eiusdem pauli plebani, ut cum presentes nobis reportate fuerint, quia ad presens cum sigillo pendenti nequiuit recipere, cum sigillo pendenti ei confirmamus. Datum in quindenis penthecostes Anno. Domini. Millesimo. Trecentesimo decimo septimo.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije az orsz. lvt. kincst oszt. N. R. 860. 5. Közli: Kovács N.

390.

1317. jun. 15. A jászai convent előtt a Buchk nemzetségbeli Domokos és a szepsii polgárok bizonyos péderi birtokrész felett egyezségre lépnek.

Omnibus xpi fidelibus prepositus et Conuentus de Jazov presens scriptum inspecturis salutem in eo qui est uera salus. Quod Dominicus filius Philpe nobilis de Peder de genere Buchk, ab una parte, ab altera uero Chunkymanus, villicus, Jurati Honnus, sartor filius menhardi, Corrardus institor, Iwan et Honnus filius albi Hench, Engram ac vniuersi hospites de villa Sypsi, coram nobis personaliter sunt constituti. propositum nobis extitit per eosdem viuauoce, quod rixe controuersionis et cause que inter ipsos a multis temporibus et nunc eciam causa in figura Judicij vice Judicis, Comitis noui castri, magistri Phillippi scilicet Comitis Petri, super particulam terre de terra Peder abcise, mouebantur ordine iuris, qnam idem dominicus sub forma hereditarij, detinere conabatur, ut dixit, predicti autem villicus Jurati et hospites vniuersi secundum tenorem litterarum priuilegialium Stephani Regis felicis recordacionis regni vngarie, et per consequens secundum tenorem eciam priuilegij domini karuli serenissimi nunc regis regni vngarie, ipsorum affirmabant esse, et sic ab eodem dominico reaquirere intendebant, mediante Jure, et quamuis causa inter ipsos diu mota fuisset, super eandem quam eciam partes qualitate et quantitate secundum consuetudinem regni, ad

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 447 von 696

quinque aratra sufficientem, in terra arabili preter prata esse affirmarunt, prout eciam ipsam particulam terre dixerunt iacere in comitatu noui castri, inter terram Heydhasas Peder et Sypsi, ac Bodolou, tandem propter bonum pacis et concordie vnionem, per sentenciam proborum uirorum, et ex permissione vice Comitis noui castri, ad talem formam pacis se dixerunt deuenisse, quod predictam particulam terre coram duobus nobilibus hominibus magistro vgrino filio kazmeri de Pan, nunc et Comite (így) Bodon filio Panchik castellano de Symigi, et propter maiorem euidenciam rei coram nostro testimonio, per eundem iudicem ad hoc deputatis diuiderent ad duas equales partes, signis et metis ab inuicem sequestrando, et prout idem ipsam diuisionem inter ipsos per ut (így) facerent nostro priuilegio confirmaremus, que quidem recepto nostro testimonio, ad ipsam diuisionem faciendam, supra predictam particulam terre eundo, et demum ad nos redeundo, vnacum hominibus ad hoc deputatis, et nostro testimonio oraculo viuenocis nobis recitarunt, quod predictam particulam terre inter partes equales ad duas partes diuidissent. quam ambe partes acceptassent, prout olym eciam se dixerunt per illa diuidisse signa, cuius quidem mete et signa taliter dixerunt contineri, quod prima meta incipit de inferiori fine ville Bodolou, ab antiquo portu in flumine Boldua, et secundum meatum ipsius currit infra in eodem et in angulacione ipsius saltet ad partes occidentales, extra, ad rubeta vimina, in qua facit metam terream, deinde incipiens uadit in prato ad vnam metam terream, deinde reflectitur ad partes septemtrionales et in acie ipsius prati, in terra arabili iungit duas metas terreas, et inde uadit uersus Sypsi ad vnam metam terream, deinde progreditur uadit ad duas metas terreas et inde uadit similiter ad vnam metam terream que iacet circa uiam que ueniet de Sypsi in Peder et ibi reflectitur currendo iterum ad pristinum portum antiquum, que mete separant partes ab inuicem super predictam particulam terre dimidiam partem ex parte Scipsi cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs predicti villicus Jurati et uniuersi hospites de eadem Scypsi et per ipsos heredes eorum heredumque successores pacifice et perpetuo silencio irreuocabiliter possidebunt, in habendo, residuam uero dimidiam partem ex parte dominici

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 448 von 696

prenotati idem dominicus et per ipsum sui heredes heredumque successores simili iure possidebit . . . . . eciam quod idem dominicus obligauit se et per ipsum suos heredes heredumque successores quod predictis hospitibus villico et Juratis de Sypsi predictam particulam que eisdem in diuisione cessit ab omnibus inpetitoribus seu agrauare volentibus, libere et pacifice conseruare tenebitur, et si qui eosdem predictos hospites aut eredes eorum heredumque successores molestare seu in causam trahere nitteretur, racione predicte dimidie partis proprijs laboribus et expensis expedire teneretur, ipse et per ipsum sui heredes heredumque successores. In cuius rei firmitatem nostrum concessimus ad peticionem parcium priuilegium nostro sigillo conmunitum. Datum feria quarta pofestum (így) Barnabe apostoli proxima michaele preposito marco priore dyonisio sacristario Paulo officiali Nycolao sacerdote notario existentibus Anno domini M° CCC° decimo septimo.

Zöld selyem zsinóron függő pecséttel és alúl F. G. H. metszett betükkel; eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 24. 51. Ugyanott Frank országbírónak oklevelében átirva, N. R. 40. 45. Közli: Nagy Gyula.

391.

1317. Szalacs, aug. 1. Dózsa Bihar és Szabolcs vármegyék föispánja által Szalacson öt vármegye részéről tartott közgyülésen Kis Kozma comes I. Károly királytól nyert kiváltságleveleit felmutatja.

Nos magister Dousa comes de Bichor, et de Zabolch, comitatuum et Judex per dominum nostrum regem deputatus tenore presencium significamus Uniuersis quibus expedit, quod cum anno domini M° CCC° XVII° in octauis beati Jacobi apostoli conuocacionem fecissemus in quinque comitatibus generalem in villa Zalach celebrandam. Inter cetera comes Cosmas paruus nobilis comprouincie de Byhor consurgendo exhibuit litteras Serenissimi domini nostri Regis Karuly super exempcione sua et nepotum suorum tali tenore ac

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 449 von 696

forma continentes, quod de benignitate regia omnium Jurisdiccione judicandi et potestate comitum et aliorum quouis modo dignitates habencium exemisset ad ipsum pertinentes uniuersos. Exhibuit eciam eodem loco litteras priuilegiales eiusdem domini nostri Regis super tributo pro effusionibus sanguinum filiorum suorum atque mortibus in possessione quadam Rezege vocata secundum qualitates rerum et quantitates in eadem undique asportatas concesso et donato, quorum igitur priuilegiorum tenoribus viso coram quinque nobilibus Comitatuum congregatorum et in Nobilium palam nullis contradictore existente, (így), auctoritate eiusdem domini nostri Regis inbuti confirmasse assumpmentes quod ut tenemur pacifice conseruare in eisdem. Datum in Zoloch in octauis sancti Jacoby apostoli anno domini M° CCC° XVII° ut supra.

Hátlapján pecséttöredékkel; eredetije Galgóczon, a gróf Erdődy cs. lvtban. Közli: Botka Tivadar.

392.

1317. Debreczen, aug. 19. Dózsa főispán a Debreczenben tartott közgyülésen János fiát Pétert egyházassemjéni birtokába visszahelyeztetni rendeli.

Nos magister dousa comes de Byhor et de Zobolch ac in quinque comitatibus Judex specialis per dominum regem deputatus damus pro memoria quod in speciali congregacione nostra quam in vigilia sancti regis Stephani in debrecen habuissemus consurgens petrus filius Johannis queruluse (így) nobis dixit quod populi de magno Semien possessionem suam eghazas semyen uocatam indebite occupatam cum suis utilitatibus indebite occupatam detinerent et in suis usibus uterentur quod vniuersi iudices nobiles et communes homines quinque comitatuum nobiscum tunc in congregacione existentes vnanimiter prout idem petrus dixit recitarunt, vnde nicolao filio wilmoth ipsam possessionem predictam ipsi petro statuendum commisimus et dedimus facultatem et ipsos populos de Semyen ab omnibus vsibus ipsius terre prohibendi. Datum

in debrecen in termino prenotato Anno domini M° CCC° XVII°.

Zárlatán pecsétmaradványnyal; eredetije a N. Muzeum könyvtárában, a Kállay cs. lban. Közli: Csontosi J.

393.

1317. Esztergom, aug. 23. Tamás esztergomi érsek és a káptalan az 1297-ik évben Lodomér esztergomi érsek és a szentkereszti apátság között Prácsa és Tardoskedd birtokok iránt létrejött cseréről szóló oklevelet átírják s megerösítik.

Nos Thomas miseracione diuina Archiepiscopus Strigoniensis Eiusdemque Loci comes perpetuus, et Theophilus prepositus, ac Capitulum loci eiusdem. Significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem. Quod Religiosi et deo amabiles viri frater Johannes Abbas Monastery sancte Crucis de Austria Pathaviensis dyocesis, nec non frater Hericus ordinis Cysterciensis vice et nomine conuentus dicti loci, ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis litteras priuilegiales domini Lodomery miseracione diuina quondam Strigoniensis archiepiscopi bone memorie, super concambio facto inter ipsum ex vna parte, et ex altera inter predictos Religiosos viros, quod fecerunt in permutacione possessionum Bracchan, et Turdaskeddi vocatarum, petentes nos cum instancia, ut tenorem earundem nostris litteris inseri, nostrisque sigillis communiri faceremus, et ipsam permutacionem Ratam habere dignaremur. Quarum tenor talis est. Lodomerius . . . (l. ennek 1297-ki oklevelét rövid kivonatban Fejér i. m. VI. 2. 121. és VII. 5. 536. egész terjedelmében pedig a Hazai Okmánytár VII. k. 214. sz. a.). Nos igitur iustis peticionibus, dictorum Religiosorum virorum annuentes et attendentes, ipsas litteras venerabilis patris domini Lodomery quondam Strigoniensis archiepiscopi de iuris equitate esse emanatas, nec longe emanacionis earundem, tempus excidit a memoria, nec eciam rasura, uel aliquod aliud vicium, in eisdem apparuit, quo possent heedem littere aliquatenus reprehendi, tenorem earundem inseri fecimus presenti pagine, et huiusmodi permutacioni seu

concambio, prouide factis, consensum prebuimus et assensum, et perpetuo volumus observari. Insuper quum sepe dat occasionem litigandi incerta, et inexpressa distinccio terminorum, ideo volentes prouide consulere, predictis domino abbati et conventui, metas et terminos predicte terre, quibus eam nostri predecessores possiderunt, ut certitudinaliter assignentur, et materia litigandi de medio extirpetur, sub orta lite inter eos, abbatem videlicet et conuentum suum predictos et ciues Posonienses, presentibus alijs commetaneis, per arbitrium proborum, et veredicorum virorum, sub sacramento iuramenti, ad hoc constitutorum, sedata penitus et sopita, una cum eisdem commetaneis summus veraciter informati, et hoc ordine et hys metis ipsa Baracchan ab alis terris circumiacentibus separatur. Prima meta incipit, a Danubio, et tendit ad arborem que in wlgari teutonico dicitur Assp. versus partem meridionalem, que arbor diuidit metas Paracchan, et ville phaffundorf ab inde sursum per viam frettendorfariorum usque ad cumulum, qui diuidit Parachan, et fenetum, ac villam Sendorf; ab hoc autem cumulo sive meta protenditur, sicut distinctum est per certos cumulos seu metas, usque in duerunferenich, abhinc per metas ibi positas, usque in Bechinuernik, ab inde usque ad Lapidem iacentem in La°, ubi est via uersus Tyrnauiam, et ab hoc lapide, usque ad lapidem iacentem prope viam que ducit uersus sanctum Georgium, deinde per uiam tendentem sursum, extra et supra ulterius rippam dictam illorum de Weynarun, que rippa dicitur in Teutonico Weynaherpah directe usque ad viam dictam mittirweg, hoc est longitudo predicte possessionis, ad plagam meridionalem. Latitudo autem superior dicte possessionis versus plagam occidentalem, est per directum vie predicte, usque in fossatum dictum Solgrabun; ad plagam vero septemtrionalem, a predicto fossato deorsum usque in Aurspah, et abhinc secundum cumulos metarum, extra rippam, descendendo positos, usque ad finem rippe et ultra directe descendendo usque in dornik, ab inde vero usque ad cumulum diuidentem terminos, Baynarn siue Parachan, et Dornik, ab hoc autem cumulo, directe inferius, usque ad metas, Luensnich. Ab hys autem descendendo, quasi per latum possessionis predicte, inferius usque Latum

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 452 von 696

eiusdem possessionis, et secundum descensum Lati usque ad metas de Phaffundorf, et ab hys ultra procedendo secundum latum predictum et declinando per ipsum versus danubium usque ad primodictam arborem Assp prope danubium. Nomina autem dictarum metarum plerumque in wlgari Teutonico expressimus, ob fauorem fratrum predictorum, quia in illis partibus plures sunt Teutonici, et ut facilius veniant ad noticiam plurimorum. Ne uero supradicti fratres in metis et terminis, predicte possessionis Parachan a civibus Posoniensibus, uel a quoquam commetaneorum, perturbentur in futurum. Damus eis presentes litteras in Robur omnium premissorum, nostro et fratrum nostrorum predictorum Capituli videlicet ecclesie nostre Sigillis roboratas. Datum Strigonij in vigilia beati Bartholomei apostoli. Anno domini M° CCC° decimo Septimo.

A sárga és vörös selyem zsinóron függő egyik kisebb pecsét az esztergomi káptalané, a másik pedig Tamás érseknek vörös viaszba nyomott monorú pecsétje; eredetije Pozsony sz. k. város ltban. 15. 4.

394.

1317. aug. 27. körül. Lampert országbíró a titeli káptalannak 1280-ban kelt s a Szerém vármegyei Hetény birtok iránt Jánosi László és Zoltán Péter között folyt perben Jánosi László által felmutatott oklevelét átírja, a másik fél által felmutatott oklevelet pedig érvénytelennek nyilvánítja.

Nos magister Lampertus Iudex Curie domini Regis et Comes Chanadiensis memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, Quod cum secundum continenciam priorum litterarum nostrarum Ladislaus filius Ladislai nobilis de Yanusy ab vna parte, petrus dictus Zoltan ex altera, priuilegia ipsorum seu quelibet instrumenta super possessione Hethen uocata, in Comitatu Symiriensi existente emanata et confecta in octauis Beati Regis Stephani coram nobis exhibere debuissent ut ipsa possessio cum maioris certitudinis euidencia vni ex ipsis diffinitiue valeat assignari ipso die adueniente predictus Ladislaus litteras priui-

legiales Capituli ecclesie Tytuliensis super eadem possessione Heten uocata emanatas coram nobis procurauit exhibere, cuius quidem priuilegij tenor talis est. Capitulum ecclesie Tytuliensis (l. Hazai Okmánytár VI. 263. l.) Littere uero priuilegiales alterius partis uidelicet petri superius nominati racione prefate possessionis ipsum racionabiliter et legittime non tangebat ut ipsa possessio sibi debeat pertinere Immo contra ligitimum processum tenorem ipsarum exprimere uidebantur, idcirco ipsas litteras cum Baronibus et nobilibus Regni nobiscum assidentibus sopitas reddidimus et cassatas perpetuum silencium ipsi petro et suis litteris imponendo, pretactas uero litteras priuilegiales Ladislai iuste et legittime emanatas considerantes et intelligentes de uerbo ad uerbum transcribi fecimus presentibus inserendo non cancellatas non abrasas nec in aliqua sui parte uiciatas ipsas reperientes. In cuius rei testimonium et perpetue firmitatis soliditatem presentes litteras peticionibus predicti Ladislai digne obtemperantes sigillo nostro autentico duximus roborandas Datum anno domini M° CCC° XVII°.

Sárga czérnasodraton függő pecséttöredékkel; eredetije a b. Révay cs. ltvban, »Révay« fasc. I. 19. Közli: Kovács N.

395.

1317. Komárom-vár mellett, sept. 5—7. I. Károly király a nyúlszigeti apáczák csolnoki birtokát saját pártfogása alá veszi.

Karolus Dei gracia Rex Hungarie Vniuersis Castellanis Comitibus Judicibus et eorum vices gerentibus ac alijs quibus presentes ostenduntur salutem et graciam. Cum nos villam Cholnuk et ad eam pertinentes cum omnibus ipsarum vtilitatibus et pertinencijs vniuersis, ad peticionem et supplicacionem Religiosarum dominarum de insula leporum ob spem et deuocionem quam in beata Virgine gerimus, in cuius ecclesia eedem domine iugiter deo famulantes commorantur, a quibuslibet illicitis detentoribus et specialiter a magistro Petro filio Stephani et suo Castellano Laurencio filio Kemen aufferendo in nostram recepimus proteccionem et tutelam specialem, vo-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 454 von 696

lumus, et fidelitati vestre Regio edicto firmiter damus in mandatis, quatenus, a modo et deinceps manus vestras vestrorumque officialium de medio populorum eorumdem omnino retrahatis ita quod de cetero nullam collectam nullamque exactionem quocunque nomine censeantur exigere uel recipere presummatis ab eisdem, ymmo dictos populos in eadem libertatis prerogatiua qua temporibus predecessorum nostrorum felicium regum Hungarie gaudere dinoscuntur, pacifice et quiete manere, in possessionibus predictis permittatis nostro et predictarum dominarum nomine absque aliquali inquietacione permansuros aliud facere non presummentes in premissis ullo modo. Ceterum volumus ut dicti populi de Cholnuk nemini aly collectam aliquam dare teneantur nisi nostrum mandatum receperint speciale Datum prope Castrum Kumarun feria .... proxima ante festum natiuitatis beate virginis. Anno domini. M° CCC° XVJ I°.

Hátlapján pecsét nyomaival ; eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt. Monial. V. Buden. 2. 11. Közli : Kovács N.

396.

1317. sept. 26. I. Károly király a Bács vármegyei Györgykéri és Pinkokéri nevü birtokokat Futaki István fiának Dénesnek adományozza.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex. Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, salutem in salutis largitore. Illis digne Regia celsitudo sue munificencie dexteram porrigit adiutricem quos obsequiorum numerositas et deuocionis ac fidei sinceritas, propensius recommendant, dum enim illis prouidet, dum donis liberalitatis eos fouet, sui honoris fastidia prudenter extollit et sublimat, proinde ad vniuersorum noticiam harum serie litterarum volumus peruenire, Quod magister dionisius filius Stephani de futagh dilectus et fidelis noster ad nostram accedens presenciam et sue fidelitatis seruicia nostre maiestati inpensa proponens et declarans quasdam terras siue sessiones uacuas et ha-

bitatoribus destitutas Gyurghkery et pinkoqueri vocatas in Comitatu Bachiensi circa vallem almasweugh existentes, asserens eas esse hominum sine herede decedencium et ex eo iure nostre collacioni pertinentes pro suis fidelibus seruicijs a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulauit, nos igitur qui ex debito nobilitatis Regie que in beneficijs fidelibus suis largiendis continuo increscere debet et singulorum nobis fideliter obsequencium merita diligenter pensare et pensata digna retribucione confouere debemus, Consideratis fidelitatibus et fidelium seruiciorum meritis eiusdem magistri dionisij, que idem nobis in cunctis nostris et Regni nostri negocijs, prosperis et aduersis a toto eo tempore, quo in Regnum nostrum hungarie iure nobis geniture debitum intrauimus cum constancia supreme fidelitatis se et sua fortune casibus pro nostri honoris incremento exponendo, tam in obsessionibus et expugnacionibus Castrorum quam in alijs expedicionibus nostris, cum sui propri sanguinis multorum proximorum et nobilium seruientum effusione, exhibuit et impendit que per singula longum esset enarrare, et licet sua meritoria seruicia a nobis multo plura et pociora mererentur, tamen in aliqualem recompensacionem seruiciorum eiusdem et votis et peticionibus suis satisfacere cupientes predictas terras et sessiones Gyurghkery et pynkokery cum ecclesijs et alijs vtilitatibus, ac attinencijs vniuersis, sub eisdem metis et terminis antiquis, quibus per antiquos possessores habite extiterunt et possesse, eo iure quo nostre collacioni pertinere dinoscuntur, ipsi magistro dyonisio de futagh et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus donauimus et contulimus perpetuo et pacifice possidendas tenendas et habendas, sine preiudicio iuris alieni. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarij et archidiaconi de kukullw dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCC° decimo septimo. Sexto kalendas octobris. Regni autem nostri anno similiter decimo septimo.

I. Károly király 1323-ki átiratából; ennek eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 1506. 9. Közli: Kovács N.

---

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 456 von 696

397.

1317. oct. 13. A vasvári káptalan előtt Poghi Omode birtokrészét Poghi Venczelnek és fiainak elzálogosítja.

Nos Capitulum ecclesie sancti Mychaelis de Castroferreo presentes litteras damus pro memoria, quod Omodeus filius Ramacha nobilis de pogh coram nobis personaliter constitutus sedecim iugera terrarum suarum et ad quatuor falcastra fenile sufficiens in eadem pogh existencia uidelicet octo iugera ante terram Mezed vocatam et prope diuerticulum ipsius terre ipsorum quatuor falcastrorum fenile Item residua octo iugera iuxta fossatum pomlyn a parte orientali vie Bogath pro sedecim pensis denariorum impignorauit seu obligauit magistro venchezlao et clementi et opour filijs eiusdem de eadem pogh quandocunque poterit cum hysdem sedecim pensis, sine aliquo grauamine idem Omodeus redimendi liberam habebit facultatem et ab omnibus molestantibus racione inpignoracionis terre ubique ipsum Venchezlaum tenentur defensare et in eadem terra tenere et tueri, datum in quindenis beati Mychaelis Archangeli. Anno domini. M° CCC° X° septimo.

A vasvári káptalannak, Poghi Vinchlófi Kelemen kérésére kiállított 1328-ki átiratából, melynek eredetije a N. Muzeumban.

398.

1317. körül, Komárom alatt, oct. 28. I. Károly király Kállai Mihály fiainak birtokait visszaadja s Dózsa főispánnak meghagyja, hogy őket pártfogása alá vegye.

Karolus dei gracia Rex hungarie fideli suo magistro dousa comiti Bihoriensi et de Zaboch salutem et graciam. Cum nos consideratis fidelitatibus St. et fratrum suorum filiorum Michaelis fidelium nostrorum iuxta iudicium tuum nobis in litteris tuis destinatis (így) et per consequens Barronum nostrorum possessiones ipsorum reddiderimus et restituerimus pleno iure possidendas et tue eosdem vice nostre persone commise-

rimus proteccioni fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus predictum St. et fratres suos in tuam recipias proteccionem specialem et ipsos in eisdem contra omnes debeas conseruare nostra auctoritate mediante, omnia Jura possessionum eorumdem ex integro eisdem .... aministrari faciendo. Datum sub Cumarum in festo sanctorum Simonis et Jude apostolorum.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Csontosi J.

399.

1317. Komárom-vár alatt, nov. 1. I. Károly király Pánki Jakab fiait Ung vármegye ispánjainak bíráskodása alól kiveszi.

Karolus dei gracia Rex Hungarie, fidelibus suis Comitibus de vng pro tempore constitutis salutem et graciam. Cum nos Dobwm et Johannem filios Jacobi Comiti (így) de Pank, dilectos et fideles nostros, Consideratis fidelitatibus et fidelium seruiciorum eorumdem meritis, a iudicio, iudicatui, et iurisdiccione Comitum de vng pro tempore constitutorum duxerimus eximendos, volumus, et fidelitati vestre firmiter et districte precipiendo mandamus, quatenus predictos magistros Dobow et Johannem et pertinentes ad ipsos contra quemlibet uel quoslibet in nullis causarum articulis motis uel mouendis Judicare aut Judicio vestro astare conpellere contra hanc graciam per nos factam nullatenus presumatis. Sed si qui aliquid accionis contra ipsos habuerint in nostri presencia exequatur speciali, et nos ex parte ipsorum omnibus querelantibus satis iusticie faciemus conplementum. datum sub Castro Kamarun in festo Omnium sanctorum anno domini M⁰ CCC⁰ decimo septimo.

Hátlapján kerek pecsét töredékével; eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. N. R. 71. 19. Közli: Nagy Gyula.

---

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 458 von 696

400.

1317. Komárom, nov. 3. I. Károly király az Egyed fia Bede által elfoglalt sárói Bars vármegyei birtokot Farkas fiának Jakabnak visszaadatni rendeli.

Nos Karolus dei gracia Rex Hungarie, significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Jacobus filius farkasij, Seruiens magistri Deseu, filij Rolandi, palatini, ad nostram accedens presenciam nobis significare curauit, quod Bede filius Egidy cum potencia Mathei de Trenchen, infidelis nostri quandam possessionem suam empticiam, Sarou vocatam in Comitatu de Boors iuxta Garan existentem, indebite occupasset et vsque modo detinuisset occupatam, petens et supplicans nobis cum instancia, vt dictam possessionem suam sibi reddere et restituere dignaremur. Nos autem qui ex suscepti regiminis nostri officio vnumquemque in suo iure conseruare debemus, considerantes nichilominus fidelitates et fidelium seruiciorum merita, eiusdem magistri Deseu domini sui que nobis cum summe fidelitatis ardore fortune casibus se pro nobis submittendo, exhibuit et impendit, predictam possessionem ipsius Jacobi ab eodem Bede auferendo, cum suis utilitatibus et pertinencijs vniuersis eidem Jacobo reddidimus et restituimus pleno iure possidendam et habendam, sine preiudicio iuris alieni, promittentes eidem, quod cum presentes nobis reportauerit, nostrum priuilegium eidem concedemus. Datum in Camarun tercio die festi Omnium sanctorum. anno Domini M° CCC° XVII°.

Hátlapján pecsét maradványaival ; eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 258. 14. Közli : Kovács N.

401.

1317. nov. 3. I. Károly király, a palocsai erősséget Lengyelország szélén Apuliai Fülöpnek adományozza.

(C)Arolus dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie, Rame Seruie, Gallicie Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex.

Omnibus Xpi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in Omnium saluatore. Gloria et honore coronatis in terra principibus ad hoc Rex Regum sceptrigere potestatis insignia distribuit, vt ipsi terrarum principes, et gencium domini ductis circiter oculorum conspectibus sibi subditis presint vliliter, et non personarum acceptacione ducti sed racione obsequiorum docti, dona contemperent iuxta qualitatem meritorum. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire; Quod cum vir nobilis magister philippus oriundus de Apulya comes de Scepus et de wyuar fideles et acceptos impendisset famulatus, et ex conspicuis suis actibus meruisset multipliciter nobis et Regie corone complacere, diuersis clarens meritorum virtutibus, que longum esset propter sui multitudinem suo modo per singula enarrare, aliqua tamen de seruicijs eius, et operibus fidelitatis ad memoriam futurorum et informacionem ceterorum presentibus iussimus annotari; primum siquidem quod de terra et cognacione sua egressus postergatis vniuersis substancijs et hereditatibus paternis, nobis in Regnum Hungarie, iure geniture nobis debitum in etate nostra tenera intro euntibus, pene etatis nostre annos habens, nobis adherere studuit, et usque in viriles annos nobiscum in aduersis et prosperis multorum temporum labores subportauit et pertulit. Tandem tronum Regalem Deo propicio nobis conscendentibus inexpugnabili clipeo fidelitatis vndique protectus, excusso omni metu nostrorum infidelium se et sua intrepide opponendo, cuncta negocia nostre potencie intime fidelitatis affectu promouit, prout euidencia suorum laudabilium gestorum luculenter demonstrauit, in eo videlicet, quod cum de iniuria nostre maiestati per nostros infideles in detencione Castri nostri de Sarus illata vindictam sumere volentes ipsum Castrum obsedissemus, et expugnari faceremus, idem magister phylippus, zelo fidelitatis accensus, sub eodem Castro viriliter nobis cernentibus dimicando duobus letalibus uulneribus extitit sauciatus. Rursum in alia expedicione nostra, quam ex causis necessarijs pro reformacione boni status Regni et recuperacione bonorum Regalium per Matheum dictum de Trenchen occupatorum, contra eundem infidelem nostrum, tanquam zyzaniarum et guerrarum suscitatorem, no-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 460 von 696

stre maiestati publice rebellantem habuimus, ipse magister phylippus, veluti militaribus actibus eruditus fidelis desidery propositum operis efficacia adimplere desiderans, et morti vitam minime preferens in aduersas irruit acies, vbi nobis et alijs cernentibus, quam plurimos ense cruento de parte prostrauit aduersa. Ceterum cum idem Matheus contra nostros fideles exercitum mouisset, et in partibus Regni nostri circa scepus, vastus et spolia committere nitteretur, dictus magister phylippus huiusmodi insolencias ipsius Mathei non ferens, nec eius Tyranidis rabiem expauescens, se sibi opposuit, et de eo licet cum maxima cede suorum famulorum triumphum laudabilem reportauit. Nos igitur qui ex debito Regie nobilitatis, que in beneficys fidelibus suis largiendis continue increscere debet, et singulorum nobis obsequencium merita diligenter pensare, et pensata digne retribucionis premio confouere debemus, volentes tantis, et tam meritorys seruicys dicti magistri philippi Regie gracie occurrere donativa, vt magnos labores copiosa merces reficiat, et restauret, quandam possessionem nostram polocha nominatam in confinio polonie existentem, cum castro lapideo similiter poloucha uocato, quam quidem terram seu possessionem, quondam Rex Andreas predecessor noster in concambium seu permutacionem terre suap uocate in comitatu Zypisiensi existentis, a comite Arnoldo filio detrici et filys suis habuerat, et tandem nos ipsam permutacionem ratificantes et approbantes ab eisdem simili modo recepimus, cum omnibus attinencys prouentibus seu redditibus ac vtilitatibus eiusdem possessionis et castri vniuersis, alysque Juribus suis quocumque nomine censeantur, in metis antiquis, terminis et limitacionibus in quibus antea habita extitit et possessa eidem magistro phylippo, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus, dedimus donauimus et contulimus Jure perpetuo possidendam, tenendam et habendam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellary et archydiaconi Kukulliensis dilecti et fidelis nostri. Anno domini CCC° decimo Septimo III° nonas Novembris, Regni autem nostri

anno similiter decimo septimo. Venerabilibus in Xpo patribus, Thoma Strigoniensis locique eiusdem Comite perpetuo, et Ladislao Colocensis aule nostre cancellario ecclesiarum archiepiscopis. Emeryco Varadiensis, Johanne Nitriensis, Augustino Zagrabiensis, Stephano Wesprimiensis. Benedicto Transiluano, Martino Agriensis, Ladyzlao Quinqueecclesiensis, Nicolao Jauriensis, et Georgio Syrmiensis ecclesiarum episcopis existentibus, et ecclesias dei feliciter gubernantibus. Demetrio magistro Tauarnicorum nostrorum, Dominico palatino, Petro filio Compoldi magistro Tauarnicorum domine Regine karissime consortis nostre. Lamperto Judice Curie nostre et Comite Chanadiensi, et alys quampluribus Comitatus Regni nostri tenentibus et honores.

I. Károly király 1327-ki átiratából; ennek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 903. 1. Közli: Kovács N.

402.

1317. nov. 24. A pécsi káptalan elött Szent-Jánosi Apa fiai keresztúri birtokukat Supruny Lörincz fiának Miklósnak ajándékozzák.

(C) apitulum ecclesie Quinqueecclesiensis vniuersis xpi fidelibus presencium continenciam inspecturis, salutem in salutis Largitore. Discretorum providencia legitimos actus hominum litterarum testimonio confirmare et perscripta in memoriam reducere posterorum consueuit. Ne contingat lapsu temporum obliuione uel calumpnia indebite retractari, proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod Thoma et Jacobo filys Apa de sancto Johanne pro se et Nicolao fratre ipsorum vt dixerunt ab una parte, et Johanne filio olyuery seruiente magistri Nicolai filij Laurencij dicti Supruny pro eodem domino suo comparente ex altera, in nostri presencia personaliter constitutis ydem fily Apa retulerunt. Quod quia predictus magister Nicolaus ipsis in omnibus eorum necessitatibus, consilium, auxilium, et fauorem tam propria in persona, quam in rebus contra omnes eorum adversarios impendisset, eosdem

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 462 von 696

a mortis periculo protegendo, et quia eciam in futurum sperant auxilio, consilio et fauore, eiusdem magistri Nicolai, se iuuari, Quandam terram ipsorum vt dixerunt hereditariam terram videlicet sancte Crucis siue Kerezthwr nominatam in achana siue a parte achana iuxta fluuium Lasancha existentem, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs vniuersis sub hysdem metis signis siue terminis sub quibus predictus Apa pater ipsorum mediantibus nostris litteris iusto Tytulo dignoscitur possedisse, eandem, tenuisse et habuisse, sunt confessi eidem magistro Nicolao et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus contulisse, perpetuo possidendam, tenendam et habendam. Tali modo quod si lapsu temporum ydem fily Apa ipsius terre collacionem reuocare niterentur aut aliquas litteras contra eundem magistrum Nicolaum super facto ipsius terre exhiberent notam calumpnie incurrerent eo facto et omnes litteras, quas contra ipsum magistrum Nicolaum super facto ipsius terre emanatas reseruarent reliquerunt friuolas et inanes ac viribus carituras vbicunque exhiberentur, assumpserunt insuper quod si qui fratrum suorum uel cognatorum racione predicte possessionis accionem aliqualem mouere attemptaret contra eundem magistrum Nicolaum proprijs ipsorum laboribus et expensis eundem expedirent. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes nostras litteras priuilegiales eidem magistro Nicolao ad peticionem predictorum filiorum Apa concessimus maioris sigilli nostri appensione et munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Endre Lectoris ecclesie nostre. Octauo Kalendas mensis Decembris anno Domini M° CCC° Decimo septimo. Discretis viris Egidio preposito, Nicolao Cantore. Laurencio Custode, et magistro Petres decano ecclesie nostre Existentibus.

Az ép pecsét zöld és vörös színűselyem sodraton függ ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1506. 10. Közli : Kovács N.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 463 von 696

403.

1317. Temesvár, dec. 20. I. Károly király a Garai István fiai között fönforgott viszálkodást kiegyenlíti.

Nos karolus dei gracia Rex Hungarie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod cum inter magistrum Paulum dictum Kozol, et Johannem dictum Butus filios magistri Stephani de Gara, super facto possessionum et aliarum causarum articulis disscensionis et controuersionis materia fuisset suscitata, tandem ipsos in nostri presencia speciali constitutos, volentes inter eos fraternalis dileccionis vnionem habere et seruari taliter duximus pacificandos quod idem magister Paulus vniuersas offensas et iniurias, sibi per Johannem fratrem suum illatas, in quibus eundem ordine iudiciario in presencia Judicis Curie nostre pene conuicerat, ad nostram peticionem relaxauit et remisit, predictus autem magister Johannes, Jurans ad manus nostras, assumpsit vt de cetero, contra eundem magistrum Paulum, et magistrum Andream fratrem eorum nullius aduersitatis seu controversie mouebit quescionem sed cum eisdem in tranquilitate pacis et fraternalis dileccionis vnione permanebit. Obligans se quod quandocunque huiusmodi nostre ordinacionis federa violauerit, et contra eosdem indebite processerit, et super hoc nobis veritas constiterit, eundem conpede salicea habeamus incipandi potestatem. Si autem ydem magistri Paulus et Andreas, prefato magistro Johanni debitum fraternitatis non obseruarent. uel ipsum indebite molestarent, uel in suis Juribus perturbarent, nos ipsi magistro Johanni ex parte eorumdem, scita huius rei veritate, omnimode iusticie complementum faciemus. Datum in Temuswar, in vigilia beati Thome apostoli. Anno domini Millesimo CCC° decimo septimo.

I. Károly királynak 1329-ki átiratából, melynek eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. N. R. 1506. 11. Közli: Nagy Gyula.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 464 von 696

404.

1317. Domokos újvári főesperes és az egri püspök helyettese előtt Bogomér özvegye unokáinak egy szolgát ajándékoz.

Nos magister dominicus, archidiaconus Noui castri, vice iudex venerabilis patris M. dei gracia Episcopi Agriensis tenore presencium quibus expedit declaramus vniuersis memorie commendantes, quod nobilis domina mater Scerephel de Ruska relicta videlicet Bogomer de eadem, coram nobis personaliter constituta proposuit viuauoce, quod quendam seruum suum Johannem nomine hereditarium ab ancilla secum in matrimonio traducta generatum ob dileccione Margarethe et Helyzabeth neptim (így) suarum filiarum scilicet dicti Serephel dedisset et donasset ipsis neptibus suis iure perpetuo pacifice possidendum et habendum a nemine proximorum et consanguineorum suorum processu temporis, ab ipsis nepotibus suis aliqualiter repetendum. In cuius rei testimonium ad instanciam eiusdem domine presentes contulimus literas nostras nostro sigillo sigillatas. datum anno domini M° CCC° XVII°

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Máriássy cs. lvtban, »Ide gen okmányok.« 183.

405.

1318. Nehe, jan. 18. Kilián gömöri főesperes előtt a nehei, szentkirályi, lóczi és hamvai nemesek a szent-királyi plebánia jogainak sérelme nélkül, egy kápolna föléptíhetése iránt kiegyeznek.

Nos magister kylianus administrator Archidyaconatus Gumuriensis, significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem. Quod cum personaliter ad nostram accedentes presenciam, nobiles uiri de comitatu Gumuriensi. videlicet Laurencius filius Cosme vna cum filijs suis, Nycolao et Andrea, Petrus et Egydius fily Nycolai, fily Pascha, Pous, Laurencius et Zeuke filij yobus, Stephanus filius Stephani di-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 465 von 696

ctus Chepe. Johannes plebanus de Porozlo, pro quo Mychael et Nycolaus, fily Guecheˉ, fratres eiusdem astiterunt. Paulus filius pauli . . . . . es de Nehe, exibuerunt coram nobis litteras venerabilis patris domini Thome miseracione diuina archiepiscopi Strigoniensis, eiusdemque loci comitis . . . . . bus continebatur, quod nos statim visis presentibus, cum eisdem nobilibus accederemus in quandam comunem (igy) possessionem eorumdem, nomine . . . . . fluuium Pogon locatam et eisdem oratorium in cuius nomine ipsi comuniter eligerent assignarem, et auctoritate . . . . . dicti arch . . . . . presentibus d. . . . . isis et perlectis, vt debebam . . . . . orum uilla . . . . . aliter cum socijs nostris . . . . cet Johanne de . . . . . ice archidiacono nostro . . . . . de Cholto officiale nostro in decimis exigendis. Johanne de sancto Elena. Benedicto . . . capella laur . . . . . sacerdotibus accessissem et eis . . . . . ellam assignare et consecrare cum eisdem socys nostris voluissem. Extunc Zays sacerdos de sancto Rege . . . . . atronis suis Nobilibus ad Ecclesiam sancti Regis pertinentibus, videlicet ladyzlao et Guerolth filys Marci. Nycolao filio Moys . . . . . Renoldo filio Symonis nobilibus de sancto Rege, Nycolao, ladyzlao, Johanne, petro et Gregorio filys abe, Johanne filio Johannis, Johanne et Laurencio filys deseu. Nobilibus de honoa Ladyzlao, Aba, Nycolao et paulo filys petri, Petro et dominico filys herch nobilibus de louch, ab altera parte ad nostram cum prescriptis nobilibus accedens presenciam exibuit litteras eiusdem domini Archiepiscopi, quarum tenor talis erat, quod ipsam capellam vel oratorium in preiudicium Ecclesie sancti Regis in plebesania eiusdem ecclesie non consecrarem. quibus diligenter peruisis et perlectis coram predictis socys nostris vt debebam cessare uoluissem. Extunc pari uoluntate et comuni consensu, cum predicto Zays sacerdote, et predictis nobilibus pactum talem inter se ordinauerunt, coram nobis et predictis socys nostris. Obligantes se mediantibus litteris nostris, vt non in preiudicium Ecclesie sancti Regis, Ipsum Oratorium Erigerent, sed propter inpaccatum tempus et discrimina regni, vt se ipsos cum liberis eorumdem et suos pauperes in predicto oratorio cum suis rebus conseruare possent erigerent. Ita tamen quod omnia Jura ab anti-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 466 von 696

quo consueta, tam in cubulis quam in denarijs et alijs prouentibus sint in tota ipsa plebesania dare Ecclesie sancti Regis constituta sacerdoti sine aliquo obstaculo perpetuis temporibus dare tenebuntur Item ..... Ecclesie sancti Regis pro se vicarium conseruare possit qui in predicta capella diuina officia ministrare possit continue. predicti nobiles: Primo et prin(cip)aliter. Comes laurencius filius Cosme vna cum predictis filijs suis taliter se fide deo debita obligauerunt, quod terragium de populis ipsorum in uilla ipsorum ..... Pogon locata, circa eandem capellam, et decimas frugum de aratro eorumdem cum minutis decimis predicte ecclesie sancti regis perpetu ..... buntur. Ita tamen quod domino Archiepiscopo pro predictis decimis, suis proprijs facultatibus et rebus omnibus annis soluere tenebuntur et debe ..... arte sua eedem sancti regis accomodauerunt Item Petrus et Egydius cum omnibus nobilibus ante prescriptis, de bona terra viginti Jugera ee.....et predicte capelle communiter ase ipsis ordinando dederunt, et unam sessionem pro predicto sacerdote, uel si quem idem sacerdos in eadem conseruare uol ..... erunt vbi eisdem honescior locus esse uideretur, et decimas ipsorum de aratro eorumdem cum (minutis) eedem Ecclesie sancti regis et capelle ..... se obligata perpetuis temporibus duraturam id dare assumpserunt, et domino archiepiscopo cum proprijs rebus et facultatibus persoluere tenebu(ntur) ..... (eo)rumdem nobilium obligacionem, et predicti Zays sacerdotis cum prescriptis nobilibus consensum ..... videntes et perspicientes, quod nullus ..... dictor existeret, eisdem nobilibus oratorium et capellam en (így) honore omnium sanctorum assignauimus et consecrauimus, auctoritate nobis commissa et concessa. In cuius rei testimonium litteras nostras pendenti sigillo nostro concessimus munimine roboratas (így). Datum in Nehe feria quarta ante festum fabiani et sebastiani. Anno Domini M° CCC° XVIII.

Zöld selyem zsinóron függött pecsétje elveszett; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Nagy Gyula.

406.

1318. jan. 20. A köi káptalan előtt Zakai László Halag birtok eladása ellen tiltakozik.

Nos Capitulum ecclesie de kw damus pro memoria Quod magister Ladizlaus filius Ladizlai de Zaca, coram nobis personaliter constitutus Johannem filium Andree fratris sui, prohibuit et inhibuit a wendicione Possessionis Halag vocate, et quoslibet ab empcione similiter inhibendo, Talem pretendens racionem, quod ipsa possessio Halag sibi scilicet Ladizlao memorato in diuisione sortita extitisset. Datum in Quindenis epiphaniarum domini anno eiusdem M° CCC° decimo Octauo.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. N. R. 1506. 12. Közli: Nagy Gyula.

407.

1318. jan. 22. A leleszi convent bizonyítja, hogy Jób fiait Bodolóföld birtokába beiktatta.

Nos Stephanus prepositus et Conuentus monastery sancte Crucis de lelez. Tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod litteras magistri lamperti Judicis Curie domini Karoli Regis Hungarie recepimus in hec verba. Religiosis viris et honestis amicis suis karissimis Conuentui de lelez, magister lampertus Judex Curie domini Regis et Comes Chanadyensis amiciciam paratam cum honore. Cum dominicus, Nicolaus et Mychael filij Job, quandam possessionem suam Bodoloufeulde vocatam in Comitatu abavyuar iuxta fluuium Zuna existentem, aladaro et Johanne filys Areus ordine Judiciario coram nobis reinquisierint, amiciciam discrecionis vestre petimus diligenter, quatenus visis presentibus detis hominem vestrum pro testimonio fidedignum coram quo magister Johannes filius Georgy de Sumus homo domini Regis predictos filios Job introducat in possessionem prefatam, statuens ipsam eis-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 468 von 696

dem filijs Job perpetuo possidendam, contradictoribus quibuslibet non obstantibus. Datum in Temuswar decimo die octauarum beati Andree apostoli. Anno domini M° CCC° X° VII°. Nos igitur peticionibus ipsius magistri lamperti Judicis Curie domini Regis satisfacere uolentes, vt tenemur, cum prefato Johanne homine dicti Regis discretum virum dominum Benedictum plebanum de uilla nostra Kapus pro testimonio transmisimus ad premissa exequenda. Qui quidem prefatus homo domini Regis et idem nostrum testimonium tandem ex inde ad nos redientes, nobis viua uoce retulerunt, quod ipsi quarta feria proxima post octauas Epiphanie domini ad faciem prefate possessionis Bodoloufeulde accessissent. Et eandem presentibus vicinis et commetaneis suis vniuersis prefatis filys Job statuissent perpetuo possidendam, nemine contradictore apparente. Datum in festo sancti vincency martiris. Anno domini M° CCC° decimo VIII°.

Eredetije a Csicsery cs. lban.

408.

1318. febr. 2. A szepesi káptalan elött Benedek fiai Gömör vármegyében az Erdöháton fekvö birtokaikon megosztoznak.

Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus omnibus xpi fidelibus presentibus ac futuris quibus presentes ostenduntur salutem in omnium salutis largitore. Quum que aguntur in tempore vacillant facile nisi presidio litterarum et fidelium testium amminiculo in statum solidum redigantur, proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire Quod magister dominicus, Nicolaus, Ladislaus et petrus fratres eiusdem, filij quondam Benedicti de districtu Gumuriensi coram nobis constituti confessi sunt se in ipsorum possessionibus in Erdeuhat existentibus talem inter se fecisse diuisionem, Quod ville Plusuch et Ordou, Lekune et pascahaza, Thoplota et Tornoua vezueres et sebuspopotak nuncupate et Castrum Kuy et villa eodem nomine nuncupata, Item ville Vygne et Nandras Torpholua et dursk Lybice vocate, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs cesserunt magistro dominico et Nicolao fratri eius-

dem prenotatis, Item media pars ville Chytnuk cum media parte omnium vtilitatum eiusdem, et ville Sumkut, Gochok et Rester et villa Guchulpholua et Marcelusphola cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs cesserunt Ladizlao prenotato, Item alia pars eiusdem ville Chutnuk cum media parte omnium vtilitatum eiusdem et ville Rososna Sceduries et Gunch Ohtina et Rezemch nuncupate, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs vniuersis cesserunt in porcionem petri prenotati, ab ipsis omnibus et ipsorum heredibus et successoribus predicte porciones Jure perpetuo et irreuocabiliter pacifice possidende, Item obligarunt se predicti fratres, Quod si Johannes frater ipsorum a captiuitate Mathei de Trinchinio liberatus in corporis sospitate ad ipsos posset remeare, extunc quiuis ipsorum secundum quantitatem sue porcionis eidem Johanni quintam porcionem suam quam idem habere deberet in predictis possessionibus racione patrimoni dare et complere teneretur, preterea ydem fratres hoc eciam adiecerunt, Quod si prefatus petrus frater ipsorum in sua possessione per ladislaum fratrem suum inquietaretur, tunc idem petrus liberam haberet facultatem assumpmendi ex suis fratribus quemcunque vellet sibi pro tutore. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad peticionem predictorum nostrum concessimus priuilegium nostri pendentis sigilli munimine robaratum. Datum in purificacione virginis gloriose Anno domini M° CCC° decimo octauo.

Sárga selyem sodraton függő pecséttel s fönt metszett betükkel eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. 1534. 26. Közli: Kovács N.

409.

1318. febr. 5. A nagyváradi káptalan előtt a Huntpázmán nemzetségből való Bánky Lökös utódja János, Székel, Juha és Fiad birtokokat egyik nörokonának s férjének Csépánnak birtokába bocsátja.

Capitulum ecclesie waradiensis Omnibus christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire, quod Johanne filio Pauli

filij Lukus de Banky de genere huntpazman ab una parte et Chepano filio Chepani pro se Laurencio filio suo et Isalch filia sua ab altera, coram nobis personaliter constitutis dictum et relatum extitit per eosdem quod Johannes pro dote et rebus parafernalibus nobilis domine relicte petri filij eiusdem Lukus ac pro quarta filie eiusdem petri uxoris scilicet dicti Chepani porcionem suam in possessione Zekul uocata, scilicet rectam dimidietatem ipsum specialiter contingentem ac possessiones Juha et Fyod uocatas pertinentes ad eandem ipsi comiti chepano et per eum suis heredibus ac successoribus vniuersis cum omnibus vtilitatibus ac pertinencijs earundem perpetuo et irreuocabiliter possidendas tenendas pariter et habendas dedisse donasse et contulisse est confessus. Et quia predicte possessiones dotem et res parafernales ac quartam predictas multo amplius transcendebant sicut dicunt ideo dictus comes Chepanus in reconpensacionem possessionum predictarum quinquaginta marcas dedisse ipsi Johanni et idem Johannes accepisse sunt confessi. Sine preiudicio iuris ecclesie nostre et omnium aliorum assumpmendo idem Johannes ab omnibus racione predictarum possessionum molestare uolentibus ipsum Chepanum et successores eiusdem expedire laboribus suis proprijs et expensis. In cuius rei memoriam perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum dominico die post festum purificacionis beate virginis. Anno domini Millesimo CCC° decimo octauo, domino chanadino preposito, Johanne lectore Jacobo cantore et Jacobo custode magistris existentibus.

Függő pecsét nyomaival ; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli : Csontosi J.

410.

1318. Temesvár, febr. 19. I. Károly király az Irineus hütlen utódjainak Szatmár vármegyei Mérk birtokát Bereczk fiának Jánosnak adományozza.

Nos Karolus dei gracia Rex Hungarie. Significamus quibus expedit tenore presencium vniuersis, quod nos consi-

deratis fidelitatibus fideliumque seruiciorum meritis magistri Johannis filij Briccij quibus multociens, in omnibus Regni nostri expedicionibus nostre Regie maiestati studuit complacere, volentes suis meritorijs seruicijs aliqualiter occurrere Regio cum fauore, quandam possessionem seu terram Merk vocatam in Comitatu Zothmariensi existentem, terram uidelicet filiorum Stephani filij Irinei infidelium nostrorum pro ipsorum infidelitatibus ab ipsis auferentes, et pro dampnis eiusdem magistri Johannis filij Briccij que ydem filij Stephani per spolia destrucciones vastus et conbusciones ac interempciones plurimorum seruientum et iobagionum suorum eidem illatis (így), cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis vniuersis sub eisdem metis et terminis, quibus per eosdem filios Stephani habita est et possessa, eidem magistro Johanni dedimus donauimus et contulimus, Jure perpetuo possidendam, sine preiudicio Juris alieni, et cum presentes nobis fuerint reportate super ipsa donacione eidem magistro Johanni nostrum priuilegium concederemus. Datum in Themeswar in dominica Circumdederunt. Anno domini M° CCC° X° VIII°.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 872. 4. Közli: Nagy Gyula.

411.

1318. Temesvár, febr. 19. I. Károly király a Szabolcs vármegyei Szölös birtokot Kállai Egyed fiainak adományozza.

Nos karolus dei gracia Rex hungarie significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod nos consideratis fidelitatibus fideliumque seruiciorum meritis Symonis et Iwan magistrorum filiorum Egidy de kallou quibus in diuersis Regni nostri expedicionibus multociens nobis studuerunt complacere volentes ipsorum fidelitatibus et seruicys aliqualiter occurrere Regio cum fauore quandam terram Zeuleus vocatam possessioni ipsorum Tura vocate commetaneam in Comitatu de Zoboulch existentem terram hominum sine herede decedencium, eisdem Symoni et Iwan magistris dedimus donauimus et contulimus cum omnibus vtilitatibus et

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 472 von 696

pertinencijs suis vniuersis sub eisdem metis et terminis quibus olym habita est et possessa jure perpetuo possidendam tenendam et habendam sine preiudicio juris alieni et cum presentes nobis fuerint reportate nostrum eisdem Symoni et Iwan priuilegium super ipsa donacione concedemus (így) datum in Themeswar in dominica circumdederunt Anno domini M° CCC° XVIII°.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Csontosi J.

412.

1318. mart. 9. I. Károly király a Györ vármegyei Buchság birtokot a Heder nemzetségből származó Dezsönek Világosvár és Kapuvár várnagyának adományozza.

Karolus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex. Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris, presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Illis digne Regia Celsitudo, sue munificencie dexteram porrigit adiutricem quos obsequiorum numerositas, et devocionis ac fidei sinceritas propensius recommendant. Dum enim illis prouidet, dum donis benigne liberalitatis eos fouet, sui honoris fastigia prudenter extollit et sublimat. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie literarum volumus peruenire. Quod (nobilis vir) magister Deseu, filius Dionisy de genere Hedruh, Castellanus de Wy . . swar et de Kopu dilectus et fidelis noster, ad nostram accedens presenciam et sue fidelitatis seruicia, nostre maiestati impensa proponens, et declarans, quamdam possessionem Buchsaag vocatam vduornicorum nostrorum, in Comitatu Jauriensi existentem, asserens eam esse de Jure nostre collacioni pertinere, pro suis fidelibus seruicys a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulauit. Nos igitur qui ex debito nobilitatis Regie, que in beneficijs fidelibus suis largiendis, continue increscere debet, singulorum nobis fideliter obsequencium merita, diligenter pensare, et pensata digna retribucione confouere debemus, Consideratis fidelitatibus et fide-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 473 von 696

lium seruiciorum meritis, eiusdem magistri Deseu, que nobis cum constancia sumpme fidelitatis affectuose, in diuersis Regni nostri negocijs se fortune casibus exponendo, exhibuit et impendit, ac vniuersam substanciam suam post terga relinquens, nostre maiestati studuit adherere, propter quod vniuerse possessiones ipsius, per nostros infideles, hostili incursu sunt depopulate, et rebus omnibus prorsus destitute, fratresque eius et proximi, sine delectu sexus, grauibus persecucionibus et innumeris Iniurijs sunt attriti, in aliqualem recompensacionem suorum meritorum, volentes suis votis et desiderijs Regio occurrere cum fauore, predictam possessionem Buchsag, vbi vinidatores nostri residere dicuntur eo Jure quo nostre collacioni pertinere dinoscitur, sub eisdem metis et terminis, quibus ab antiquo extitit limitata, omnibus cum suis vtilitatibus et pertinencys vniuersis, ipsi magistro deseu, et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus, dedimus donauimus et contulimus, perpetuo pacifice et quiete possidendam tenendam et habendam sine preiudicio Juris alieni. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis Sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis Ecclesie prepositi aule nostre Vicecancellary et Archidiaconi de Kukulleu dilecti et fidelis nostri. Anno domini M° CCC° decimo octauo, VII°. Idus Marcy. Regni autem nostri Anno similiter decimo octauo.

I. Károly királynak 1323-ki átiratából; ennek eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. N. R. 939. 1. Közli: Kovács N.

413.

1318. Temesvár, mart. 21. I. Károly király az Omode fiainak Zemplén vármegyei Géres, Kis-Semjén, Károl és Ricse nevü birtokait Pánki Jakab fiainak adományozza.

Nos Karolus dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis Quod cum Johannes Ladizlaus et Omodeus fily quondam Omodei palatini a uia fidelitatis nobis et Sacre

Regie corone obseruanda diuertendo inflati spiritu superbie non attendentes quod qui naturali domino moliuntur diuinis disposicionibus manifeste uidentur obuiare associata Sibi infidelium nostrorum caterua Dampnabili presumpcione in iniuriam nostri Regiminis et preiudicium regalis dignitatis contra nostram maiestatem et nostros fideles insurgendo diuersus (így) processus et aduersos committere, nostrisque fidelibus dampna nocumenta illaciones wlnerum interfecciones hominum et alias iniurias quam plurimas non formidaruut. Nos nolentes huiusmodi offensas et infidelitates ipsorum inpunitas pertransire, ne ceteri ab ipsis exemplati ad similia se inuoluere presumpmant, quasdam possessiones ipsius (így) in Comitatu Zemlynio existentes Gerus et kyssymien Karul et Ryuche [1]) vocatas ab ipsis tanquam ab infidelibus nostris et malemeritis auferendo et magistris Dobou et Johanni filys comitis Jacobi de Pank tanquam fidelibus et benemeritis cum omnibus earum vtilitatibus et pertinencys suis vniuersis sub eisdem metis et terminibus (így) quibus per predictos filios Omodei et per alios antiquos possessores eedem possessiones habite extiterunt et possesse eo iure quo nostre collacioni pertinere dinosscitur (így) consideratis fidelitatibus et fidelium seruiciorum meritis eorumdem, dedimus donauimus et contulimus iure perpetue pacifice et quiete perpetuo possidendas tenendas et habendas, assumpmentes eisdem ut quam cito tam per eos quam eorum heredes aut proximos presentes nobis fuerint reportate seu eciam exhibite ad maiorem conseruacionem sui Juris nostrum quidem priuilegium concederemus, datum in Themeswar feria tercia proxima post dominicam Reminisscere, anno domini M° CCC° decimo octauo.

Hátlapján pecsét maradványaival ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 1728. 10. Közli : Nagy Gyula.

---

[1]) E két utóbbi név vékonyabb írással pótlólag van a szövegbe szúrva.

414.

1318. Oros, mart. 22. Dózsa több vármegyék főispánja, Mihály fiának Péternek Csetnek fiai által való megöletését bizonyítja.

Nos magister dausa comes de Byhor et de Zobolch ac in quinque comitatibus per dominum regem iudex specialis deputatus damus pro memoria quod magister St. filius Mykaelis in congregacione nostra in comitatu de Zobolch feria quarta post dominicam Reminiscere consurgens protestatus est tali modo quod Petrum fratrem suum de domino suo rege in libera via procedentem Nycolaus et Johannes filij Chetnek occidissent, quod factum iudices iurati nobiles et alij comunes homines ipsum Petrum per ipsos esse occisum modo predicto affirmarunt per nos legitime inquisiti Datum in Wrus, in termino prenotato Anno domini M° CCC° XVIII°.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Csontosi J.

415.

1318. Oros, mart. 22. Dózsa főispán Kállai Mihály fiának bizonyos bírságot elenged.

Nos magister dausa damus pro memoria quod nos magistro Stephano filio mikaelis iudicijs quibus nobis contra petrum dictum Zunga et Symonem filium andree dicti vrdug teneretur omnino iuxta partem nostram relaxauimus, datum in wrus feria quarta post dominicam reminiscere.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Csontosi J.

416.

1318. Temesvár, mart. 23. Lampert országbíró Apród Istvánnak Felboksa nevü birtokba való beiktatása végett az egri káptalant megkeresi.

Viris discretis et honestis amicis suis Reuerendis, venerabili Capitulo ecclesie agriensis, magister Lampertus Judex

Curie domini Regis et Comes Chanadiensis amiciciam paratam et se totum cum honore. In litteris prepositi, et conuentus de Jazow per Stephanum dictum oproud exhibitis coram nobis comperimus contineri, quod cum feria tercia proxima post festum penthecostes cuius annus adhuc nondum est transactus vna cum Jacobo filio petri de Lanch homine domini nostri Regis prefatus prepositus et Conuentus de Jazow, ob preceptum et mandatum domini nostri Karoli regis Hungarie, super faciem cuiusdam terre dominici videlicet filij Cuch felBoxa vocate hominem ipsorum transmisissent fidedignum, coram quo prefatus Jacobus homo domini nostri Regis conuocando vicinos et commetaneos eiusdem terre taliter ab eisdem fuissent edocti, quod aliqui ex commetaneis et vicinis terre memorate dixissent, quod prefatus dominicus nisi vnam filiam haberet et sine filio decessisset, ac jobagio castri de Wywar Dominicus fuisset prenotatus, quibus auditis cum iuxta regiam donacionem predictam terram felBoxa vocatam, magistro Stephano prenotato statuere et assignare voluissent, Bartholomeus filius Chepani, Item Johannes Nicolaus et Bekus filij pethe vicini et commetanei terre prenominate in nullo contradixissent, ymo pacifice eidem magistro Stephano permisissent statuendam, quidam vero, Andreas nomine filius Johannis de Kynisy contradixisset a statucione dicte possessionis prefatum Jacobum prohibendo, suam esse affirmando hereditariam terram prenotatam, quem quidem Andream prefatus homo domini Regis sub testimonio predicti Conuentus ad quindenas dicte tercie ferie contra Stephanum Comitem prenotatum ad regiam citasset presenciam qui quidem magister Stephanus, exhibuit nobis duas litteras Judiciales in quibus comperimus contineri, quod a quindenis termini prenotati prefatus magister Stephanus secundum continenciam litterarum predicti Conuentus contra Andream prenotatum citatum legittime octo diebus continuis stetisset in termino coram nobis, qui non venisset nec aliquem pro se misisset, Item secundario in quindenis residencie exercitus domini regis, quem habuit contra Matheum, similiter secundum continenciam litterarum predicti Conuentus dictum Andream contra eundem magistrum Stephanum legitime citatum per negle-

ccionem termini comperimus in iudicio remansisse. Item nunc tercio idem Andreas iuxta formam litterarum vestre discrecionis contra eundem magistrum Stephanum ad octauas diei cynerum legitime citatus nunc proxime preteritas similiter non venit neque misit, Insuper exhibuit nobis idem magister Stephanus alias litteras vestre discrecionis in quibus vidimus contineri, quod sepedictus Andreas filius Johannis de kynyz pro se et Johanne suo filio in vestri presencia astando confessus extitisset tali modo, quod a statucione dicte possessionis felBoxa vocate de qua cum per regiam donacionem sepe dicto magistro Stephano quando statuere voluissent sub nomine suc hereditarie contradixisset nunc habita deliberacione pociori et consilio ductus saniori, eundem magistrum Stephanum, pro se et Johanne filio suo astando in dictam possessionem libere et sine contradiccione aliquali de bona et spontanea sua voluntate introire permisisset, vnde cum iuxta regni consuetudinem approbatam ab antiquo ita sit, quod si in aliqua terra seu possessione per regiam benignitatem alicui collata uel donata contradiccio uel prohibicio oriatur, et idem semel secundo et tercio huiuscemodi contradiccione legitime citatus regie maiestatis conspectui per legittimas citaciones factas se presentare non curet, extunc huiuscemodi collacio regalis et donacio difinitiua sentencia determinando solet perpetuari. Quo circa amiciciam vestram requirimus diligenter, quatenus vnacum Beke filio Thome homine domini nostri Regis vestrum detis hominem pro testimonio fide dignum, coram quo predictus homo domini nostri regis sepius dictum magistrum Stephanum tamquam verum possessorem in predictam introducat possessionem et statuat eidem iuris ordine obseruato. Ita tamen quod si prefati Andreas uel filij sui aut prenominati vicini et commetanei dicte possessionis, qui eundem magistrum Stephanum in dictam possessionem secundum continenciam litterarum sepedicti Conuentus introire permiserant ut supradictum extitit et nunc prohibicionem aliqualem facerent, non debeant prohiberi, et post hec tocius facti seriem domino nostro regi fideliter rescribatis ut eidem magistro Stephano litteras nostras priuilegiales, super ipso facto faciamus emanari, Datum in Themes wa (így) quinta feria pro-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 478 von 696

xima ante anunnciacionem beate Virginis Anno domini M° CCC° decimo octauo.

Zárlatán pecsét maradványaival ; eredetije a ez orsz. ltár kincst. oszt. N. R. 31. 32. Közli : Kovács N.

417.

1318. Sárospatak, apr. 2. A pataki plébános előtt Szőke és fiai a Ronyva vizén levő malmukat Zelluk fiainak elörökítik.

Nos Wytomerius plebanus de potok Significamus vniue r-sis quibus expedit presencium per tenorem memorie commendantes Quum labente tempore rem gestam celat obliuio ideo predecessorum prouidencia sua facta posteris reseruanda litterarum serie perpetuare curauerunt (így) proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod constituti coram nobis personaliter Zeuke unacum filijs suis Nicolao et dominico et Johanne ex unaparte, ab altera uero Stephanus et Emericus fily Zelluk idem Zeuke et sui fily iam dicti confessi sunt oraculo uiue uocis eorum molendinum eorum (így) in fluuio Ronua existentem eisdem Stephano et Emerico pro sedecim marcis et dimidia promta pecunia plene ab eisdem receptis cum suis vtilitatibus uidelicet terrys arabilibus cum tredecim iugeris ex permissione et donacione proximorum suorum nec non scientibus (így) proborum virorum infrascriptorum de Wyhel uidelicet Johannis fily Michaelis, Ladislai fily Waro Jacobo (így sat.) filio petri micaeli fily Joanca Laurencio fily micalis Emerico fily hugus Demetrio filio Gregori Andrea dicto Boc ogmano Nicolao filio Benedicti doc filio petri Emerici fily Supta absque ulla prohibicione uendidisse dedisse contulisse et donasse pro se heredibusque suorum iure perpetuo nullo contradicente inreuocabiliter possidendum tenendum et habendum obligantes se et suos successores Zeuke et sui fily prehabiti Stephanum Emericum et suos heredes racione premisse uendicionis ab omnibus molestatoribus seu inpeditoribus proprijs laboribus et expensis expedire. In cuius rei memoriam et firmitatem nostras litteras concessimus nostri sigilli muni-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 479 von 696

mine robaratas Datum in potok in dominica Letare Anno Domini M° CCC° decimo octauo.

Zöld és piros selyem sodraton függő pecsét maradványaival ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 15. 1. Közli: Kovács. N.

418.

1318. máj. 1. Pál somogyi ispán és bírótársai bizonyos patvarsági birság fejében Jób fiának Jánosnak inkei birtokrészét Iharosnak és Boksának odaitélik.

(Nos) magister Paulus comes Symigiensis et magister dapiferorum domini Regis, Gebech et fanch magistri, ac Zehanus, nec non petrus filius Twdocyk comites, quatuor Judices nobilium eiusdem Comitatus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis saluem in domino saluatore, Quod quia inter Iharus et Boxa magistros ab una parte, ex altera uero Johannem filium Joob de Inke super facto possessionis Demetry fily Booth proximi sui de eadem, causa diucius coram quibuslibet Regibus et Judicibus fuisset uentillata, prout in litteris parcium id uidimus contineri, tandem sabbato post festum beati Andree apostoli partes coram nobis personaliter comparendo litteras et Instrumenta iuxta continenciam litterarum priorum nostrarum su per facto terre seu possessionis memorate exhibere debebant coram nobis. Aduenіente ipso die partibus coram nobis comparentibus Instrumenta sua exhibuerunt coram nobis ut debebant. Primum quidem ipsi magistri Iharus et Boxa ut auttores exhibuerunt nobis litteras priuilegiales Mathei quondam palatini, cuius tenor talis est, Matheus (l. Máté nádornak 1278-ki oklevelét Árp. Uj Okmtár, XII. 555. sz. a.) quibus uisis perlectis et auditis idem Johannes super facto terre sepius nominate ibidem astans exhibuit nobis litteras Ladislai regis Ungarie felicissime recordacionis domini nostri patentes, cuius tenor talis est. Ladislaus (l. IV. László király 1276-ki oklevelét Árp. Uj Okmánytár, XII. 554. sz. a.) quas quidem litteras Regales ydem Iharus et Boxa magistri per predictum Johannem super facto terre sepius nominate contra ipsos ex-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 480 von 696

hibitas cassatas esse et inanes et uiribus penitus carituras mediantibus litteris conuentus Symigiensis asseruerunt reliquisse et super hoc ibidem astantes litteras Conuentus Symigiensis exhibuerunt. Cuius tenor talis est. Nos Conuentus (l. a somogyvári conventnek 1316-ki oklevelét föntebb 369. sz. a.) Cuius quidem littere predicti Conuentus tenore perlecto et circumspecto adiudicantes decreuimus, vt quia idem Johannes illud quod ligitime amiserat illicite requirebat et litteras cassatas sopitas et inanes exhibuit coram nobis calumpnie vicio inbutus deprimi debeat et remanere more Regni consueto per facies concremandus, qui quidem Johannes ne suis posteribus super remansione calumpnie oprobrium relinqueret et se concremandi sineret vt premissum est cum possessione sua in villa Inke ipsum contingenti suum caput et suorum oprobria redemit a nobis, cuius quidem possessionis pars tercia Iharus et Boxa magistris ut auctoribus legitime per nos est assignata more regni acprobato (így), duas uero partes nobis ut Judicibus rite prouenientes et assignatas ipsis magistris Iharus et Boxa quibus convenit et in uicinitate consistit in sex marcis denariorum banalium plene persolutis a nobis redimerunt, redemptasque predictis nobilibus et per eos suis heredimus (így) heredumque suorum successoribus uendidimus dedimus et contulimus jure perpetuo et irreuocabiliter possidere tenere pariter et habere, ut igitur huius uendicionis et empcionis ac redempcionis firmitatis robor seryes perpetue obtineat nec per quempiam in irritum possit reuocari uel per calumpnias attemptari presentes concessimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum in octauis beati Georgy martirys anno domini M° CCC° X. octauo.

Három függő pecsét maradványaival ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 402. 33. Közli : Kovács N.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 481 von 696

419.

1318. máj. 1. A nyitrai káptalan az István fiának Dávidnak és Egyed fiának Bedének ipolysági birtokán megtörtént határjárásról bizonyságlevelet ad.

Capitulum Ecclesie Nitriensis Omnibus xpi fidelibus presens scriptum inspecturis Salutem in Largitore salutis. ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam Harum (így) serie volumus peruenire Quod Dauid filius Stephani cum filys suis Stephano, Detrico Johanne de villa Saagh ab vna, Item B de filio Egidy de eadem Saagh parte ex altera personaliter coram nobis constituti, Dauid et fily sui antenominati retulerunt oraculo viue uocis quod terram et possessionem Ipsorum Saagh vocatam, a terra et possessione comitis Bede similiter Saagh vocate per veras metas infrascriptas provt predecessores eorum habuissent, taliter separassent. Prima meta Capitalis inciperetur in aqua Ipol a parte occidentis in loco vbi nauigio transiretur, inde curreret versus orientem ad vnum riuulum qui patak vocaretur, abinde currendo per eundem riuulum sursum deuenirent ad vnum pontem, per quem transiretur ad occasum Iuxta quem pontem transiliendo riuulum antedictum ascenderet per ante per villam eiusdem Dauid, ad vnam terram que altalparlak vocaretur deinde ascendendo versus orientem deueniretur in metam lapideam que esset iuxta magnam viam, que de silua exiret, et dehinc per eandem viam ascenderetur ad duas metas terreas que exstant adextris, et a sinistris eiusdem vie, ab illis ascendendo in Homlolokw perueniret et de Homlolokw, scandendo in serteshyg finiretur ibidem preterea a parte meridiana cursus et distincciones metarum iam designatarum quidquid fore conspicitur, sicut predicti Dauid et fily sui pretacti retulerunt recepientes, pro se relinquissent, quidquid uero a parte septemtrionalis (így) esse cursus et distincciones prescriptarum metarum dinoscitur prescripto domino Bede relinquissent et statuissent exceptis quinquaginta quinque Jugeribus terrarum quam (így) Deodatus pres biter quondam Canonicus Ecclesie sancti Georgy,

Comiti Rugas aui (így) predicti Comitis Bede ante agonem mortis sue Jure hereditarie contulisset, que quinquaginta quinque iugera eciam assumpserunt Dauid et fily sui sepius nominati quod quandocunque Ipsi comiti Bede tempus oportunum esse uideretur ad statuendum absque contradiccione forent parati. In cuius rei memoriam et perpetue stabilitatis fulcimentum presentes literas concessimus sigilli nostri appensione communitas. Datum in octauis beati Georgy martiris Anno ab in carnacione domini M° CCC° XVIII.

A pecsét piros és zöld selyem sodraton függ s fönt metszett betük; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Colleg. Jes. Neosol. 3. 2. Közli: Kovács N.

420.

1318. Oros, máj. 1. Simon Szabolcs vármegye ispánja és bírótársai bizonyítják, hogy Karászi Miklós Kállai Mihálynak bizonyos bírságot meg nem fizetett.

Nos magister Symon comes Zabolchiensis nec non quatuor Judices de eodem damus pro memoria quod Nicolaus filius Alexandri de Karaz michaeli filio michaelis filij vbul iuxta continenciam litterarum nostrarum in octauis beati Georgy martiris vnam marcam persoluere debuisset tandem ipso termino adueniente non uenit nec misit pro se soluturum per predictum Legitime expectatus et sicut ius extitit Litteras Judiciales duximus eidem concedendas, datum in vrus in die supra dicto. Anno domini M° CCC° X octauo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije két példányban a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltlban, Közli: Csontosi J.

421.

1318. máj. 21. A pozsonyi káptalan előtt Karcsai Erzsébetet Szászi Miklós özvegyét férjének rokonai hitbére és hozománya fejében kielégítik.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie Posoniensis salutem in domino sempiternam.

Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire quod domina Elisabeth filia Pauli fily Chetk de karcha, relicta Nicolai, fily Symonis, de Zaz, ab una parte, Petro filio dominici de eadem uilla Zaz, pro se, et pro Georgio, filio Fab et Paulo filio Zolad, cognatis suis, sicut dixit, ab altera coram nobis personaliter constitutis, sunt confessi oraculo uiue uocis quod licet mota fuisset materia quescionis inter ipsos, super dote, et rebus parafarnalibus dicte domine Elysabeth, relicte Nycolai fily Symonis antedicti cognatis Petri, Georgy, et Pauli predictorum et sic inter se, sine strepitu iudicij, fuissent altercati, ad ultimum tamen mediantibus probis viris propter bonum pacis, in talem pacis vnionem deuenissent, quod eadem domina Elisabeth, racione dotis sue, et rerum parafarnalium suarum, quadraginta pensas denariorum Wiennensium, a Petro Georgio et Paulo predictis plene recepisset, et integre, et sic eosdem Petrum, Georgium, et Paulum, racione supradicte dotis et rerum parafarnalium reddidit liberos et omnino expeditos. Obligando se, quod quicunque processu temporum, eosdem Petrum, Georgium, et Paulum, aut filios filiorum suorum racione sepe dicte dotis, et rerum parafarnalium, uellent forsitan molestare, extunc eadem domina Elisabeth teneretur expedire proprys laboribus et expensis. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum dominica proxima ante festum beati Vrbani pape. Anno domini M° CCC° decimo Octauo.

Sárga és violaszínű selyem zsinóron függő pecséttel, fönt metszett betükkel ; eredetije a pozsonyi kápt. lban. 14. 17. 38.

422.

1318. Középnémeti, máj. 23. Beke abaúji alispán és bírótársai bizonyítják, hogy Serefil özvegye a ruszkai nemesektől hitbére fejében nyert semsei birtokrészbe beiktattatott.

Nos magister Beke Curialis Comes et quatuor Judices nobilium de Wiuyar damus pro memoria quod cum Iseph filius Benedicti Mogy et Bychke fily Etened et keuchke filius Elye nobiles de Ruzka domine relicte Serfeli et pro dote et pro

quarta filiarum eiusdem porcionem Serfeli in Semse perpetuassent vnde misimus hominem nostrum Laurencium de Belse et Begy vna cum domino paulo plebano de kezepnemty homine domini Episcopi ad statuendum possessionem antedictam domine antedicte, qui demum ad nos reuersi dixerunt requisiti quod eandem possessionem Semse porcionem uidelicet Serfeli conuocatis omnibus Commetaneis et uicinis perambulando per metas eiusdem nullo penitus contradictore existente statuissent domine memorate perpetuo possidendam. Datum in kezep nemty feria tercia proxima post festum beate Elene. Anno domini M° CCC° decimo octauo.

Hátlapján két pecsét nyomaival ; eredetije a Máriássy cs. lvtban, »Idegen okmányok« 33.

423.

1318. Temesvár, máj. 31. I. Károly király a Lothárd bán hűtlen fiainak körév-monostori birtokát, hivének Péternek, sebesi comesnek adományozza.

Nos Karolus dei gracia Rex Hungarie. Tenore presencium, quibus expedit significamus vniuersis memorie commendantes, Quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium seruiciorum meritis (excelsis petri) magistri Taurnicorum domine Regine, Comitis de Sebes, dilecti et fidelis nostri, que nobis in diuersis nostris negocijs agendis et Expedicionibus, fideli et indefesso studio exhibuit et inpendit, per que Regie nostre sublimitas acquieuit semper et accreuit, que per singula presentibus inserere longum esset et tediosum, licet id quod ad presens eidem donamus, respectu horum, que in futurum agere intendimus exile et modicum videatur, tamen in aliqualis gratum recompensacionis beneficium et satisfaccionis indicium quandam possessionem infidelium nostrorum filiorum videlicet Lodhardy bani, qui preconcepto calliditatis dolo, contra nostram magnitudinem spiritu Rebellionis et contumacie se opponentes ad mortem nostre Celsitudinis conspirarunt, scilicet kewrywmunustra vocatam cum omnibus possessionibus ad eandem pertinentibus, cum vniuersis earum vtilitatibus, de-

dimus, donauimus et tradidimus eidem magistro petro et suis heredibus heredumque suorum successoribus, sine preiudicio iuris alieni perpetuo possidendam habendam et tenendam et cum presentes ad nos reportabuntur, nostrum super hoc eidem concedemus (priuilegium) Datum in Temeswar in Vigilia ascensionis domini Anno eiusdem Millesimo trecentesimo decimo octauo.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 457. 34. Ugyanott I. Károly király 1320. 13-io kal. februarii kelt jeles alakú oklevelében is megvan, mely ismét átiratott I. Károly király által 1326. 3-io Idus sept. kelt és Kompold fia Péter fiai: István és Kompold számára kiállított jeles alakú oklevélben, mely utóbbinak eredetije megvan u. o. N. R. 447. 6. Közli: Kovács N.

424.

1318. Középnémeti, junius 6. Beke abaúji alispán és bírótársai előtt Bárczai Moys fiai Édes fiaival a Misle vizén lévő malom használatára nézve kiegyeznek.

Nos magister Beke Curialis Comes et quatuor Judices nobilium de Wyuar, significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, Quod in causa quam Georgius et Thomas filij Moys de Barcha contra Egidium et Andream super facto molendinorum sicut partes dixerunt in communi habitorum coram nobis habebant auditis parcium proposicionibus per nos taliter extitit iudicatum quod Georgius et Thomas predicti superiorem rotam molendini super fluuium Mysla constructum quantocius poterunt reficiendo uti et frui debent utilitatibus eiusdem rote, tamdiu quousque predicti fily Edes reficere facient aliam rotam molendini memorati postquam uero predicti fily Edes aliam rotam eiusdem molendini reficent tunc idem molendinum in ambabus ro(tis) eisdem filijs Moys et filijs Edes cedet in communi in filios filiorum suorum perpetuo possidendum, In cuius rei memoriam firmitatem que perpetuam presentes concessimus sigillorum nostrorum munimine roboratas datum in kezep nemty feria tercia proxima

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 486 von 696

ante festum penthecosten Anno domini M° CCC° decimo octauo.

Hátlapján pecsét nyomaival ; eredetije a Máriássy cs. lban, »Idegen okmányok.« 32.

425.

1318. junius 14. Az aradi káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy a Temes vármegyei Fülöptelek és Rigácstelek birtokokba Sár Domokos temesi alispánt beiktatta.

Excellentissimo domino suo Karolo dei gracia Illustri Regi Hungarie Capitulum Orodiensis ecclesie Oraciones debitas et deuotas litteras vestre Celsitudinis vestra nouerit serenitas nos recepisse in hec verba Karolus dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo ecclesie Orodiensis Salutem et graciam noueritis quod dominicus dictus saar vicecomes noster Themesyensis ad nostre maiestatis accedens presenciam, terras Phylupteluke et Rygachteluke vocatas in eodem Comitatu existentes, asserens esse eas hominum sine herede decedencium, et ex eo iure nostre collacioni deuolutas, pro fidelibus suis seruicijs perpetuo sibi conferri a nobis postulauit vnde cum de qualitate et quantitate earumdem terrarum. et si sint hominum sine herede decedencium nobis veritas non constet, fidelitati vestre damus firmiter in mandatis quatenus detis testimonium vestrum ydoneum coram quo Petrus dictus Zeel [1]) homo noster, conuocatis commetaneis et vicinis ipsarum terrarum reambulet et perambulet per metas veteres et antiquas ac statuat easdem si hominum sine herede decedencium esse facta de hoc inquisicione diligenti ipsas inuenerit Dominico supradicto si non fuerit contradictum Contradictores vero si qui fuerint, contra eundem Dominicum ad nostram citet presenciam, ad terminum competentem. Post hec vero tocius facti seriem diem citacionis et terminum assignatum ac nomina citatorum nobis fideliter rescribatis. Datum in Themeswar, feria

---

[1]) Károly király megerősítő oklevelében még hozzátéve »de Bodun«.

quarta proxima ante festum Pentecostes. Anno domini M° CCC° decimo octauo. Nos vero preceptis ac mandatis vestre Serenitatis fideliter obtemperantes, vt tenemur hominem nostrum ydoneum et fidedignum magistrum videlicet Jacobum Succentorem Chori nostri cum predicto Petro homine vestro transmisimus pro testimonio. Qui quidem homo vester cum predicto testimonio nostro demum ad nos rediens dixit quod predictas terras facta diligenti de hoc inquisicione a vicinis et commetaneis earumdem esse hominum sine herede decedencium inuenissent seu reperissent et vestre collacioni pertinere ac easdem conuocatis commetaneis et vicinis ac presentibus eisdem Buda videlicet Jacobo filio Michaelis Barraba Petro rufo et Lukachyo nobilibus de Murun fredel Judice Domini Benedicti Episcopi Chanadiensis, de Nadasd, Ladizlao filio Elleus, Laurencio filio Arnoldi nobilibus de Nadasd, Paulo filio Dedali de Achad Andrea filio Nicolai de kokaach, et Gregorio Judice de zanad seruiente seu Judice magistri Iwanka Castellani de Pankata et de Dezne per metas veteres et antiquas reambulassent, et easdem reambulando statuissent Comiti Dominico dicto Saar prenotato perpetualiter possidendas nullo penitus contradictore existente. Datum feria quarta proxima post festum Penthecostes prenotatum. Anno eciam supradicto.

I. Károly királynak 1318-ban VII° kal. July kelt megerősítő oklevelében átírva, melyet ismét ezen király 1323-ban XII° kal. oct. jeles alakban átírt s új pecsét alatt kiadott; ennek eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 587. 36. Közli: Nagy Gyula.

426.

1318. jun. 19. A szepesi káptalan bizonyítja, hogy a semsei birtokrész Serafin özvegye részére való elörökítésének Marhard fia Pál ellentmondott.

Nos Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus. damus pro memoria Quod cum Mog et Bichke fily quondam Ethened. et kuche filius Elye, et Isep filius Benedicti nobiles de Ruzka secundum continenciam litterarum magistri Beke Curialis co-

mitis et quatuor Judicum nobilium de Wyuar, in octauis penthecostes possessionem Zemsce uocatam videlicet porcionem Seraphini, relicte eiusdem seraphini pro dote sua et pro quarta fylye sue coram nobis conparendo perpetuare debuissent, magister paulus filius Marhardi litteris suis destinatis eandem perpetuacionem interdixit. predicti uero nobiles ex consensu Laczk qui pro predicta domina comparuit receperunt quindenas predictarum octauarum pro termino ad predicte possessionis perpetuacionem coram nobis iterato conparendi. datum secunda feria proxima post predictas Octauas. anno domini M° CCC° X° VIII°.

Zárlatán két pecséttel; eredetije a Máriássy cs. lban, »Idegen okmányok« 34.

427.

1318. jul. 1. Iván szabolcsi alispán és bírótársai előtt Semjéni Mihály fiai Apagyi Istvánt Napkor birtok használatától tilal mazzák.

Nos magister Ivan comes curialis de Zobolch et quatuor iudices de eadem damus pro memoria quod Stephanus Ladislaus et Michael filij michaelis de semien in octaua beati Johannis baptise prohibuerunt magistrum Stephanum de opog de uictualia omnia alia utilia que pertinent ad nopcur. datum in die prenotatis (így) Anno domini M° CCC° decimo VIII.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Csontosi J.

428.

1318. Bécs, jul. 4. Sebes bazini gróf levele a közte és testvére Péter között létrejött osztályegyezségről.

Ich Zewischs Graf van Poesing vergich vnd thvn chvnt allen den die disen Prief lesent oder horent lesen, Die nv leben vnd hernach chvnftich sint, Daz ich mich lieplaich vnd

gvtlich nach meiner mvter Rat vnd nach Ander meiner vrevnt Rat ver ebent vnd ver richtet han (így) mit meinem Prvder Petrem umb den erbtail den wier mit Ainander haben, Also beschaidenlichn daz ich im daz havs dacz sant jorgen vnd daz aigen daz dar vnder leit in antwurten sol an alles gevar vnd alle wider red, van sant jacobs tag der schierist chumpt vber drev jar, vnd sol ich daz havs haben ze Poesing vnd daz aigen daz dar vnder leit Daz lob ich zelaisten mit meinen triwen vnd swaz wier anders gvtes anderswo haben daz solle wier geleich mit ainander taillen als pilleich vnd recht ist, tet ich dez nicht so hiet ich mein gelvb zebrochen waer aewer daz ich mich dar an vergezze daz ich jm daz havs dacz sant jorgen vnd daz Aigen daz dar vnder leit nicht jn Antwurtaecht zv dem tag als vor verschriben ist vnd daz ander gvet daz ich vnd er haben nicht mit jm taillaecht so sol ich alles mein recht verlorn habn an allem meinem gvet daz mich ze meinen tail an gevallen sold, vnd sol der selbe tail dez selben gvtes forbaz meines Prvder Peters sein vnd anders niem wer aver daz ich jm dez selben tails vnd dez selben gvtes wider sein wold so sol er sein mit meinem gvtlichen willen bechomen mit herren hilf vnt mit vrevnt hilf so er aller peste chan vnd mach vnd alle die, die jm dez helfvnt sint die svllen dar an wider mich nicht getan haben vnd sol avch jer veint dar vmb nicht sein, vnd gib jm dar vber disen Prief zo ainem offen vrchond vnd zv ainem waren gezevge diser sach versigelten mit meinem jnsigil, vnd mit hern jrnfrides jnsigil van Ekhartsawe, vnd mit hern Marichartes jnsigil van Mistelbach, vnd mit hern vlreichs jnsigil van Pilichtorf, vnd mit hern Seifrides jnsigil van Chranichperch die diser sach gezevge sint mit jren jnsigiln, vnd sint avch dez gezevge her Gotfrid her Hainreichs, her Niclas her Otto die Prvder van wildungsmawer vnd ander frvmer Levt genvch den dise sach wol chvnt jst, Diser Prief ist gegeben ze wienne do van Christes gepvrd waren ergangen Drevzehen Hvndert jar jndem achzehenten jare dar nach an sant vlreichs tag.

Egy nagyobb s négy kisebb, hártyaszalagon függő, köriratakban már hiányos pecséttel ; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. 325. 8 Közli : Nagy Gyula.

---

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 490 von 696

429.

1318. Eger, jul. 4. Egyik főesperes bizonyítványa arról, hogy Bánki Péter és János az Ubul fia Mihály fiai által bizonyos hitbér iránt folyamatba tett ügyben, a kitüzött határnapon meg nem jelentek.

Damus pro memoria quod cum iuxta continenciam litterarum nostrarum petrus. filius Benedicti et Johannes filius pauli de Bank contra Stephanum Ladizlaum et Mikaelem filios mikaelis fily wbul nobiles de semyan in octauis beati Joannis baptiste proxime preteritis super dote et rebus parafernalibus relicte petri fratris videlicet eiusdem Benedicti peremptorie responsuri comparere debuissent aduenient ipso termino petrus filius Benedicti et Johannes filius pauli prenotati nec uenerunt nec aliquem pro se miserunt, per Johannem sacerdotem de Semyan cum litteris procuratorys quatuor Judicum de Zobolch et litteris ad causam ipsam spectantibus pro Stephano et alys patronis suis de eodem Semyan coram nobis legitime expectati Datum agrie quarto die termini prenotati anno domini M° CCC° decimo octauo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije két példányban a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Ugyan ott őriztetik egy év nélküli aug. 30-án kelt oklevél, mely szerint Bánki Péter és János az István nap után való nyolczad napra kitüzött határnapon sem jelentek meg. Közli: Csontosi J.

430.

1318. jul. 24. I. Károly király átírja s megerösíti III. Béla királynak 1185-ik évi azon oklevelét, melylyel leánya dajkájának hü szolgálatát annak testvéreiben és fiaiban megjutalmazta.

Karolus dei gracia Hungarie. Dalmacie. Croacie. Rame. Seruie. Gallicie. Lodomerie. Cumanie. Bulgarieque Rex, Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in salutis largitore. Ordo ius-

ticie exigit, et ad apicem pertinet Regie maiestatis ut ea que iuris ordine precesserunt illibata conseruentur, et que iuste petuntur ad exaudicionis graciam admittantur. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie litterarum volumus peruenire. Quod Nicolaus presbiter de ecclesia sancti Alberti de Jaurino. Petrus et Egidius filii Mochkus. Bude et Johannes filii Poga (így) de villa Ech. ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis quoddam Priuilegium domini Bele quondam Regis Hungarie clare memorie Aui nostri super libertate ipsorum et proximorum eorundem confectum, petentes a nobis humili cum instancia, vt dictum Priuilegium ratum habere et nostro dignaremur priuilegio confirmare cuius quidem Priuilegii tenor talis est. (lásd III. Béla király levelét, Árpádkori Új Okmánytár I. k. 78. l., hol azonban az oklevél utolsó szava »Cancellarius« után »fecit« pótlandó.) Unde Nos qui ex officio suscepti regiminis unumquemque in suis Juribus et libertatibus conseruare, et iustis petencium desiderijs aures benignas inclinare debemus, precibus iam dicti Nicolai sacerdotis, Petri et Egidii filiorum Mochkus Bude ac Johannis filiorum Goga, Regio inclinati cum fauore dictum Priuilegium non abrasum non cancellatum nec in aliqua sui parte viciatum de uerbo ad uerbum presentibus inseri facientes. approbamus. ratificamus. libertatesque eorundem Heredum et post Heredes innouamus et testimonio presencium confirmamus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Discreti viri Magistri Joannis Albensis ecclesie prepositi Aule nostre Vicecancellarii dilecti et fidelis nostri. Anno domini Millesimo Trecentesimo decimo octauo. Nono Kalendas Augusti Regni autem nostri Anno similiter decimo octauo.

Pecsétje vörös fehér és zöld selyem zsinóron függ; eredetije a pannonhegyi főapátság ltban, C. 19. L. Közli : Stachovics R.

431.

1318. körül, Adorján, aug. 1. Pous adorjáni várnagy és szolnoki ispán bizonyítja, hogy Emich fia Gergely Tányog birtokot Semjéni Mihály fiaitól a kitüzött határnapon ki nem váltotta.

Nos Pous castellanus de Adrian comes de Zonuk damus pro memoria quod secundum continenciam priorum litterarum domini nostri dause wayuode in octauis beati Jacobi apostoli Gregorius filius Emich quandam possessionem Tunug uocate (így) a Ladislao et Mychaeli filijs michaelis de Semeyen pro viginti marcis redimere debuisset ipso die adueniente idem Gregorius filius Emich neque uenit neque misit nec per aliquem redimere predictam possessionem procurauit. pro Ladizlao et mychaeli filijs mychelis (így) supradictis conparuit vir discretus Johannes sacerdos de Semeyn legitime expectatus. datum in castro Adrian feria tercia proxima ante festum beati Syxti pape.

Zárlatán pecsétnyommal ; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli : Csontosi J.

432.

1318. aug. 3. I. Károly király a Garan és Zsitva folyók mentében négy birtokot Banai Lőrincz fiának Bekének s unokaöcscseinek adományoz.

Karolus dei gracia Hungarie. Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Rex. Omnibus xpi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore Celestis altitudo consilij ad hoc in orbe terrarum Regum et Principum constituit potestates vt ipsi ductis circiter oculorum conspectibus, illis sue magnificencie dextram porrigant adiutricem quos obsequiorum numerositas et deuocionis ac fidei sinceritas propensius recomendant dum enim illis prouidet dum donis benigne liberalitatis eos fouet sui honoris fastigia prudenter extollunt et sublimant. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod

magister Beke filius quondam Comitis Laurencij de Bana fidelis noster ad nostre serenitatis accedens presenciam et sue fidelitatis seruicia nobis inpensa proponens et declarans, quasdam Possessiones Lathka Myko dicti hominis sine herede decedentis et ex hoc nostre collacioni deuolutas Hurth et Tata uocatas iuxta fluuium Goron in comitatu strigoniensi existentes. Item vrs et Heten nuncupatas iuxta fluuium Sytua existentes pro suis fidelibus Seruicijs, sibi et filijs Laurencij fratris sui vterini, videlicet Laurencio Petro et Nicolao in reconpensacionem suorum seruiciorum dari a nobis postulauit Igitur sicut Regie magnitudinis expostulat et requirit officium vt vniuscuiusque merita animo meciatur pietatis et hys quos opera sue virtutis, Regali remuneracione dignos efficiunt grata debeat reddere premia meritorum Volentes predicti magistri Beke strennuis fidelitatibus et seruicijs meritorijs Regio occurrere cum fauore, prefatas possessiones ipsi magistro Beke Laurencio Petro et Nicolao predictis in reconpensacionem suorum seruiciorum licet id quod ad presens ipsis facimus respectu horum que in futurum eisdem facere intendimus modicum et exille videatur tamen vt paulisper votis ipsorum benigne annuamus, dedimus, sub eisdem metis et terminis quibus per prefatum Myko habite extiterunt et possesse, donauimus ac contulimus, in filios filiorum ac heredum successores sine preiudicio Juris alieni possidendas, tenendas Jure perpetuo et habendas. Reuocantes litteras si quas Stephano filio Pauli quia idem se a nostra gracia diuertit et nostro adhesit infideli, super prelibatis possessionibus concessissemus et auctoritate presencium, easdem cassas et viribus carituras, nunciantes. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras nostras Priuilegiales, dupplicis sigilli nostri, munimine roborando Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi. Aule nostre vicecancellarij dilecti et fidelis nostri Anno dominice incarnacionis Millesimo Trecentesimo decimo Octauo. tercio Nonas augusti. Regni autem nostri, Anno similiter decimo octauo.

Függő pecsét nyomaival ; eredetije a b. Révay cs. lban, »Turocz« fasc. I. 5.

433.

1318. Moson mellett, aug. 25. Tamás esztergomi érsek Ovári Jakab leányának Miske fiával való eljegyzését érvényteleníti.

Venerabili in xpo patri domino Ladislao, dei gracia Episcopo Quinqueecclesiensi, amico suo honorando. Th. miseracione diuina archiepiscopus Strigoniensis eiusdemque loci comes perpetuus, mutuam ac sinceram in domino caritatem. Scribit nobis vestra paternitas, super facto desponsacionis, olim facta, inter filium Mysce, et filiam Jacobi filij Corrardi de Owar, quod scita et inquisita veritate, sicut eciam Capitulum ecclesie vestre super eodem facto nobis scribit sciuissetis ueraciter, quod eo tempore, quo ille contractus fuit inter eos, filia illius Jacobi nondum erat septemnis, et ille contractus per potenciam Heysce preter voluntatem parentum dicte puelle fuerat factus, et cum de iure locum non habeat consensus vbi metus vel coaccio interuenit, et illa nondum erat septempnis, et postquam ad annos discrecionis venit, si antea, tacite uel expresse prebuisset consensum, reclamauit et refutauit, potestate vestra ordinaria et nostra metropolitana, potestis dare licenciam illi puelle, nubendi, cuicumque uoluerit in domino. Datum prope Musun in crastino festiuitatis beati Bartholomei apostoli Anno domini. M° CCC° decimo octauo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a b. Révay cs. ltban, »Gyulay« fasc. III. 22. Közli: Kovács N.

434.

1318. sept. 28. Az erdélyi káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Mihály fiát Pétert Solymos földtér birtokába beiktatta.

Excellentissimo domino suo Karolo dei gracia illustri Regi Hungarie Capitulum Ecclesie beati michaelis archangeli Transiluane oraciones in domino debitas et deuotas cum perpetua fidelitate. Litteras excellencie vestre noueritis nos

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 495 von 696

recepisse in hec uerba. Karolus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo ecclesie Transiluane salutem et graciam. Nouerit fidelitas vestra, quod magister Petrus filius Michaelis fidelis noster, ad nostram accedens presenciam terram nostram Solumus vocatam, a nobis pro fidelibus suis seruicijs sibi dari postulauit, asserens eam, ad nostram collacionem pertinere vnde cum de eo, utrum dicta terra ad nostram pertineat collacionem nec ne veritas nobis non constet fidelitati vestre firmiter damus in mandatis, Quatenus detis testimonium vestrum, coram quo magister Thomas filius Micola homo noster, facta inquisicione, si dicta terra ad nostram pertineat collacionem, ipsam terram Solumus uocatam, conuocatis vicinis et commetaneis, reambulet, et statuat magistro petro predicto perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, contra eundem magistrum petrum ad nostram citet presenciam ad terminum competentem. Post hec uero diem citacionis terminum assignatum, ac nomina citatorum nobis fideliter rescribatis. Datum in Themesuar in octauis pasce. Anno domini Millesimo CCC° decimo octauo. Nos igitur preceptis et mandatis excellencie vestre optemperantes vt tenemur, cum prefato Thoma homine vestro ad predicta exequenda misimus hominem nostrum fidedignum, Eberhardum videlicet plebanum de Theke vicearchidiaconum de Ozd pro testimonio vice nostra, quiquidem Eburhardus plebanus homo noster, demum ad nos reuersus, dixit nobis requisitus, quod idem homo vester una cum eodem homine nostro in octauis beati Johannis baptiste proxime preteritis, ad faciem dicte terre Solumus accessisset, et conuocatis commetaneis et vicinis omnibus eiusdem terre Solumus diligenter ab omnibus commetaneis et vicinis inquirendo, sub testimonio dicti hominis nostri, a quibus decuit et licuit, inuenisset et sciuisset, eandem terram fuisse et esse domini Regis, et ad regiam collacionem pertinere, et scita huiusmodi veritate, de facto terre prelibate, prefatus homo vester coram ipso homine nostro ipsam terram Solumus, iuxta veteras (igy) metas reambulasset, et reambulacione facta statuisset coram omnibus commetaneis et vicinis dicto magistro petro possidendam, nemine penitus contradictore existente. Datum in vigilia beati Mi-

chaelis archangeli. Anno Domini Millesimo CCC° decimo octauo.

Ugyancsak I. Károly királynak 1319-ben »tercio nonas februarij« kiadott jeles alakú megerősítő okleveléből; ennek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. 1506. 17. Közli: Kovács N.

435.

1318. Forró, oct. 6. Beke abaúji alispán és bírótársai előtt a Serefel özvegyének és leányának járó hitbér, hozomány és leánynegyedi illetőség fejében a ruszkai nemesek negyvennégy márka kifizetésére kötelezik magukat.

Nos magister Beke Curialis comes et quatuor Judices nobilium de Wyuar, damus pro memoria quod feria sexta scilicet in octauis beati Mychaelis archangeli statu priorum litterarum nostrarum causam quam nobiles domine uidelicet Makych relicta Serfeli et filia eiusdem similiter Makych nomine et alia Sebe super facto dotis et rerum parafernalium et super facto quarte filiarum contra Iseph filium Benedicti Mogy et Bychke filios Etened et keuche filium Elye habebant quo termino adueniente Lachk filius Nycholay nigri pro predictis dominabus cum litteris procuratorijs prepositi et Conuentus de Jazou ex una parte, predicti nobiles de Ruzka ex altera personaliter coram nobis constituti sunt confessi viua voce, quod per conposicionem proborum virorum propter bonum pacis taliter se retulissent et coram nobis retulerunt concordasse quod predicti nobiles de Ruzka dabunt quadraginta quatuor marcas pro quibus homo domini Episcopi et Mychael filius Benedicti de popy porcionem possessionis Serfeli in scenye et in Ruzka ipsos contingentis exstimarunt, de quibus quinquaginta marcis partem dabit Iseph et partem dabunt Mogy Bychke et keuche predicti dominabus predictis partem in exstimacione condigna absque sarcitis vestibus, et absque armis, et absque equis ultra tres marcas ualentibus et cum panno dornitico vnam peciam panni boni pro quinque marcis et peciam panni de Ipry boni pro decem marcis et partim cum denarys pro tempore currentibus in duobus terminis infrascriptis uidelicet uiginti duas marcas dabunt in octauis beati

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 497 von 696

Martini confessoris dupplo soluturi si obmitterint in soluendo Item uiginti duas marcas dabunt in festo beati Thome apostoli nunc uenturo sine crastino (így) qui si tunc non soluerent penam centum marcarum paterentur perso luendam et in crastino Strennarum idem Lachk cum predictis dominabus sororibus suis super facto predictarum rerum parfornalium et quarta litteras expeditorias Capituli beati Martini de scepus faceret emanari nobilibus de Ruzka memoratis qui si non faceret centum marcas pateretur persoluendas et predicte soluciones semper erunt in Conuentu de Jazou Ita tamen quod quatuor discreti viri per partes adducendi iuxta fidem ipsorum pannos extimabunt et peciam panni dornitici boni pro quinque marcis et peciam panni de Ipry boni pro decem marcis recipere tenebuntur domine memorate datum in Forrow in termino antedicto anno domini. M° (CCC°) decimo octauo.

Zárlatán négy pecsét nyomaival; eredetije a Máriássy cs. ltban, »Idegen okmányok« 31.

436.

1318. oct. 12. A budafelhévizi convent előtt az Osl nemzetségből való Péter és rokonai a Pomáz és a dömösi egyház birtokai mellett lévő aszófői birtokok örökjogát Becsei Csata fiára Imrére átruházzák.

(O) mnibus xpi fidelibus presens scriptum inspecturis. Frater Georgius prior et conuentus cruciferorum ecclesie sancte trinitatis de Calidis aquis, salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie uolumus peruenire Quod comes Petrus filius Petri dictus pitic pro se, et pro Stephano et Deseu filijs Dyonisi fratris sui. Item Nicolaus filius Dominici de genere Wsl coram nobis personaliter constituti, quandam possessionem eorum Ozofeu uocatam in vicinitatibus possessionum Pamaz et ecclesie Dimisiensis existentem, quam dominus Rex propter infidelitatem ipsorum ab eisdem receperat et eandem possessionem comiti Emerico filio Chata de Beche mediantibus litteris Regalibus suis propter fidelia servicia sua dona-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 498 von 696

uerat tandem idem comes Emiricus misericordia motus, titulo empcionis comparare voluit ab eisdem, et ydem comes Petrus et Nicolaus confessi sunt, vendidisse dedisse et assignasse eidem comiti Emirico similiter personaliter astanti, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus pro Quadraginta marcis argenti mercimonialis plene receptis et persolutis ab eodem Jure perpetuo et irreuocabiliter ac pacifice possidendam tenendam et habendam de uoluntate et permissione omnium cognatorum et vicinorum eorundem nullo contradictore existente, Assumpmentes nichilominus predicti Petrus et Nicolaus racione dicte possessionis per eos uendite, ipsum comitem Emiricum et suos successores ab omnibus inquietantibus et molestare uolentibus liberare defendere et expedire proprijs cum laboribus et expensis In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instanciam parcium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria quinta proxima ante quindenas beati Michaelis Archangeli. Anno domini M° CCC°. Decimo. Octauo.

Függő pecsét nyomaival s fönt metszett betükkel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 860. 6.

437.

1318. nov. 1. A titeli káptalan elött Bench és Domokos fiai Bács vármegyei szentiváni birtokuk felét Bekeni Antal és Mátyás fiainak átadják.

Nos Capitulum Tytulensis ecclesie, Memorie commendamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, Quod Blasius, Paulus, Bartholomeus Benke, et Petrus fily Bench, Cosmas, Georgius et Selke filij dominici, de Scentyvan ex una parte, ab altera uero paulus, et philipus filij Anthoni, ac Jacobus filius Mathie de Bekun, coram nobis personaliter, (így), ydem Blasius, Paulus, Bartholomeus Benke, Petrus, Cosmas, Georgius, et Selke, dimidietatem cuiusdam possessionis ipsorum hereditarie, Scentyuan nuncupate, in Comitatu Bachiensi circa pratum Geznodsara vocatum, existentem, cum vtilitatibus suis et pertinencijs vniuersis, ipsis paulo philipo, et Jacobo, et per

eos suis heredibus, heredumque suorum successoribus, propter proximitatis dileccionem et mutuam amiciciam inuiolabiliter obseruatam, dedisse, donasse, et contulisse, sunt confessi perpetuo et irreuocabiliter, possidendam tenendam et habendam. In cuius rei memoriam perpetuamque stabilitatem ad instanciam parcium presentes concessimus litteras sigilli nostri appositi munimine roboratas. Datum in festo omnium Sanctorum. Anno Domini. M° CCC° decimo octauo, presentes autem dum nobis fuerint reportate, nostro priuilegio faciemus corroborari.

A titeli káptalan 1325-ki átiratából; ennek eredetije az orsz. ltr. kinct. oszt. N. R. 1506. 15. Közli: Kovács N.

438.

1318. nov. 11. A bosniai káptalan előtt Dumbai Miklós fiai, és Zochud fia Gergely, Dumbó nevü birtokukon megosztoznak.

Nos Capitulum ecclesie Boznensis, memorie commendantes, Significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, Quod Egidius et Andreas, filij Nicolai de Dumbo ab una parte Gregorius filius Zochud ex altera coram nobis personaliter comparendo, confessi sunt viva uoce, quod de possessione ipsorum hereditaria Dumbo vocata talem inter se fecissent divisionem, quod medietas wille de eadem Dumbo, a parte meridionali circa ecclesiam sancte Crucis, simul cum medietate eiusdem ecclesie, ac alijs vtilitatibus, medietatis eiusdem ville existens, cessisset in ius et proprietatem prefati Gregorij filij Zochud, fratris ipsorum patruelis iure hereditario possidenda, Alia medietate prefatis Egidio et Andree remanente. Data in festo beati Martini Confessoris. Anno domini M° CCC° decimo Octauo.

Hátlapján kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 603. 34. Közli: Nagy Gyula.

439.

1318. Trencsén, nov. 11. Csák Máté nádor hívének, Gyula comesnek, lévai várnagyának, a Kis-Zsitva mellett fekvő Kis-Tapolcsán helységet vissza adományozza.

Nos Matheus palatinus filius Petri quondam palatini. Notum facimus Omnibus quibus presentes ostenduntur. Quod nos considerantes et aspicientes fidelia seruicia ac seruiciorum merita Comitis Jule filij Hochlow dilecti et fidelis Castellani nostri de Lewa que Idem in diuersis fortune Casibus, et conflictibus nostris, contra nostros emulos in nostri presencia et omnium hominum nostrorum, cum effusione suorum sanguiuinum (így) multociens se non parcendo viriliter exhibuit et inpendit Licet maiora et plura mereretur a nobis. Tamen quandam terram possessionem, seu villam nostram Kywstopolchan uocatam circa fluuium Kywsytua existentem. que prius hereditaria terra fuit predicti patris sui, et Ipsius, et per modum concambij alienata ab eisdem et ad nos extiterat deuoluta, factum Ipsius concambij Omnino r(euo)cauimus, et sedauimus. Restituimus dedimus, et contulimus Iterato eandem, ad manus Ipsius Comitis Jule et suorum heredum Heredumque suorum successorum, cum vtilitatibus et pertinencijs suis vniuersis, tanquam suum Jus hereditarium perpetuo possidendam tenendam et habendam. In Cuius Rei memoriam presentes cum pendenti nostro Sigillo, et duobus anuleis ad maiorem cautelam huius facti fecimus Roborari Et uolumus quod quamprimum Idem comes Jula Ipsum nostrum Priuilegium ad Capitulum Strygoniense uel ad aliud transtulerit. Ipsum Capitulum cum litteris suis Priuilegialibus velit confirmare, tenoremque Roborare. Datum Trinchynij in festo beati Martini confessoris. Annno domini Millesimo Trecentesimo decimo Octauo.

A vörös és fehér szinű durva selyem zsinóron függött pecsét elveszett, a záradékban említett két gyűrűs pecsétnek sincs már semmi nyoma ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 113. 39. Közli : Nagy Gyula.

440.

1318. nov. 24. I. Károly király Póka fiának Péternek Újvár megyében a Zagyva mellett lévő sápi birtokát Kilián fiának Benedeknek adományozza.

Carolus dei gracia hungarie, dalmacie, Croacie, rame, servie, Gallicie, Lodomerie cumanie, Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Justis petencium desiderijs aurem benignam inclinare, tam vigor equitatis, quam ordo exigit racionis. Proinde ad uniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire. Quod Benedictus filius Kyliani dilectus et fidelis noster ad nostram accedens presenciam, proposuit in hunc modum. Quod petrus filius Poka de Saap, qui sine herede decessit esset de generacione sua, et in proximiori linea sibi attineret, et quod possessiones ipsius iure hereditario succesionis, non alijs nisi sibi deberentur, quas a nobis sibi dari et perpetuari postulavit. Unde nos prout nostro regiminis incumbit officio volentes unumquemque in suo iure conservare, possessionem dicti petri Saap antedictam, in comitatu de wyvar iuxta zagua existentem cum iure patronatus monasterij constructi in eadem, et eciam alias possessiones eiusdem petri alias ubicunque existentes, cum utilitatibus et pertinencijs earumdem uniuersis, sub antiquis metis et terminis, ea integritate atque plenitudine, qua per predictum petrum habite extiterunt et possesse, eo iure quo racione proximitatis et successionis hereditarie ad ipsum magistrum Benedictum pertinere dinoscuntur iuxta consuetudinem regni nostri approbatam, ipsi magistro Benedicto et suis heredibus, dedimus statuimus et assignavimus, seu regie maiestatis auctoritate commisimus habendas perpetuo et pacifice possidendas, sine preiudicio iuris alieni. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras, dupplici (így) sigilli nostri munimine roboratas datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis Ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarij et archidiaconi

de kukulleu dilecti et fidelis nostri. Anno domini M° CCC° decimo octavo III. kal. decembris, regni autem nostri anno similiter decimo octavo.

Függő pecséttel ; eredetije a Kapy cs. ltb. Közli : Kovács N.

441.

1318. dec. 9. A pécsi káptalan előtt Siklósi Péter Koppáni Pált ügyvédjeül vallja.

Nos Capitulum Quinquecclesiense damus pro memoria quod magister petrus de Suklos coram nobis personaliter constitutus in causis suis quas in octauis beate (így) Andree apostoli magister Johannes filius comitis Jacobi Micael filius Gurbune de Boski et wetyh seruiens eiusdem Johannis mouere habent contra ipsum et in omnibus alijs causis suis quas ipse mouere intendit contra suos quoslibet adversarios uel quas sui aduersarij mouere intendunt vel mouent contra ipsum infra reuolucionem anni in presencia domini Regis uel iudicis Curie sue, constituit et ordinauit seruientem suum nomine paulus de koppan legitimum procuratorem ratum et firmum habiturus quitquid idem paulus usque ad finalem decisionem ipsarum causarum fecerit uel ordinauerit in eisdem. Datum in crastino concepcionis beate virginis Anno domini M° CCC° XVIII°.

Zárlatán pecsét töredékével ; eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. N. R. 1506. 16. Közli : Nagy Gyula.

442.

1318. Debreczen, dec. 13. Dózsa erdélyi vajda bizonyítja, hogy Csetnek fia Dénes, Mihály fia István ellen a kitüzött határnapon meg nem jelent.

Nos dausa voyuoda transiluanus et Comes de Zonuk damus pro memoria quod cum secundum continenciam priorum litterarum nostrarum dyonisius filius Chetnek contra Stephanum filium Micaelis in octauis beati nicolay confessoris iudi-

cio prius deposito peremptorie respondere qualibet occasione relegata coram nobis debuisset ipso termino adveniente nec uenit neque misit pro se aliquem responsaiem datum in dubrecen in termino prenotato anno domini M° CCC° X octauo.

Zárlatán félig ép pecséttel; eredetije két példányban van meg a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltvban. Közli: Csontosi J.

443.

1318. Omode fia Miklós soproni főispán az apáczáknak Chelee és Iheno nevü birtokait visszaadja.

Nos magister Nicolaus filius Omodei comes Supruniensis, et castellanus castrorum quamplurimorum memorie commendantes tenore presencium significamus ad quod presens scriptum pervenerit vniuersis. Quod cum nos ad instanciam et peticionem ordinis fratrum predicatorum condescendentes possessiones dominarum monialium deo fideliter famulancium Chelee et Iheno vocatas et ad sepertinetes (így), cum suis usibus et vtilitatibus ad se pertinencijs (így) eisdem duxerimus restituendum et resignandum (így), volumus ut vniuersi ad se conuenientes securi conveniant, et in libertate qua predicte domine ipsos seruare consueuerant ab antiquo secure et pacifice commorentur in eisdem. Nullum per nos aut per ad nos pertinentes, ipsos attinget dampnacionis nocumentum, dicimus eciam et concedimus, quod in predicta libertate ipsorum, ab omnibus molestare attemptantibus, protector existentes pro eisdem, animo tranquillo et quieto, tam se, quam ipsorum comitem, per predictas dominas pro tempore constitutum, manus nostras ab eisdem retrahendo penitus et per omnia conseruabimus, libere pacifice et quiete. Sicut eciam libere veniunt sicut libere recedant, clara luce, habita licencia, saluis ipsorum rebus et personis, datum anno domini M° CCC° XVIII°.

Hátlapján kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst oszt. Mon. Pos. 58. 2. Közli: Nagy Gyula.

444.

1318. Az egri káptalan előtt Szádelei János és fia Újvár megyei Kapronczа birtokuk felét Ithe fiának Delnei Jánosnak elörökítik.

Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Capitulum ecclesie Agriensis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire. Quod Johanne filio Makrabus et Nycolao filio eiusdem de Zadeley, ex una parte ab altera uero magistro Johanne filio Ithe Nobili de delne coram nobis personaliter constitutis per ipsos Johannem et Nycolaum filium suum propositum extitit quod quia idem magister Johannes filius Ithe per labores et expensas sue humanitatis ob dileccionem ipsorum quandam possessionem eorum kapruncha vocatam in Comitatu Nouicastri existentem ab indebitis occupatoribus et detentoribus eiusdem requisiuit et ipsis pacifice possidendam resignauit, ob hoc ipsi dimidietatem eiusdem possessionis kapruncha a parte aquilonali iacentem metis infrascriptis de reliqua dimidietate distinctam cum omnibus utilitatibus et pertinencys suis, et specialiter patronatu ecclesie beati Andree apostoli in eadem terra fundate uendidissent et tradidissent eidem magistro Johanni pro centum marcis plene receptis ab eodem sibi et suis heredibus iure perpetuo possidendam et habendam, In super obligarunt se dicti Johannes et Nycolaus filius suus ac heredes ipsorum predictum magistrum Johannem et heredes eiusdem vniuersos ab omnibus racione eiusdem dimidietatis terre inpetere nitentibus defendere et expedire proprijs laboribus suis et expensis, preterea donatus presbiter et magister Michael socij et Concanonicy nostri ex mandato regio ad audiendum consensum Cometaneorum in premissa uendicione terre, per nos ad hoc destinati, ad nos reuersi concorditer nobis recitarunt quod, ipsis presentibus Nycolaus de Trochan et Irka de eadem Item Johannes filius Georgij de Sumus et Egidius ac Iuanka filij Petri de eadem necnon Jacobus et Tumpus filij Dyonisi fili Irizlay Cometa-

nei ipsius terre kapruncha personaliter in ibi comparendo super empcione eiusdem terre dicto magistro Johanni filio Ithe beniuolum consensum prebuissent et assensum. Mete uero quibus ipsa dimidietas terre ab alia dimidietate separatur, prout eedem partes coram nobis recitarunt, hoc ordine exprimuntur, quod prima meta incipit super duabus metis terreis in quodam loco ubi fluuius Magarkapruncha excipitur ad quoddam fossatum Molendini de quibus egreditur in meatu eiusdem et cadit supra clausuram ipsius Molendini in magnum fluuium kapruncha, et ibi reflectitur uersus occidentem et eundo contra meatum ipsius fluuij iungit quendam Zarazpothoc et in eodem reflectitur uersus aquilonem et eundo directe transeundo caput eiusdem Zarrazpothoc uenit ad duas metas terreas de quibus transit ad imarginem Thuluc mezey et iungit sub quadam arbore Ilicis metam terream super qua reflectitur uersus orientem et eundo iungit quandam semitam que ducit de Razlouvicha ad Marganya per quam eundo ad eandem plagam cadit in fluuium Topul, per meatum cuius descendendo exit de eodem ad quandam semitam ducentem uersus komlous per quam eundo iungit riuulum quendam in quo uergit ad Chormosnasfee de quo descendit ad quoddam Berch de quo descendendo uenit iterato ad priorem metam unde inceperat et ibi terminatur. In cuius rei testimonium ad instanciam parcium presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas. presentibus tamen magistro Petro preposito Paulo Cantore Nycolao lectore N(icolao Custode) dominico de Nouocastro Watero (így) de Borosua Jacobo de Sumbun benedicto de heues et alio Benedicto de vng Archidyaconis et alijs multis Anno domini M° C(CC) decimo octauo. Regnante Karolo illustri Rege vngarie Thoma Strigoniensi Ladizlao Colocensi Archi Episcopis et domino nostro venerabili patre (M.) dei gracia Episcopo Agriensi existentibus.

Vörös és fehér színü selyem zsinóron függött pecsét nyomaival, s alól metszett betűkkel ; eredetije az orsz. lvr. kincst. oszt. N. R. 726. 30. Ugyanott 1534. 27. sz. a. az egri káptalannak 1371-ki átiratában is meg van. Közli : Nagy Gyula.

445.

1319. Temesvár, jan. 3. I. Károly király a margitszigeti apáczákat minden vámfizetés terhe alól felszabadítja.

Karolus dei gracia Rex hungarie fidelibus suis vniuersis Comitibus Castellanis et officialibus suis ac tributarijs quibus presentes ostenduntur, salutem et graciam fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus, quandocunque et quocienscunque, fruges, vina, ligna tam pro opere ecclesie quam pro usu claustri, et alia victui necessaria Sorores penitentes domine de Insula beate virginis de Buda, deferri fecerint, homines aut Jobagiones earum predicta deferentes, racione tributi, uel alia quacunque occasione, molestare nullatenus presumatis. Quia volumus vt huiusmodi victui necessaria et ligna tam in locis tributorum, quam alias ubique absque solucione alicuius tributi et sine inpedimento aliquali in ascendendo et descendendo predictis dominabus et Claustro deferantur et sicut Regie indignacionis iram formidatis, secus facere non presumatis, datum in Themuswar tercio die Strenarum. Anno domini M° CCC° XIX°.

A budai káptalan 1320-ki átiratából; ennek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Mon. Pos. 50. 2. Közli: Nagy Gyula.

446.

1319. Esztergom, jan. 11. Tamás esztergomi érsek előtt Cordus Miklós fia János az Aba nemzetségből való Marhard fia ellen bizonyos hatalmaskodás iránt, ezek pedig hat falu iránt folyamatban volt keresetöktől elállanak.

In xpi nomine amen. Nos Thomas miseracione diuina Archiepiscopus Strigoniensis Eiusdemque loci Comes perpetuus, Omnibus xpi fidelibus presens scriptum inspecturis, salutem in domino ad infrascripte rei Euidenciam et noticiam tenore presencium volumus cunctis fore nota, Quod cum anno domini M° CCC° decimo octauo, magister Johannes filius Ni-

colai dicti Cordus, contra magistrum Michaelem filium Morhardi Simonem et Ladislaum filios Johannis, et Johannem filium pauli, fratrum eiusdem Michaelis de genere Aba, coram magistro lamperto Judice curie domini nostri K. dei gracia illustris Regis hungarie super violencia et confraccione domus sue in villa Buzitha site, et iniuria ex eadem violencia sibi et suis parentibus illata, ac ablacione tesauri, estimacionis et valoris quatuor milium marcarum nec non et super morte seruientis sui nomine Michaelis fratris scilicet Luce filij hectoris causam mouisset et litem, tandem cum ydem Michael et Johannes propter quoddam dubium et quescionem super modo et forma responsionis testium per dictum Johannem coram Capitulo Albensis ecclesie Regalis productorum declarandam, de mandato et cum litteris ipsius domini Regis ad nos accessissent, quum studendum est nobis vt dissidentes proximos ad pacem magis quam ad iudicium exortemus nos ipsos, Johannem et Michaelem ad pacem amicabiliter inter eos reformandam inuitantes monuimus qui annuente ipso qui suorum fines pacem ponit et docet volentes ad vnionem et concordiam uenire, electis arbitratoribus ad composicionem inter ipsos faciendam infrascriptis videlicet discretis viris magistris Johanne lectore, Jacobo cantore, nicolao nitriensi cancellario nostro Michaele kumariensi damiano Borsiensi Archidiaconis, et magistro Johanne pauli (így), Canonicis Ecclesie nostre ac Ladislao Comite filio Gwla de kubulkuth seruiente nostro mutuo consensu et pacis osculo uicissim interueniente, fecerunt nomine suo et vice et nomine omnium parentum, fratrum nepotum consanguineorum quorum interest vel interesse potest, finem remissionem, atque concordiam generaliter de omnibus iniurys maleficijs offensionibus dampnis et contumelijs verbo vel facto qualitercunque vsque ad presens tempus ad inuicem illatis, specialiter autem memoratus Johannes renunciauit omni juri liti accioni, que sibi racione premissarum iniuriarum violenciarum, mortis seruientis sui, confraccionis domus et dampnorum quatuor milium marcarum et suis consanguineis competere dicebat Ipse quoque magister Michael nomine suo et nomine omnium fratrum nepotum et consanguineorum, quorum interest renunciauit omnibus Instru-

mentis munimentis litteris et priuilegys quorumcunque Hungarie Regum, que super donacione et collacione possessionum seu sex villarum dicti Johannis Buzitha Rechita kathun Chyp kaan lywba vocatarum et suarum pertinenciarum habere dinoscitur, et omnibus alys quorumlibet literis, priuilegijs seu instrumentis si que haberet, et generaliter alys omnibus Juribus litibus accionibus et excepcionibus, que sibi suorumque fratrum filijs fratribus et eorum heredibus de jure uel de facto competerent, habens quoque exnunc et reputans ipsa omnia priuilegia Instrumenta et munimenta in quantum ipsas possessiones seu villas prenominatas vel partem ipsarum tangunt, et jus sibi et suis consanguineis ex ipsis possessionibus et villis afferrent exnunc inania, cassa, vacua, et penitus omnibus viribus fore destituta et mortua, Insuper vt pacis vnio inter eos et suos consanguineos et heredes firma stabilitate perduret voluerunt, promiserunt et uinculo iuramenti, coram nobis, et dictis arbitratoribus seu compositoribus prestiti, se obligantes firmauerunt, Quod petrus filius hemiricy fily prenominati quondam Marhardi sororem seu neptem, prefati Johannis, filiam videlicet magistri Endre desponsaret sibi matrimonialiter et reciperet in uxorem, hac condicione adiecta, quod memoratus Johannes ex prenotatis sex villis vnam scilicet kaan vocatam Eidem filie Endre neptis sue Anith uocate in perpetuum daret et donaret, Temporeque desponsacionis per verba de presenti dicto petro assignaret, ipsam villam hoc modo forma condicioneque imposita, quod si ex parte ipsorum Michaelis et petri ac suorum consanguineorum staret quominus matrimonium inter dictum petrum et puellam prefatam compleretur antedicta villa kaan penes dictum Johannem perpetuo possidenda remaneret, si autem e conuerso, tunc ad ius et proprietatem ipsius Michaelis suorumque fratrum et nepotum heredumque deuolueretur pleno Jure, si autem ipsos petrum et puellam filiam Endre vel alterum ipsorum non consummato matrimonio vel consummato sed sine prole mori contingeret dato et soluto eidem Michaeli suisque fratribus nepotibus consanguineis et heredibus precio valore et estimacione ville kaan memorate tunc per fide dignos estimanda villa ipsa ad eundem Johannem deuolueretur habenda perpe-

tuo promiserunt et ydem Johannes et Michael nomine suo et nomine et vice omnium suorum parentum, nepotum consanguineorum, et eorum heredum quorum interest, ad inuicem sollempni stipulacione, scilicet unus alteri, quod super accusacionibus accionibus renunciacionibus, promissionibus et obligacionibus omnibus premissis per se uel alios, ulterius coram quocunque Judice, non procedent, nec eas de nouo instituent uel institui consencient, nec eciam aliquis eorum operam dabit quod aduersus alterum per inquisicionem aut alio modo per aliquem Iudicem vel Curiam procedatur, sed in totum a persecucione qualibet desistent et dictam pacem, finem remissionem atque concordiam, et omnia ac singula suprascripta perpetuo grata et rata et firma habebunt et tenebunt, nec contrauenient per se vel alios aliqua racione vel causa de Jure vel de facto in virtute Juramenti, coram nobis et ipsis arbitratoribus sollempniter prestiti, et pena excomunicacionis quam vtrisque volentibus et petentibus, in eos vel alterum ipsorum, si contra premissa mutuo non accedente consensu uenerint protulimus in hys scriptis et sub pena centum marcarum stipulacione ad inuicem inter eos in singulis articulis seu capitulis huius contractus seu composicionis in solidum promissa, et refeccione dampnorum et expensarum litis et extra (így) et obligaciones bonorum mobilium et immobilium, partis vtriusque, ita quod pena soluta vel non predicta omnia et singula firma permaneant et perdurent, preterea promiserunt sepefati magistri Johannes et Michael sub penis omnibus se prescriptis obligantes, quod omnibus prefatis promissionibus obligacionibus renunciacionibus et contractibus seu composicionibus et ordinacionibus aprobacionem ratihabicionem et consensum fratrum consanguineorum, et heredum, et omnium aliorum quorum interest et interesse potest, et quorum consessus in premissis desideratur, de iure et requiritur, cum ad inuicem fuerint requisiti coram aliquo Capitulo vel Conuentu sollempni mediantibus litteris obtinebunt vel habebunt, nichilominus premissis omnibus et singulis semper in suo robore duratoris (így). In cuius rei memoriam stabilitatemque perpetuam, presentes Sigilli nostri appensione fecimus communiri. Datum Strigonij per manus eiusdem magistri Nicolai Archidiaconi Nitriensis Cancellarij

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 510 von 696

nostri, feria quinta proxima post festum Epiphaniarum domini, Anno eiusdem Millesimo Trecentesimo decimo nono.

II. Ulászló király 1494-ki átiratából; ennek eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 424. 28. Közli: Kovács N.

447.

1319. jan. 15. A nagyváradi káptalan a Sartyánveze nemzetségből való Borsi Endre comes végrendelkezéséről bizonyságlevelet ad.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Capitulum ecclesie Waradiensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis, salutem in eo, qui pro humano genere voluit crucifigi. Nouerint uniuersi, quod licet incerta mortis hora semper debeat in animo prudentis esse suspecta, corporis tamen imminente languore, ipsius plus naturaliter formidatur euentus. Idcirco vir nobilis comes Endre de Bors de genere Sartyuanueze sanus mente, licet eger corpore, deliberacione prouida et deliberata prouisione, intuitu saluberrime consideracionis sue erigens et dirigens in remedium et suffragia animarum vocato et rogato ex nobis viro discreto magistro Thoma archidiacono de Zugholm socio ac concanonico nostro, et per nos pro testimonio transmisso, nec non alys nobilibus videlicet Myke dicto Tolue, nycolao et Thoma filijs Lucachij, petro dicto Cyne, ac Lucachio filie Lucachij, Item discretis viris paulo de sancto Andrea, et petro de pyspuky ecclesiarum sacerdotibus tunc ibi presentibus et vocatis, prout nobis idem Thomas archidiaconus retulit, inter ceteras testamenti sui ordinaciones et disposiciones, quasdam porciones suas in terris seu possessionibus Bors et Vduornukteluk vocatis in comitatu Byhoriensi existentibus, iure hereditario ipsum contingentes cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis videlicet aquis seu fluminibus, nemoribus, pratis, piscaturis, fenetis, terris arabilibus, ingressibus, et egressibus, ac limitacionibus iuxta veteras metas et antiquas, pro remedio anime sue reliquit iure legati nobili domine filie sue Kata nominate, uxori scilicet magistri Nycolai filij comitis Iuance filij marcelli, et filijs suis

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 511 von 696

Johanni videlicet Zeuke dicto, Ladislao et Nicolao ab eadem domina genitis, et alijs heredibus eiusdem procreandis, iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas, habendas et tenendas. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum tercio die octauarum Epiphaniarum domini Anno domini M° CCC° decimo nono.

Hártyaszalagon függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 1716. 2. Közli: Kovács N.

448.

1319. jan. 18. A nagyváradi convent előtt a Gútkeled nemzetségből való Apay fia István a Nyirségen lévő szőlősi birtokát unokaöcscsének birtokába bocsátja.

Nos Capitulum ecclesie Varadiensis, tenore presencium, quibus expedit significamus vniuersis, quod magister Stephanus filius Apay, de genere Guthkeled coram nobis porsonaliter comparendo, quandam terram seu possessionem Zeuleus nomine que aliter Apayteluke noncupatur, sibi soli pertinentem sicut dixit in vicinitate et commetaneitate possessionum seu villarum Apag et Napkur vocatarum existentem in Nyr, vacuam nunc, et habitatoribus destitutam, Nicolao filio Symonis filij Egidij de sorore sua genito, racione consanguineitatis et proximitatis, perpetuo, et inreuocabiliter possidendam, tenendam, et habendam, dedisse, donasse et contulisse est confessus, et per eum suis heredibus ac successoribus vniuersis, et cum presentes nobis fuerint reportate, nostrum eidem super hoc priuilegium conferri faciemus. Datum feria quinta proxima ante quindenam Epiphaniarum domini. Anno eiusdem M° CCC° decimo Nono.

Hátlapján monorú pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Csontosi J.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 512 von 696

449.

1319. jan. 21. A pozsonyi káptalan előtt Olgyai Péter fiai tárnoki birtokukon szolgájuknak egy curiát adományoznak.

Vniuersis xpi fidelibus presentes literas inspecturis, Capitulum ecclesie posoniensis salutem in domino sempiternam, ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire. Quod constitutus personaliter coram nobis, foko filius Comitis petri de Ogya, pro se, et pro Andich fratre sue est confessus oraculo uiue uocis, quod quia Jacobus filius Bwzka seruiens ipsorum qui presencialiter aderat, comiti petro patri ipsorum antedicto a longo tempore et ipsis post mortem dicti patris ipsorum a primeuo etatis ipsorum tempore, studuerit multipliciter et indesse (így) fideliter famulari, uolentes ipsi eidem Jacobo, iuxta exigenciam suorum meritorum respondere, et eadem fouere dileccione et tenere ob respectum suorum meritorum sicut pater ipsorum fouit et tenuit, quendam situm seu locum Curie in medio cuiusdam stagni Kyusaztold nuncupati existentem, ipsos hereditarie contingentem et sexaginta iugera terrarum arabilium, circa situm eiusdem Curie, a parte orientali in una longitudine et latitudine, de terris uille ipsorum Tarnuk nuncupate certis distinccionibus distincta sita et locata cum omnibus utilitatibus suis, prout Comes petrus pater ipsorum predicto Jacobo, dare uel donare deliberans decreuerat, dederunt donauerunt et tradiderunt coram nobis eidem Jacobo et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo ireuocabiliter possidendum habendum et tenendum. Obligando se, quod quicunque processu temporum eundem Jacobum aut suos successores racione supradicte donacionis uellent forsitan molestare, extunc Idem foko cum andich fratre suo tenetur expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roborando. Datum in festo beate Agnetis virginis. Anno domini M° CCC° decimo Nono.

A pecsét zöld, sárga és piros színű félselyem sodraton függ, fönt metszett betűk; eredetije két példányban az orsz. lvt. kincst. oszt. Mon. Posonien. 15. 2. Közli: Kovács N.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 513 von 696

450.

1319. Temesvár, jan. 24. I. Károly király a szepesi káptalant kiküldi, hogy a Sáros várához tartozó Újfalu birtokába Mikch sárosi föispánt iktassa be.

Karolus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo ecclesie Scepusyensis salutem et graciam. Magister Mykch comes de Sarus ad nostram accedens presenciam et sue fidelitatis seruicia nostre maiestati inpense rememorans et exponens quandam villam Castri nostri Sarus Wyfolu uocatam pro suis fidelibus seruicijs a nobis sibi dari postulauit, verum quia de qualitate et quantitate ipsius ville ueritas non constabat fidelitati uestre precipientes mandamus, quatenus receptis presentibus cum Kael filio Nicolai homine nostro vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, qui accedens super faciem predicte possessionis conuocatis commetaneis et vicinis eiusdem reambulent ipsam iuxta ueteres metas et antiquas et statuant predicto magistro Mykch si non fuerit contradictum, contradictores uero si qui fuerint, idem homo noster ad nostram citet presenciam contra eundem magistrum Mykch ad terminum competentem, posthec autem diem citacionis et terminum assignatum ac nomina citatorum cum cursibus metarum et tocius facti serie nobis fideliter rescribatis. Datum in Themeswar feria quarta proxima post Quindenas Epiphanyarum Domini Anno eiusdem Myllesimo. CCC° decimo nono.

I. Károly király 1322-ki átiratából; ennek eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 461. 15. Közli: Kovács N.

451.

1319. jan. 25. A pozsonyi káptalan előtt Kondorosi Pál és fiai kökényesi birtokukból Budafalvi Vermesnek és testvéreinek tiz holdat elörökítenek.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis. Capitulum ecclesie Posoniensis, salutem in domino sempiternam.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 514 von 696

Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, Quod constitutus personaliter coram nobis, Paulus filius Benke, de kundurus cum duobus filijs suis, uidelicet Nicolao et Johanne, et pro duobus filijs suis videlicet, Mathya, et Stephano ab una parte, Wermis, Andreas et Johannes, fily Petri, fili Bitir, de uilla Buda ab altera, idem Paulus cum dictis filijs suis est confessus oraculo uiue uocis, quod ipsi propter eorum paupertatem et necessitatem non modicam decem iugera terrarum arabilium, ipsos hereditarie contingencia inter terras kukynis, in uicinitate terrarum eorundem Wermis, et fratrum suorum existencia, eisdem Wermis, Andree, et Johanni, et per eos suis heredibus heredumque suorum successoribus, cum permissione et bonauoluntate Iwan fratris sui qui presencialiter aderat, quia idem Iwan dicebat ipsos Wermis Andream et Johannem a puericia ipsorum sibi fideliter seruiuisse, ac cum permissione Michaelis fily Mathei, cognati sui qui presencialiter, pro duobus fratribus suis uidelicet Peteu et Sebastiano comparauit, pro decem marcis denariorum Wiennensium, quamlibet marcam cum singulis decem pensis computando, plene et integre ab eisdem receptis, uendidissent, dedissent et tradidissent iure perpetuo in filios filiorum possidenda habenda, et tenenda. Obligando se quod quicunque processu temporum eosdem Wermis, Andream, et Johannem aut eorum successores racione dictorum iugerum uellent molestare, extunc idem Paulus cum omnibus suis, et filys filiorum suorum teneretur expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo Conversionis beati Pauli apostoli. Anno domini M° CCC° decimo Nono.

Hártyaszalagon függő pecséttel s fönt metszett betükkel; eredetije a pozsonyi kápt. ltvban, 14. 10. K. 3.

452.

1319. Nagyfalu, febr. 5. Baranya vármegye alispánja és bírótársai Óvári Jakab fiainak és társainak Tamás fiai elleni ügyét elhalasztják.

Nos magister Johannes curialis comes et Judices nobilium de Barana, ac Jacobus maior exercitus castri damus pro memoria, quod causam quam secundum continenciam citatoriarum literarum Capituli Quinqueecclesiensis nobis transmissarum feria secunda proxima post purificacionem Marie Johannes et Thadeus fily Thome. contra Nicolaum et Coraldum filios Jacobi, ac eciam Johannem et Laurencium filios lamperti de keurus mouere habuit (így) coram nobis, ad quintum decimum diem post datum presencium ad plenam responsionem faciendam, duximus prorogandam. Datum in Nogfolu. feria secunda prenotata Anno domini Millesimo. CCC° X. VIIII°.

Hátlapján két pecsét maradványaival ; eredetije a b. Révay cs. lvtban , »Gyulay« fasc. III. 21. Közli : Kovács N.

453.

1319. körül, Ibrány, febr. 6. Iván Szabolcs vármegye ispánja és bírótársai Billei Lőrincz ügyében Berzét János részére halasztást adnak.

Nos magister Iuan commes (így) de Zobolch et quatuor iudices de eadem damus pro memoria quod causa que uertebatur ex una parte inter Laurencium de Bille ab altera uero inter Johannem dictum berzet feria tercia proxima post festum purificacionis marie, qui dictus Johannes exigit litteras domini Regis vnde permisimus quod feria tercia proxima post pascam Johannes debet presentare litteras magistri Beke si acceptauerit magister Beke priuilegium benequidem si autem non tunc debent eodem die plenarie respondere datum in villa Ibrun post purificacionem.

Zárlatán pecsét nyomaival ; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban.

454.

1319. Veszprém, febr. 7. István veszprémi püspök szárberényi birtokát Nemthy Heym fiainak nevegvölgyi birtokával elcseréli.

Thephanus diuina miseracione Episcopus Wesprimiensis locique eiusdem comes perpetuus aule domine Regine Hungarie Cancellarius omnibus xpi fidelibus presentibus et futuris presentem paginam inspecturis salutem in domino saluatore, Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire Quod nos habita deliberacione matura consilio eciam et consensu fratrum nostrorum Capituli scilicet ecclesie nostre interueniente de terris nostris Episcopalibus in Zarberen habitis cum Ladizlao Paulo Georgio et Heym filijs Heym de Nempty super quibusdam terris eorum inferius exprimendis tale fecimus concambium irrefragabiliter perpetuo duraturum quod terras nostras Episcopales in Zaar Beren mixtim cum terris aliorum existentes, quas olim dominus Zlandus Episcopus Wesprimiensis predecessor noster pie memorie comiti Absoloni nobili Jobagioni suo de vrbel mediantibus litteris suis priuilegialibus et Capituli ecclesie sue, prout in eisdem plenius continetur, contulerat, et nos postmodum a filijs eiusdem absolonis empcionis titulo recuperauimus, cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs vniuersis, sessionibus videlicet Domibus et alijs hedificijs in eisdem habitis terris arabilibus fenetis siluis vsu Dolabri et locis piscacionis in Balatino dedimus et contulimus Ladyzlao Paulo Georgio et Heym prenotatis iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas in filios filiorum et heredum per heredes. E conuerso autem ydem Ladyslaus et Paulus ac fratres eorum prenominati quasdam terras eorum in valle Neueg cum terris populorum de villa sancti Jacobi et aliorum mixtim habitas in quibus quondam lintiscarij domini Regis habitabant, quas dominus Ladyzlaus Rex Hungarie filicis recordacionis comiti Heym patri eorum pro meritorijs seruicijs eiusdem mediante suo priuilegio contulerat et donauerat similiter cum suis vtilitatibus sessionibus scilicet vineis pratis et alijs pertinencijs dederunt et contulerunt

nobis et nostris successoribus Episcopis in Concambium terrarum premissarum Jure perpetuo et irreuocabiliter possidendas. Non hoc pretermisso, quod nos et nostri successores Episcopi eosdem filios Heym ac ipsorum heredes super terris prenotatis in concambium modo premisso eisdem per nos datis et collatis, si per quempiam processu temporum inpeterentur, expedire vt assumpsimus proprijs laboribus et expensis tenebimur. Similiter et ydem filij Heym ac ipsorum heredes prout dicti Ladyzlaus et Paulus pro se et pro fratribus eorum antedictis assupserunt (így) si qui nos et nostros successores lapsu temporum super terris nobis per eos assignatis vt est premissum ordine iudiciario inpetere attemptarent, tenebuntur propriis sumptibus et laboribus expedire. Si qua vero parcium, scilicet nos et nostri successores aut dicti filij Heym vel ipsorum posteritates, super terris prenotatis alteram partem vicissim nollet vel non posset expedire, extunc ipsas terras proprias modo pretacto cambitas quelibet parcium mutuo restituet et remittet de predicto concambio absolutas. Hoc adiecto, quod priuilegium dicti Domini Ladyzlai Regis prenotatum quod ydem filij Heym ad manus nostras assignarunt, si decursu temporis quandocumque necesse habuerint in expedicionem terrarum predictarum nobis per eos assignatarum nos et nostri successores tenebimur exhibere. In cuius rei testimonium perpetuamque firmitatem presentes concèssimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Factum anno Domini Millesimo CCC° Decimo nono. septimo Idus februarij. Datum Wesprimij per manus discreti viri magistri Dominici Wesprimiensis ecclesie nostre Lectoris Cancellarij nostri.

Zöld és fehér színű selyem zsinóron függő monorú pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Jes. Coll. Jaur. 20. 56. Közli: Nagy Gyula.

455.

1319. Szepsi, febr. 9. Fülöp szepesi és abaúji föispán Jakab fiát Jánost a forróí vám birtokában megerösíti.

Nos Magister Phi(lippus comes de)Scepus et de Wyuar memorie commendantes significamus quibus expedit et

presentes presentabuntur presencium per tenorem vniuersis Quod nos de benignitate nostra et gracia speciali pro fidelis (igy) seruicys et seruiciorum meritis Johannis fily Jacobi Telonium quod in forrow tempore predecessorum suorum eo more et Jure tunc temporis exigebatur eidem Johanni ipsum Telonium contulimus sew restituimus perpetue et inreuocabiliter eodem modo exigere ita ut vlterius nullus nostrorum seruientum nos pro ipso Telonio audeat sew presummat inpetere, promittimus eciam dictum Johannem in ipso Telonio sew in alijs Juribus contra coslibet (igy) ipsum molestare uolentibus fide nostra mediante protegere sew defensare Datum in Scepssi in octauis purificacionis virginis gloriose. Anno domini M° CCC° decimo nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1534. 32. Közli: Kovács N.

456.

1319. Meggyes, febr. 9. Móricz fia Miklós vajda máramarosi főispán és testvérei Luka fiainak a Kraszna vármegyei Schech nevü birtokot átadják.

Nos Nicolaus wayuoda filius magistri Maurici Comes de Malamorisio Mauricius Stephanus et Nicolaus fily eiusdem magistri, Memorie commendantes, significamus Tenore presencium, quam presentibus tam futuris, quibus expedit vniuersis dominorum decet prouidencie suorum subditorum plurimis compensare condignis, vt eosdem inuitati ad exequenda fidelitatis opera de promptis reddantur prompciores, hinc est quod cum Gregorius, Ladislaus et Petrus magistri filij Luka cognati nostri, sew proximi ab euo puericie sue cum effusione sanguinis eorum, nec non in diuersis negocijs nostris Bona et multa exhibuerunt seruicia et quia Laurencius frater ipsorum in pugna hospitum, de Malamorisio, circa nos transmigrauerit et ipsorum fidelitas nobis in defense fuerunt (igy) prolate et quod maius omnes possessiones eorum vltra Danubium existentes, quas filij Herrici, ab eisdem potencialiter occupando pro nobis perdiderant ob respectum fidelitatum eorundem, nos viua

voce sana mente, spontaneaque voluntate cum Generacionibus et cognatis nostris, nudius tercius premeditando, quandam possessionem nostram Schech vocatam, ad Sumlow continentem, in Comitatu Karazna adiacentem, eidem magistro Gregorio, Ladislao et petro fratribus suis dedimus, contulimus et donauimus iure hereditario pacifice, et quiete inreuocabiliter, Cum omnibus vtilitatibus suis, et pertinencijs, Juxta veteres metas, et antiquas, in filios filiorum, possidendam, obligando nos, quilibet nostrum, ad propriam personam, vt hanc donacionem non reuocabimus ab eisdem. Ceterum si qui ipsos supra ipsa possessione molestare voluerint, proprijs laboribus et expensis tenemur eos expedire, non hoc tamen pretermittendo, quod si per quem casum ipsam possessionem vendere vel Impignorare voluerint non extraneis, nec ceteris commetaneis vendere vel Impignorare valeant, nisi nobis vendere aut pignori obligare teneantur. In cuius rei memoriam concessimus litteras Sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Medies, in octauis purificacionis Beate Virginis, Anno Domini M° CCC° decimo nono.

Lilaszinű selyem zsinóron függő pecsét maradványával; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 933. 9. Megvan ugyanott későbbi átiratokban is 836. 1. és 944. 4. sz. alatt. Közli: Kovács N.

457.

1319. febr. 25. Az egri káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Bolcsárd földtér birtokába, mely a magban szakadt Eze tulajdona volt, Sándor fiát Jánost beiktatta.

Excellentissimo Domino suo Karolo dei gracia illustri Regi Hungarie. Capitulum ecclesie Agriensis oraciones in domino cum perpetua fidelitate. Litteras vestre serenitatis recepimus continentes, quod mittemus hominem nostrum pro testimonio fidedignum, coram quo Stephanus filius Marcelli de Zokul homo vester conuocatis commetaneis et vicinis, reambularet Possessionem Bulchard vocatam, in Comitatu de Wyuar existentem, et reambulatam per veteres metas et antiquas statueret Johanni filio Alexandri et per eum Gregorio et Ja-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 520 von 696

cobo filijs suis, si non fieret contradictum, Contradictores si qui fierent contra eosdem Johannem Gregorium et Jacobum filios eiusdem, ad nostram citaret presenciam ad terminum conpetentem. Nos igitur vestris mandatis obtemperantes vt tenemur misimus hominem nostrum virum ydoneum, videlicet Marcellum sacerdotem de Ida qui ad nos reuersus dixit, quod prefatus homo vester ipso presente sabbato proximo post Dominicam Circumdederunt, accessissent (így) ad faciem Possessionis Bulchard antedicte, et eandem presentibus Bug. Nicolao filio Mykoloch et Jordano de Belse ac Matheo de Belsey cometaneis eiusdem Possessionis reambulasset et statuisset eisdem Gregorio et Jacobo perpetuo possidendam, nullo contradictore existente, et idem homo vester similiter conmetaneus dicte Possessionis huic facto coram nobis consensum prebuit ac premissa consequenter affirmauit. Datum in Dominica Inuocauit. Anno domini Millesimo CCC° decimo Nono.

I. Károly királynak 1319. mart. 23-kán kelt megerősítő okleveléből; enek eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. N. R. 647. 29. Közli: Nagy Gyula.

458.

1319. Temesvár, mart. 1. Beatrix királyné a királyi jegyzőknek meghagyja, hogy a margitszigeti apáczák kilencz falujában a szerpénz beszedésétől tartózkodjanak.

Beatrix dei gracia Regina Hungarie dilectis et fidelibus suis Georgio notario domini Regis Nicolao filio Petri dictus (így) Weres et seruientibus magistri Thome Notario domini Regis et alijs vniuersis quibus presentes ostenduntur salutem et graciam. Cum ab antiquo tempore Reges ordinassent, quod a possessionibus seu villis pertinentibus ad insulam beate Margarete nullam accionem seu collectam vnius fertonis dicare seu exigere permisissent ob deuocionem beate margare (így) virginis cuius oracionibus in celis et in terris refrigerium expectamus, vnde fidelitati vniuersitatis vestre precipimus firmiter et districte quatenus super villas pertinentem (így) ad insulam beate Margarete Woosyan, Ta-

xun, Tukul, Ragald, Scingata, Jeneu, Pamaz, Chabia, Cholouk collectam vnius fertonis exigere seu recipere non audeatis, quia nos a domino nostro Rege karissimo pia peticione petendo et impetrando, quia suffragia precum seu oracionum monialia seu nobilissimi ac honestissimi (igy) domine pro domino nostro Rege karissimo et pro nobis nimium vallet, vnde cum dicit, Multum enim vallet deprecacio iusti assidua, ideo si graciam domini nostri Regis et nostre habere desideratis, aliud de predictis facere non audeatis nec presummatis. Datum in Temeswar feria quinta ante dominicam Reminiscere anno domini M° CCC° decimo Nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Vet. Buden. 25. 7.

459.

1319. Kálló, mart. 31. Iván Szabolcs vármegye ispánja és bírótársai előtt Lökös fiainak utódai Vbul fiának Mihálynak utódait bizonyos hitbér és hozomány iránt kielégítik.

Nos magister Iwan comes de Zobolch et quatuor iudices Prouincie de eadem damus pro memoria. Quod accedentes ad presenciam nostram. Stephanus Ladizlaus. et M. magistri filij comitis Michaelis, filij Vbul ex una parte, ex altera autem Johannes filius Pauli et Petrus filius Benedicti filij Lukus, pari uoluntate sunt professi, quod in rebus dotalibus et parafernalibus, que ab antiquo et tempore longeuo, inter eos more legitimo decens fuisset, per conposicionem virorum nobilium de eadem prouincia sic fuissent ordinati et pacificati, Quod idem Johannes filius Pauli viginti quinque marcas pro rebus parafernalibus, insuper viginti marcas iuxta formam et tenorem literarum capituli Varadiensis ecclesie fuisset receptus ab eisdem ita quod pro supradicta re, dedisset et tradidisset, dimidietatem partem terre Banck uocate, que ex parte semyen iacet et distenditur, suam partem et porcionem que aprioribus parentibus sibi iure et legitime remansissent, et successissent, Stephano Ladislao et Michaeli magistris supradictis, Petrus autem filius Benedicti, partem illam et porcionem ipsius terre, quam idem (Johannes) Johan-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 522 von 696

nes filius Pauli, dedit et donauit uoluntate, et cum bona pace, concessit, per circulum et reuolucionem sex annorum, cum omnibus utilitatibus fructus eius percipere, ita tamen, ut si medio tempore labentis, idem Petrus sepe nominatus deo fauente cum proprijs facultatibus, terram sepe dictam, mutare posset et redimere, extunc sumpmam tocius pecunie, et rerum parafernalium, ex utraque parte, uidelicet Johannis et sibi prouenientem, integraliter, usque ad prefixum terminum soluere tenebitur, conpleto autem sexto anno, si idem petrus redimere nequierit, extunc, eandem porcionem, quam idem Johannes tradidit et dedit, tenetur eisdem, uidelicet, Stephano et suis fratribus dare et donare, ipsis, (így) eredibus eredumque successoribus. dicimus eciam. quod quinta feria proxima post dominicam quasi modo geniti, Nicolaus filius Wilmod et Nicolaus de megh, personaliter uenientes, inter ipsos, scilicet filios Michaelis et Petrum filium Benedicti super faciem ipsius terre sub antiquis metis et certissimis iacentem, diuisionem faciunt, et ordinabunt, hoc adiecto, ut in die pentecostes, proximo uenturo utrique partes, videlicet filij Michaelis et Petrus antedictus, tenentur astare in medio capituli Waradiensis ecclesie et cum literis ipsius capituli ordinacionem premissam confirmare, pars autem ordinacionem et arbitrum non uolens, parti arbitrium toleranti, ante litem soluet sex marcas. Datum in Kallo sabbato ante dominicam ramis palmarum. Anno domini, M° CCC° decimo nono.

Zárlatán öt pecsét nyomaival ; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli : Csontosi J.

460.

1319. apr. 1. A titeli káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Chernelfölde nevü Szerém vármegyei birtokba István fiát Mátét beiktatta.

Excellentissimo domino suo Karulo dei gracia illustri Regi Hungarie Capitulum ecclesie Tytuliensis oraciones in

domino tam debitas quam deuotas, nouerit vestra Serenitas litteras vestre mayestatis recepisse per hec uerba. Karulus dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo ecclesie Tytuliensis salutem et graciam, nouerit vestra fidelitas, quod magister matheus filius Stephani fidelis noster ad nostram accedens presenciam et suas fidelitates nobis proponens et declarans quandam terram Chernelfeldi uocatam in Comitatu Syrmiensi existentem sicut dixit nostre collacioni pertinentem pro suis fidelibus seruicys sibi dari a nobis postulauit sed quia de qualitate et quantitate eiusdem terre nobis veritas non constabat et utrum nostre collacioni pertineat nec ne fidelitati vestre precipientes mandamus quatenus receptis presentibus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum coram quo, Leustachius de Dauti homo noster conuocatis commetaneis et vicinys reambulet prefatam possessionem iuxta veteres metas et antiquas et statuat dicto magistro Matheo si non fuerit contradictum, contradictores autem si qui fuerint ad nostram citet presenciam ad terminum competentem post hec autem diem citacionis terminum assignatum ac nomina citatorum cum cursibus metarum et tocius facti seriem nobis fideliter rescribatis Datum in Zurduk die Sabbati proximo ante dominicam Reminiscere Anno domini M° CCC° decimo nono. Nos igitur preceptis vestre magnitudinis obedire cupientes ut tenemur cum predicto homine vestro vnum ex nobis Johannem videlicet decanum socium et concanonicum nostrum pro testimonio transmisimus ad premissa fideliter exequenda Qui quidem homo noster cum eodem homine vestre Celsitudinis ad nos reuersus nobis dixit, quod in Ipsius presencia Idem homo vester accedendo ad faciem terre Chernelfolde uocata eam conuocatis commetaneis et vicinis preter Emericum filium pauli de Scekul qui uocatus semel et secundo venire non curasset reambulando et diligenter inquirendo invenisset vestre collacioni pertinere, et sic nullo contradictorio existente statuisset et assignasset predicto magistro Matheo filio Stephani perpetuo possidendam, et quia propter antiquitatem temporis de specialibus cursibus metarum meram ueritatem indagare nequiuisse se referebant, ob hoc eiusdem terre metas particulares per singula circumscribere et presentibus obmisimus

annotare. Datum in Dominica Ramispalmarum Anno Domini M° CCC° decimo Nono.

Hátlapján monorú pecsét nyomával; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1506. 18. Közli: Kovács N.

461.

1319. apr. 3. A budai káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy a Pest vármegyei Tinnye birtokba Kázmér fiait beiktatta.

Excellentissimo domino suo karolo dei gracia illustri Regi Hungarie Capitulum ecclesie Budensis oraciones in domino debitas et deuotas. Litteras vestre serenitatis honore quo decuit recepimus tenorem huiusmodi continentes. Karolus dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo ecclesie Budensis salutem et graciam. Noueritis quod magister Andreas et Johannes filij Kazmeri ad nostram accedentes presenciam et suarum fidelitatum seruicia nostre maiestati rememorantes quandam terram vacuam et habitatoribus destitutam Tennye vocatam in Comitatu Pestiensi existentem asserentes ipsam fuisse Farkasy hominis sine Herede decedentis et ex eo iure nostre collacioni pertinere pro suarum fidelitatum seruicijs a nobis sibi dari et conferri perpetuo postularunt, verum quia nobis de qualitate et quantitate ipsius terre et vtrum hominis sit sine herede decedentis nec ne, veritas nobis non constat, fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, coram quo Johannes uicecomes de Pylys homo noster conuocatis commetaneis et uicinis suis per ueteres metas et antiquas reambulet et stuat (így) cum omnibus suis vtilitatibus ipsis magistris Andree et Johanni fratri suo si non fuerit Contradictum. Contradictores uero si qui fuerint contra ipsos Andream et Johannem ad nostram citet presenciam ad terminum conpetentem. Et post hec diem citacionis terminum assignatum nomina citatorum simul cum cursibus metarum nobis fideliter rescribatis. Datum in Themeswar in Dominica Judica anno Domini M° CCC° Decimo nono. Nos itaque preceptis vestre celsitudinis obtemteperantes (így) vt tenemur cum predicto Johanne homine vestro uicecomite de Pylys

nostrum hominem Petrum videlicet presbiterum canonicumCapelle beate uirginis et prebendarium Chori ecclesie ecclesie (így) nostre ad premissa exequenda pro testimonio Duximus destinandum, qui Demum ad nos reuersi nobis Concorditer retulerunt vt sicut diligenti inquisicione facta, a quibus decuit et licuit scire potuissent ipsam terram Tynnye vocatam sciuissent fuisse Comitis Werneli quondam Rectoris Castri Budensis, et Consequenter magistri ladizlay filij eiusdem similiter quondam Rectoris Castri eiusdem sine herede decedentis et eisdem a Moyus fratre Donbo titulo pignoris perpetuo Deuolutam et de eo iure collacioni vestre excellencie pertinere ipsamque terram conuocatis conmetaneis et uicinis per veteres metas et antiquas reambulassent et nullo contradictore conparente cum omnibus suis vtilitatibus statuissent predictis magistris Andree et Johanni secundum vestrum preceptum et mandatum. Datum feria tercia proxima post Dominicam Ramispalmarum anno Domini M° CCC° X° nono.

I. Károly királynak 1322-ki megerősítő leveléből, melynek eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. 571. 35. Közli: Nagy Gyula.

462.

1319. apr. 13. Simon Krassó vármegye ispánja bizonyítja, hogy Olasz Pál Bach Kenéznek és fiának Egres nevü falujából a lakókat más helyre telepítette le.

Nos magister Symun Comes de Kraso damus pro memoria, quod Bach Kenezius unacum Ivan filio suo ad nostram accedens presenciam, dixit nobis protestando quod Paulus dictus Oloz quandam villam suam Egrus uocatam potencialiter ad alium locum in eadem terra, nomine sue possessionis transtulisset, et fecisset residere, sed quia nobis ipsius rei ueritas non constitit hominem nostrum scilicet Comitem Blasium, una cum Laurencio homine discreti viri magistri Johannis prepositi Albensis ecclesie domini Regis vicecancellarij, ad sciendam de premissis ueritatem transmisimus, qui demum ad nos reuersi retulerunt, quod iuissent et sciuissent omnia premissa, modo et ordine prehabito, per dictum paulum fuisse irrogata

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 526 von 696

et idem Baach prohibuisset eum ab omni usu ipsius terre ante dicte, datum feria sexta proxima ante Dominicam quasimodo geniti anno domini M° CCC° decimo nono.

Hátlapján pecsét nyomaival ; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli : Csontosi J.

463.

1319. apr. 26. A buda-felhévízi convent elött Kunchlin fia és neje Felhévízen egy curiát Becsei Imrének elörökítenek.

Nos frater Georgius prior et conuentus cruciferorum ecclesie sancte Trinitatis de calidis aquis, memorie commendantes significamus, vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, Quod Stephanus filius Kunchilini, cum domina Seba uxore sua de eisdem Calidis aquis coram nobis personaliter constituti, quemdam fundum curie sue cum domibus et cum vinea sua super eandem domum suam sitam de eisdem calidis aquis a primo marito eiusdem domine Sebe sibi legatum, videlicet, a Jacobo filio Salomonis, In vicinitatibus magistri Emerici de Beche, et vinee relicte Augustini, nunc vero consortis Ladislai de eisdem Calidis aquis, de uoluntate et permissione omnium cognatorum et vicinorum suorum predictorum confessi sunt vendidisse et dedisse pro quatuor marcis argenti communis, eidem magistro Emerico et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus, nullo contradictore existente, iure perpetuo possidendum, dictum fundum curie et vineam predictam possidendam, assumpmendo nichilominus predicti Stephanus et domina Seba tam ex parte cognatorum quam eciam ex parte aliorum quorumcunque molestare et inquietare uolencium racione possessionum predictarum ipsum magistrum Emiricum et suos successores defendere et liberare proprijs laboribus et expensis, obligando se idem magister Emiricus, vt quemcunque posuerit ad domum predictam, causa morandi nostro Judicio astare tenebitur, et nostrum terragium singulis annis soluere similiter se obligando, et si aliquid villanis tam domino Regi tam domine Regine, quam eciam aliquibus baronibus dare contingat sicut ceteri de qua-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 527 von 696

libet mansione soluerint circa collectam soluere se eodem modo obligando. Datum feria quinta proxima, post festum beati Georgij martiris, anno domini M° CCC° decimo Nono.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 860. 7. Közli: Kovács N.

464.

1319. Bánth, máj. 6. Ferencz, a keresztesek magyarországi főnöke, Bonahida és Krassó nevü birtokaiknak László pécsi püspök birtokai felöl való határjárásáról bizonyítványt ad.

Nos frater Franciscus Magister Cruciferorum domus hospitalis Jerosolimitane dominus de Gran (így) procurator per hungariam et Sclauoniam generalis in persona nostri superioris MagniMagistri,Significamus quibus expedit presencium per tenorem Quod quia possessiones nostre Bonahida Crasso vocate vnacum possessionibus venerabilis patris domini Ladislai Episcopi Quinqueecclesiensis ac cum filij sui fratris philpe nomine vicine essent et coniuncte, distinccionesque metarum ipsarum possessionum, populi et Jobagiones vtrarumque parcium errantes et ignorantes quodammodo discordias et inimicicias inter se suscitassent, Ideo nos ex consilio predicti nostri Magni Magistri omniumque fratrum nostrorum de ipsis metis sciscitari, ac easdem Juxta series et continencias duorum priuilegiorum olym domini Bele Incliti Regis hungarie, tam apud nos quam apud ipsum dominum Ladislaum Episcopum habitorum ipsas metas seriatim in se declarancium reuidere et circumspicere, ac easdem in perpetuum roborare volentes, ad facies prelibatarum possessionum vnacum eodem domino Episcopo vicinis et commetaneis nostris vniuersis inibi conuocatis etpr esentibus accedendo reambulauimus, reambulatasque Juxta series ipsorum duorum priuilegiorum in faciebus earumdem possessionum in specie exhibitorum, ac secundum informacionem et investigacionem annotatorum vicinorum nostrorum, proud (így) eciam condam frater Loquetus (így) noster predecessor, ipsas metas cum magistro philipo filio Comitis ladislai fratre videlicet dicti do-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 528 von 696

mini ladislai Episcopi reinuenisse et conmunisse dignoscitur perpetuo easdem metas et irreuocabiliter taliter duximus roborandas, Quod incipiendo a lacu kas vocato qui procedit a longo ponte visonthhida dicto Juxta villam eiusdem domini Ladislai Episcopi Babarini vocata vadit directe ad septemtrionem et peruenit ad magnam viam euntem in villam verufyn ubi sunt mete terree deinde vadit ad ipsam plagam per siluam et rubeta kercorum et peruenit ac descendit in quendam meatum aque strusica alio nomine wleza vocatum per quem uadit infra quousque descendet in lacum Medues dictum in vicinitate possessionum nobilium de Zabo, Itaque possessiones a parte occidentali habite eisdem domino ladislao Episcopo et fratri suo iure perpetuo sicut ab antiquo dignoscuntur possidende, possessiones vero a parte orientali existentes nobis remanebunt, similiter iure perpetuo possidende, datum in Banth in festo Beati Johannis ante portam latinam Anno domini M° CCC° decimo Nono.

Hátlapján kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 443. 7. Közli: Nagy Gyula.

465.

1319. máj. 13. I. Károly király Mihály fiának Simonnak, somlai és krassói főispánnak, az alább felsorolt huszonhárom falut visszaadatni rendeli.

Karolus Dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Rex. Omnibus xpi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Et uirtutum premia sunt benemeritis tribuenda, et boni ad exercicium probitatis inuitandi sunt quasi quibusdam muneribus illecturis, exortacionibus premiorum, cum res omnis per exercicium recipiat incrementum et exercitata virtus ad sumpmi loci fastidia suos prouehat possessores, Amplitudini ergo Regie conuenit Maiestatis, viros fidelitatis dapibus refectos, sue extollere munificencie donatiuis. Proinde ad vniuersorum, tam presencium, quam posterorum noticiam,

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 529 von 696

harum serie volumus peruenire. Quod magister Symon filius Mychaelis Comes de Sumlou et de Karasou dilectus et fidelis noster, ad nostre maiestatis accedens presenciam, et sue fidelitatis seruicia ab olym magne diligencie studio nobis impensa, rememorans et exponens, quasdam villas seu possessiones sicut dixit sibi Jure hereditario attinentes Nogsoyou Pozpus, Barla Serleng Symonteluke Varhe...Radla Hermanteleke Jordanfolua Sebus Greseph Solmus Sarpataka Sarumberg, pinar Knezeg, vnkateluke kurtuelkopu Nogfilpus Kysebfilpus Zentushaza Haraztus et Bartaleusvyfolua vocatas, sibi pro suis fidelibus seruicijs reddi et restitui a nobis humiliter supplicando postulauit. Nos igitur secundum quod Regie magnitudinis expostulat et requirit officium, vt vniuscuiusque merita animo meciatur pietatis, et hys quos opera sue uirtutis Regali remuneracione efficiunt dignos grata debent reddere premia meritorum propositis peticionibus ipsius magistri Symonis diligenter auditis Reuocatisque in memoriam fidelitatum obsequijs eiusdem que idem, continuis locis et temporibus nostro iugiter lateri adherendo, filios suos conpedibus mancipatos et possesiones ac bona ipsius, manibus Mathei de Trinchinio, nostri et tocius Regni nostri infidelis desolacioni relinquendo, et personam eius dubijs fortune casibus pro constancia fidelitatis nobis et sacre Corone Regie obseruanda submittendo, multipharie multisque modis meruit complacere, et se reddere graciosum ita quod ipsius seruicijs fidelibus, noster Regius animus pre ceteris mitissime conquieuit, volentes huiusmodi fidelitatibus et seruicijs specialibus eiusdem Regio occurrere cum fauore, prememoratas villas seu possessiones cum omnibus earum attinencijs et vtilitatibus vniuersis, sub antiquis metis et terminis eo Jure quo ad ipsum Magistrum Symonem pertinere dinoscuntur, eidem et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus, sine preiudicio Juris alieni, reddidimus et restituimus possidendas tenendas et habendas, Jure perpetuo pacifice et quiete. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras nostras priuilegiales duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarij et archidiaconi de Kukulleu, dilecti et fidelis

nostri. Anno domini Millesimo CCC° decimo nono, tercio Idus may. Regni autem nostri anno similiter decimo nono.

Az erdélyi káptalannak »Simon filius Michaelis comes de Medyes« kérésére 1320-ban kiállított átiratából, melynek eredetije az orsz. lvt kincst. oszt. N. R. 1506. 19. Közli: Kovács N.

466.

1319. Temesvár, máj. 16. Lampert országbíró a Dobó és Eliás fia János s társa között föntforgó ügyet elhalasztja.

Nos magister Lampertus Judex Curie domini Regis et Comes Chanadiensis damus pro memoria, quod causam quam Dobou pro quo Nicolaus dictus de vng cum procuratorys litteris domini Regis extitit contra Johannem filium Elie Thomam filium Clementis pro quibus donch et Bedeu astiterunt et terminum assumpserunt secundum continenciam literarum Capituli agriensis in quindenis beati Georgy martiris citatos legitime sicut in litteris dicti Capituli videmus contineri habebat coram nobis et primus terminus eorum esse dignoscebatur ad octauas beati Jacobi Apostoli nunc venturas duximus prorogandam ad peremptoriam responsionem faciendam Datum in Tymusuar nono die termini predicti Anno domini M° CCC° X° IX°.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 54. 28. Közli: Kovács N.

467.

1319. máj. 18. Az egri káptalan előtt Szentkirályi Pál, Lócz nevü Gömör vármegyei birtokának Finta és János által történt elfoglalása ellen tiltakozik.

Nos Capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria. Quod paulus filius Ladislai de Zenthkyral personaliter coram nobis comparendo per modum protestacionis nobis significare curauit, Quod quendam (így) possessionem suam louch uocatam in Comitatu Gumuriensi ut dicitur existenten, fynta et

Johannes ac fratres sui occupassent et detinerent in preiudicium suum grande et iacturam non modicam. Et quia dicta possessio louch eidem paulo iure hereditario attineret Ideo prephatos (így) fyntam et Johannem vnacum fratribus suis ab usu percepcione et occupacione dicte possessionis louch prohibendo inhybuit et inhibendo prohibuit coram nobis datum secundo die festi asscensionis domini, anno domini M° CCC° decimo nono.

Papiron, *) zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 1743. 32. Közli: Nagy Gyula.

468.

1319. jul. 2. András valkói főesperes az Óvári Conrád leánya Csala és Mize nádor fia Jakab között létre jött eljegyzést felbontja.

Nos magister Andreas Archidiaconus de Wolkou, ac Yconomus venerabilis in xpo patris domini Ladislai dei gracia Episcopi Quinqueecclesiensis memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, quod domina Chala nobilis puella filia Jacobi fily korardi de Owar vnacum domina matre sua, eodem domino nostro Episcopo in remotis agente, ad nostram accedens presenciam sua peticione nobis monstrare curavit, quod cum potencia Heyze in partibus istis imminebat, eundem patrem suum, ipsam ante septennium etatis sue, per potenciam suam, filio Myzee fratris sui, in uxorem in facie ecclesie desponsare coegisset. Verum ipsa puella, postquam annum discrecionis sue etatis conpleuisset, nec tacite nec expresse, consensum huic paccioni prebuisset, ymmo quociens mencio de ipsa desponsacione in presencia ipsius fiebat, semper expresse contradixisset, nec eciam de persona eiusdem fily Myzee, cum nimis contractus in tenera etate eorum extitisset, qui statim post desponsacio-

*) Papirra írt okleveleink a XIV. századnak még második tizedéből sincsenek; föntebb 108. sz. a. előadott kételkedésemet, és hogy a jelen oklevélnél is az évszámban tollhiba csúszhatott közbe, itt is fönttartom. Szerk.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 532 von 696

nem se ad remotas partes transtulit, noticiam haberet aliqualem, Idcirco petens a nobis, ut ei cum alio licenciam daremus contrahendi. Cuius domina mater sua antedicta, cum litteris Capituli ecclesie eiusdem, ac discretis viris Egidio nostro preposito, nec non magistro petro rectore ecclesie beati Bartholomei, et alys quam pluribus presencialiter existentibus de dictis eiusdem puelle nobis fidem fecit cerciorem. Vnde cum de iure locum non habeat consensus vbi metus uel coaccio interuenit. Cum eciam sponsalia infra septennium contracta inter puerum et puellam, nisi per conhabitacionem eorum mutuam, seu alias uerbo uel facto ipsorum liquido appareat eosdem in eadem voluntate factos maiores septennio perdurare, sponsalia huiusmodi, que ab inicio nulla erant per lapsum dicti temporis minime convalescant, ideo ipsam puellam a predicto filio Myzee absolutam denunciantes eidem cum alio licenciam dedimus contrahendi. Datum feria proxima (így) post octauas beati Johannis baptiste. Anno Domini Millesimo CCC⁰ decimo nono.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a b. Révay cs. lvtban, »Gyulay« fasc. III. 22. Közli: Kovács N.

469.

1319. Temesvár, jun. 11. Lampert országbíró a Logret fia János és Óvári Jakab közti ügyet elhalasztja.

Nos Magister Lampertus iudex Curie domini Regis et Comes Chanadiensis Damus pro memoria quod causam quam magister Johannes filius Lugreti pro quo albertus seruiens suus cum procuratorys litteris Capituli Quinqueecclesiensis astitit, contra Nicolaum et Corrardum filios Jacobi, qui personaliter comparuerunt in octauis pentecostes secundum continenciam litterarum nostrarum prorogatoriarum habebat coram nobis, ob preceptum Regium, ad octavas natiuitatis beate virginis nunc venturas in statu priori duximus prorogandam. Datum in Temeswar nono die termini prenotati. Anno domini M⁰ CCC⁰ decimo nono.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a b. Révai cs. ltvban, »Gyulay« fasc. III. 24. Közli: Kovács N.

470.

1319. jun. 12. A pécsi káptalan előtt Ovári Jakab fiai Szederkény, Papd és Kovácsi faluknak János baranyai főispán által való megvásárlása ellen tiltakoznak.

Nos Capitulum Quinqueecclesiense damus pro memoria Quod anno domini M° CCC° decimo nono tercia feria proxima post festum beati Barnabe apostoli Markus sacerdos ecclesie de Gula capellanus Nicolai et Korardy filiorum comitis Jacobi filij Korardi vice et nomine eorumdem in nostri presencia personaliter constitutus permodum protestacionis nobis dixit quod magister Johannes filius comitis Lugreti comes de Barana possessiones eorundem filiorum Jacobi Zydyrkyn uterque popt koachy uocatas cum alys pertinencys nomine empcionis cccupare niteretur et super hoc priuilegium nostrum nescientibus ipsis filijs Jacobi recepisset, vnde ydem fily Jacobi, per predictum Marcum sacerdotem capellanum eorum predictum magistrum Johannem ab empcione et occupacione et quoslibet a uendicione et alienacione dictarum possessionum inhibuerunt et inhiberi fecerunt contradicendo et contradixerunt inhibendo. Datum die et anno prenotatis.

Zárlatán ép pecséttel; eredetije a b. Révay cs. ltvban, »Gyulay« fasc. III. 20. Közli: Kovács N.

471.

1319. jun. 21. I. Károly király a hütlen Istvánnak és fiainak továbbá Chuntha László fiainak valamint Ördög Andrásnak és Botos Miklósnak összes birtokait, a Zil nemzetség birtokainak kivételével, Elefánti Dezsönek, sebesvári várnagynak adományozza.

Arolus dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Rex. Omnibus xpi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Cum uirtus premio et fidelitas remuneracionis bene-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 534 von 696

ficio nullatenus carere debeat nichilominus malefactorum in sulencia (így) per condignam Regalis sentencie vindictam debet edomari. Eapropter ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod cum Stephanus filius Laurencij Chumpaz et Ladizlaus filij eiusdem Johannes Beke et dominicus filij Ladislai dicti Chunta Item Johannes Andreas wrdug dictus et Nicolaus dictus Butus a via fidelitatis nobis et sacre Corone Regie obseruanda diuertendo inflati spiritu superbie non attendentes quod qui resistere naturali domino moliuntur manifeste uidentur diuinis disposicionibus obuiare dampnabili presumpcione contra nostram maiestatem insurgendo et Moys filio Moys notorio infideli nostro adherendo vnacum eodem aduersos processus contra nephandissime committere ymo mala malis acumulando inprofundum vergentes malorum possessiones fidelium nostrorum vicibus iteratis deuastare non formidassent. Nos ex officij nostri debito aduertentes quod publice vtilitatis intersit ne crimina remaneant inpunita et ne per inpunitatis audaciam alijs presumptoribus similia transeat in exemplum facti peruersitas de baronum nostrorum consilio prefatos infideles vniuersis suis possessionibus in Regno nostro ubique existentibus contra ipsos gladium vlcionis debite exerentes duximus spoliandos. Quas quidem possessiones magister Deseu de Elewanth Castellanus de Sebuswar dilectus et fidelis noster ad nostram accedens presenciam et sue fidelitatis seruicia, magne diligencie studio nobis inpensa proponens et declarans pro suis fidelibus seruicijs anobis sibi dari et conferri perpetuo postulauit, verum quia Regie magnitudinis nostre expostulat et requirit officium vt hys quos opera sue virtutis Regali remuneracione dignos efficiunt grata debeamus reddere premia meritorum propositis peticionibus dicti magistri Desew diligenter auditis Reuocatisque in memoriam fidelitatum obsequijs laude dignis que idem in diuersis nostris et regni nostri expedicionibus tam prosperis quam aduersis dubijs fortune casibus se submittendo continuis locis et temporibus oportunis que suo modo per singula longum esset enarrare et presentibus inseri tediosum cum sumpme fidelitatis studio exhibuit et inpendit de quibus ad informacionem ceterorum et memoriam posterorum hec pauca presentibus ius-

simus annotari. Ipse si quidem magister Desew vt industriosam sue fidelitatis constanciam ostentaret quam sui cordis desiderio nobis et sacre corone Regie obseruare anelabat (igy) a consorcio Mathei de Trinchinio nostri et tocius Regni nostri notorij infidelis diuertendo vniuersis possessionibus suis et bonis et quod pluris est filijs vxori et filiabus in manibus eiusdem pro nostri honoris promotore relinquere et deserere perinpendentibus nostris seruicijs se applicauit, quiquidem Matheus infidelis sue detestabilis infidelitatis tramitem non relinquens et tirannidem filios eiusdem magistri Deseu exoculare et dominam consortem ipsius usque ad extremam spiritus exinanicionem in sua captiuitate detinere non expauit per quod idem magister Deseu quandam fidelitatis prerogatiuam pre ceteris sorciendo nostram graciam et fauorem non inmerito meruit adipissci demum cum ipse magister deseu in nostris seruicijs desudando, Castrum nostrum Cheewar nuncupatum ex nostra collacione conseruaret et Stephanus filius Lorandi woyuode et Bekch filius Kopaz notorij nostri infideles ex conspiracione maligna, ad expugnandum dictum castrum nostrum in oprobrium Regiminis nostri venire atteptassent (igy) et idem castrum ausu temerario concremassent ipse magister Desew in occursum eorundem de dicto castro exeundo laudabiliter cum eisdem dimicauit et in captiuitatem eorum incidere pro nostra promocione minime formidauit qui dum huiusmodi captiuitatem infra curriculum temporis spaciosum per nos euasisset, tam diu castrum dicti Bekch volko vocatum et Castrum Stephani memorati infidelium derguech nominatum recuperatis viribus sue facultatis expugnare non destitit donec ipsa Castra domino annuente obtenta nostre maiestati assignauit. Ad hec vt prefatus magister Desew fidei sue constanciam in quolibet certis indicijs conprobaret cum filios Luthardi infideles nostros speciales de nostro mandato debellasset. deo ulcionum et domino exercitum propiciante felici super ipsos obtenta victoria possessionem eorundem Zylag vocatam dominio nostre celsitudinis fideliter subiugauit. tunc eciam cum Castrum Adrian appellatum quod tunc per kopoz prenotatum infidelem nostrum contra nos indebite detinebatur vallata manu expugnassemus memoratus magister Deseu sub

eodem Castrum (így) efficaciter dimicando obsequium exercuit graciosum per cuius frequens et laudabilem (így) ministerium honor inperium et sublimitas serenitatis nostre non modicum sumpsit incrementum. volentes pro tot et tantis fidelitatum obsequiosis meritis eidem magistro Desew Regio occurere donatiuo prescriptorum, Stephani Chumpaz et Ladizlai. Johannis Beke ac dominici Item Johannis Andre et Nycolai infidelium vniuersas possessiones vbilibet in Regno nostro constitutas exceptis possessionibus quorumlibet de genere Zyl existencium et specialiter Job et Petri filij Guthardi de eodem genere quas prenotatus Stephanus tempore Ladizlai quondam woyuode Transiluani indebite occupatas possidebat iam dicto magistro deseu et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus a memoratis infidelibus nostris aufferentes eoquod ydem perpetua laborent egestate dedimus donauimus et contulimus sine preiudicio aliorum Juris perpetuo possidendas tenendas et habendas. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarij et Archidiaconi de kukulleu dilecti et fidelis nostri. Anno domini M° CCC° decimo Nono, vndecimo kalendas Julij. Regni autem nostri anno similiter decimo Nono.

I. Károly királynak 1323-ban, quarto kalendas Augusti, kelt átiratából; ennek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 870. 3. Közli: Nagy Gyula.

472.

1319. Kálló, jun. 23. Iván Szabolcs vármegye ispánja és bírótársai bizonyítják, hogy Karázi Sándor, Mihály fia részére a kitüzött határnapon meg nem jelent.

Nos magister Iwan comes de Zobolch et quatuor iudices eiusdem prouincie, damus pro memoria quod feria sabbato proxima ante festum Johannis Baptiste, Michael filius mychaelis constitutus coram nobis in Kallo qui dixit legitime citasse Nicolaum filium Alexandri de Karaz, adueniente termino qui-

quidem Nicolaus nec uenit nec misit responsalem dictus Michael coram nobis legitime espectatus (így), Datum in Kallo in die prenotata Anno domini M° CCC° X° nono.

Zárlatán pecsétnyommal; eredetije a N. Muzeumban, a Kállai cs. ltban. Közli: Csontosi J.

473.

1319. Temesvár, jun. 24. I. Károly király jóváhagyja és megerősíti Dombó Valkó vármegyei birtoknak Dombai Egyed által a File fia Miklós számára történt adományozását.

Nos Karolus dei gracia Rex Hungarie Significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, Quod Egidius filius Nicolai de Dumbo ad nostram accedens personaliter presenciam, a nobis cum instancia postulauit, vt quia heredum esset solacio destitutus, de porcione possessionis sue hereditarie, Dumbo uocate, in Comitatu Wlko existenti que demum secundum consuetudinem regni approbatam, post mortem eiusdem, collacioni et donacioni Regie maiestatis de iure pertinebat, magistro Nicolao filio Phile fideli nostro tamquam proximo benefactori suo, in vita sua et in ultima uoluntate, liberam relinquendi, donandi et legandi, de speciali gracia concederemus facultatem. Nos igitur calamitati et inopie prefati Egidij compacientes fideliaque seruicia prefati Nicolai considerantes, supplicacionibus prefati Egidij, regio fauore inclinati, duximus ex speciali gracia concedendum, ut predictam porcionem possessionis sue de Dumbo, predicto magistro Nicolao sine preiudicio iuris (így); cuilibet valeat donare et legare, quiquidem Egidius in nostri personaliter astans presencia dictam porcionem possessionis sue de Dumbo, predicto magistro Nicolao Phile similiter personaliter astanti, de nostra permissione et beniuolencia, dedit donauit et legauit, cum omnibus utilitatibus et pertinencijs, iure perpetuo possidendam, Tali condicione, mediante quod dictus Nicolaus ipsum Egidium, usque uitam suam, in dicta possessione Dumbo, pacifice conseruabit, ac dimidietatem omnium prouentuum eiusdem possessionis Dumbo, tam consuetorum quam pro tem-

pore incidencium eidem Egidio ad plenum faciet ministrari, alia parte sibi integraliter remanente, excepto iure debito domine consortis sue memorate. Si uero dictum Egidium sine herede sexus masculini decedere contingat, prefata porcio possessionis eiusdem Egidy in ius et proprietatem dicti magistri Nicolai et heredum eiusdem deuoluetur perpetuo possidenda. Datum in Temeswar in festo beati Johannis baptiste Anno domini M° CCC° X° nono.

A boszniai káptalannak ugyanazon évi, 1319-ki átiratából, melynek eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 647. 2. Közli : Nagy Gyula.

474.

1319. jul. 17. A székesfehérvári káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Leurente fia Tamás panaszára, ennek birtokain Gerencséri Pál és társai által elkövetett hatalmaskodás iránt a vizsgálatot teljesíttette.

Excellentissimo domino suo Karolo dei gracia illustri Regi Hungarie, Albensis ecclesie Capitulum, oraciones in domino debitas et deuotas. Vestra nouerit Celsitudo, litteras uestre Maiestatis, nos recepisse honore debito in hec verba. Karolus Dei gracia Rex Hungarie, fidelibus suis, Capitulo ecclesie Albensis, Salutem et graciam, dicit nobis magister Thomas filius Leurente, quod paulus filius petri de Guerencher, petrus filius pauli de Athya, ladislaus filius Nicolai de Beed, Matheus filius lamperti de papa, Ladislaus filius Gula, de Dewecher, petrus filius Salomonis, Demetrius dictus Kaba, petrus filius Athmar, Tybuna, de Dysl, cosmas de Ilmar, fily wdworus, de Kuhar, Salomon filius Mauricy, de Kopulch, potencialiter pluribus uicibus, ad possessiones suas, ueniendo, destruxissent easdem, Cymiteria, et ecclesias confringendo, et igni concremari faciendo, virgines et mulieres denudassent, seruientes et iobagiones suos, quam plurimos, uulnerando, et interficiendo, ac eciam dimembrando, et iniurias nimias sibi inferendo. Quare fidelitati uestre precipiendo, mandamus, quatenus, mittatis hominem vestrum, fide dignum pro testimonio coram quo, Bors de Saar, homo noster, Sciat et inquirat de

premissis ueritatem, et posthec prout vobis veritas constiterit, de premissis, nobis fideliter rescribatis, Datum in Themuswar, in festo Barnabe Apostoli Anno domini Millesimo Trecentesimo decimo nono. Nos igitur celsitudinis vestre mandato obtemperantes ut tenemur, nicolaum presbyterum subcustodem ecclesie nostre, cum predicto homine vestro ad exequenda premissa, transmisimus, qui quidem homo vester, vna cum dicto homine nostro, ad nos postmodum reuersus retulit, quod ipse, in presencia dicti hominis nostri, facta diligenti inquisicione, de premissis dampnis et iniurijs taliter sciuisset, quod prefati paulus filius petri, petrus filius pauli, ladislaus filius Nicolai, Matheus filius lamperti, ladislaus filius Gula, petrus filius Salomonis, demetrius dictus Kaba, petrus filius Athmar, Tybuna, Cosmas, Stephanus et demetrius filij wdworus cum fratribus suis et Salomon filius Mauricy possessiones prefati magistri Thome, uidelicet Gueche et Beche, ecclesias in eisdem existentes conburendo, Band, Scentgal, nempty, Scentstephan, Bylgue, Toutwasun, Chepel, Werusto Leurente, putrug, Thosuk, Cholta, Gepus et Chenkut, domos in eadem comburendo, ac alias possessiones suas, continue usque ad presens destruxissent, omnia bona in eisdem inuenta, successiue auferendo, Super inquisicione autem mortis quia factum sanguinis est nos vestra Celsitudo habere dignetur excusatos, datum feria tercia, ante festum beate Marie Magdalene. Anno domini M° CCC° decimo nono.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1597. 20. Közli: Kovács N.

475.

1319. jul. 27. A váradi káptalan előtt Kállai Mihály fiai örökölt birtokaikon megosztoznak.

Nos Capitulum ecclesie Waradiensis tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod magistro Stephano filio Mychaelis ab vna parte, Item Ladizlao filio eiusdem Mychaelis, de secunda vxore genito, pro se et Mychaele fratre suo uterino, ab altera, coram nobis personaliter constituti di-

ctum extitit per eosdem, quod cum concordi voluntate inter se in possessionibus eorum, talem ordinassent et fecissent diuisionem, quod possessio Keer vocata, in comitatu de Zothmar existens cessisset in porcionem Ladislai et Michaelis predictorum, cum omnibus vtilitatibus et pertinencys que in eadem sunt et fieri possunt. Econuerso autem possessio Panula vocata predicto magistro Stephano remanente, similiter cum suis vtilitatibus et pertinencijs vniuersis, Ita tamen, quod debitis temporibus porci predictorum Ladizlai et Michaelis ac iobagionum ipsorum de eadem Keer, in silua eiusdem Panula possessionis, super glandines inhabitabunt secure, sine tributo decimali, et sine contradiccione aliquali, sicut ad hoc se obligauerunt. Item in Semyen porcio existens a parte meridionali, a via, que venit de Zothmar, cum platea Zakuli vocata usque ad locum seu fundum kotuz uillani, de eadem, in porcionem Ladislai, et ab eodem fundo, usque dum itur versus ecclesiam sancti Nycolai de eadem, et peruenitur ad metam Peturhatara vocatam, transeundo per aliam contra tam ad partem aquilonis, peruenitur ad Capellam beate virginis in eadem constructam. Deinde progreditur versus viam, que ducit in Halaz, usque in finem ville cum noua platea in porcionem prefati Michaelis similiter remanendo. Proinde egreditur per aliam partem eiusdem vie, que ducit in Halaz, et venit iterato uersus Capellam predictam, cum platea Touthutha dicta ab hinc vergit ad partem occidentalem, siue Zothmariensem, usque in finem ville que cedit in porcionem magistri Stephani antedicti. Item in possessione Napakur vocata magna via, que venit de Semyen et ducit in Halaz, et ipsam villam Napakur per medium diuidit, a parte orientali separatim cessisset in porcionem magistri Stephani prelibati, vsque ad ecclesiam sancti Regis Stephani. A parte occidentali, scilicet ab altera parte eiusdem vie, similiter usque ad ecclesiam, in porcionem Ladizlai. Item a parte septemtrionali cum ambabus partibus eiusdem vie, cum omnibus attinencijs que super sunt, iterum usque ad ecclesiam, in porcionem Michaelis remanente. Preterea in possessione Zenthmihal, ab ecclesia de eadem versus partem septemtrionalem, cum ambabus partibus vie magistro Stephano. Item a parte occidentali, usque finem ses-

sionum de eadem, Ladislao supradicto. Item ab ecclesia incipiens, alia parte sessionum, similiter usque finem sessionum, Michaeli remanente. Ita tamen, quod quilibet ipsorum ad suam porcionem, iobagiones pro se congregabit et seruabit. Preterea voluerunt quod omnes vtilitates possessionum predictarum taliter diuisarum, scilicet de Semyen, de Zenthmihal et de Napakur, tam in pascuis, Siluis, fenetis, pratis ac alijs si qui forent, quam ecclesias eciam ipsarum communiter possint possidere, et equaliter, vna pars alteri in premissis non ualent contradicere. Datum in festo Sanctissimi Regis Ladizlai. Anno domini M° CCC° decimo nono.

Hátlapján monorú pecséttel; eredetije két példányban a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Csontosi J.

476.

1319. jul. 27. I. Károly király a hütlen Varsányi Istvánnak és fiainak Varsán és Pilis nevü birtokait Farkas fiának Tamásnak, hasznosi várnagynak adományozza.

Karolus dei gracia Hungarie Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque Rex. Omnibus xpi fidelibus, tam presentibus quam futuris, presens scriptum inspecturis, salutem in salutis largitore. Digna lex est, a maiestati procedere principali, vt regalis eminencie mansuetudo, suos subditos equo meritorum libramine compensato, fideles, sine sue dileccionis comprehendat, Infideles autem debite vindicte pertractet vlcione, sic enim faciendo debitus ordo rerum obseruatur et regia celsitudo sublimatur. Proinde ad vniuersorum noticiam, harum serie volumus peruenire. Quod quia Stephanus de Wosyan et filij sui nec non Andreas et petrus filij mychaelis similiter de eadem, et proximi eorundem, a via fidelitatis, nobis, et sancte corone nostre regia debita diuertendo, matheo filio petri de Trinchinio, notorio emulo nostro et capitali Regni nostri inimico adherentes, nobis et nostris fidelibus cum eodem procedendo, dampna non modica, in destruccionibus, et deuastacionibus ac combuscionibus possessionum, et ecclesiarum, ac captiuacionibus liberorum,

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 542 von 696

interempcionibus nobilium et ignobilium et iniuriarum innumerabilium perpetracionibus, et specialiter tunccum Matheus predictus noster infidelis erecto vexillo sue peruersitatis, contra nostram maiestatem, et nobiles fideles regni nostri, ausu temerario aggregata sibi gente, prope Ciuitatem nostram Cassa pugnam nobiscum habuisset, vbi deo auxiliante, et sanctorum Regum nostrorum predecessorum iuuamine mediante victoriam laudabilem habuimus et triumphum. Nos qui ad vindictam malefactorum, et extollenda iustorum preconia, gladij accepimus, a domino potestatem, considerantes, quod sicut virtus premio, et fidelitas remuneracionis beneficio carere non deberet sic malefactorum insolencia, per condignam regalis sentencie vindictam debet edomari, huiusmodi iniurias eorum videlicet Stephani de Wosyan et filiorum eiusdem, nec non Andree et petri filiorum michaelis, et proximorum eorundem, similiter de eadem prescriptorum, et attroces offensas, non valentes inpunitas pertransire ne de ipsorum contumacia videantur commodum reportare, et per inpunitatis audaciam, fiant qui nequam fuerant nequiores, eundem Stephanum et filios suos, nec non Andream et petrum filios Michaelis, et proximos eorumdem pretaxatos, vniuersis possessionibus ipsorum vbique et in quibuslibet partibus et Comitatibus Regni nostri, existentibus, et specialiter duabus villis, Wosyan et phylis, vocatis, in Comitatu Neugradiensi adiacentibus, de consilio prelatorum et Baronum nostrorum duximus spoliandos. Aduertentes quod sicut malemeriti perpetua vlcione sunt plectendi, sic benemeriti Regie dileccionis fauoribus et remuneracionibs sunt attollendi. Quas quidem possessiones, et specialiter duas villas, Wosyan et Phylis vocatas, in Comitatu neugradiensi, existentes, cum omnibus earum vtilitatibus et pertinencijs vniuersis, sub eisdem metis et terminis antiquis, quibus per predictos Stephanum, et filios suos, nec non Andream, et petrum, filios Michaelis, et proximos eorumdem extiterunt habite et possesse magistro Thome filio Farkassy, Comiti Orodiensi, Bachiensi, Sirmiensi, et Judici Cumanorum, nec non et Castellano de Hoznus et de Solumus, dilecto et fideli nostro, consideratis et reuocatis in memoriam nostre Maiestatis, multimoda et laudabilia seruicia eiusdem, que nobis a toto eo tempore quo

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 543 von 696

in Regnum nostrum Hungarie, Jure et ordine geniture nobis debitum, nutu diuino intrauimus, in diuersis nostris et regni nostri negocijs, continuis locis et temporibus opportunis, vniuersas possessiones suas, et totam substanciam suam, deuastacioni et desolacioni, manibus infidelium nostrorum relinquendo, et se diuersis fortune casibus exponendo, et specialiter in conflictu seu bello, quod cum Matheo predicto infideli nostro, in loco predicto commisimus, cum sui proprij et multorum suorum proximorum, et nobilium seruiencium cede, et sanguinis effusione, nec non in obsessione et expugnacione Castri Wysegrad, quod tunc per antedictum Matheum de Trinchinio infidelem nostrum, contra nostram detinebatur maiestatem, quod in maiori parte per seruicia ipsius magistri Thome, et fidelitates, ad manus nostras extitit deuolutum, presertim que eciam idem in ordinacione matrimonij inter nos et magnifici principis, domini Johannis illustris Regis Boemie, clare propaginis sororem, videlicet dominam Beatricem consortem nostram karissimam dextera domini virtutem faciente est contracta, in Regno Boemie diucius comorando, vniuersis suis bonis postergatis, ac largis sumptibus et expensis copiosis, ibidem factis per eundem, nec rebus parcens nec persone, vt fidelitatem ipsius laude dignam, fidelitati continuaret, et incoatum negocium et obsequium tam arduum quam necessarium fine terminaret peroptato, per que nostram dileccionem non immerito meruit adipisci, et noster regius animus mitissime conquieuit, quandam fidelitatis prerogatiuam in hoc sorciendo, vt fideliter sic feruenter exhibuit et impendit, volentes pro tot et tantis constantissimis fidelitatibus, ac meritorijs seruicijs ipsius Regio occurrere cum fauore, licet maioribus et pocioribus regalibus remuneracionibus, per nos merito sit confouendus, tamen in aliqualem recompensacionem suorum seruiciorum, memoratas possessiones, sibi et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus, dedimus, donauimus et contulimus, perpetuo pacifice et quiete possidendas, tenendas pariter et habendas. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes concessimus litteras duplicis Sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis prepositi Ecclesie Albensis, Aule nostre vicecancel-

larij et archidiaconi de kukulleu dilecti et fidelis nostri. Anno domini M° CCC° decimo nono. Sexto kalendas Augusti. Regni autem nostri anno similiter decimo nono.

I. Károly királynak 1324-ki átiratából; ennek eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 699. 16. Közli: Kovács N.

477.

1319. Eger, aug. 12. Márton egri püspök a középnémeti remetéket, kiknek kápolnájukban Szent-László királynak ereklyéje őriztetik, az oda zarándokló híveknek negyvennapi bünbocsánatadásra feljogosítja.

Nos Martinus miseracione diuina Episcopus Agriensis, significamus vniuersis, et presentes ostendentur, (így) memorie commendantes, Quod nos ad reuerenciam reliquiarum beati Regis Ladizlay, et ad deuotam Instanciam Magistri Phylipy, Comitis de Scepus, Capelle eiusdem beati Regis Ladizlai, in heremitorio, prope kuzepnemthy in solitudine constructe, vbi heremite sunt deo famulantes, dedimus, in festiuitate ipsius Capelle quadraginta dierum, indulgencias, et dispensatiue sub eadem Capella permissimus fieri sepulturam. Ita, ut eedem indulgencie ostendantur ad fideles xpi vniuersis, qui de bonis eorum ipsi Capelle, et fratribus ibidem manentibus Elemosinam largiuntur. Datum agrie tercio die beati Laurency martiris. Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, decimo nono.

Tamás esztergami érseknek 1320-ki átiratából; ennek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Paulinor. Hernad. 1. Közli: Kovács N.

478.

1319. Gyulafehérvár, sept. 15. Benedek telegdi főesperes és az erdélyi püspök helyettese előtt Teremi Belus testvérének Mihálynak özvegyét hitbérére nézve kielégíti.

Nos magister Benedictus Archidiaconus de Tylegd venerabilis patris et domini. B. dei gracia Episcopi Transiluani Vicarius generalis damus pro memoria. Quod cum in octavis natiuitatis beate Virginis, domina Elena, Relicta Michaelis fratris Belus de villa Teremi, contra eundem Comitem Belus de Ivedeech, secundum formam litterarum ipsius domini

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 545 von 696

nostri Episcopi testes producere debuisset, Tandem per amicabiles compositores, Nicolaum videlicet villicum, Comitemque Myke Ciues Albenses ac alios quam plurimos, et ex bona voluntate eorumdem, ante producciones testium taliter se confessi sunt concordasse, et coram nobis concordarunt, Quod pro dote ipsius domine, idem Comes Belus terciam partem ipsius terre seu ville Iuedeech, cum omnibus vtilitatibus suis sicut Idem Mychael maritus dicte domine possedit dat et assignat, secundum consuetudinem regni eidem domine Elene possidendam, et coram nobis dedit et assignauit eidem, licet ut idem Belus dicebat quod dictus Mychael maritus domine iam dicte ipsam terciam partem, pro decem marcis pignori obligauerit, tamen eadem domina cum ipso honere, seu pignore, acceptauit coram nobis, et nos ipsum Comitem Belus ac alios fideiussores super inpeticione dotis ipsius domine reddidimus expeditos. Datum Albe in octauis natiuitatis beate Virginis prelibatis. Anno domini M° CCC° X° nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. nagy-szebeni fisc. lt. I. B. 1. szekr. Közli: Kovács N.

479.

1319. Kalabár mellett, a macsói bánságban, sept. 16. I. Károly király Mokud birtokot Szatmár vármegyében Mihály fiának Mihálynak adományozza.

Nos Karolus dei gracia Rex Hungarie significamus quibus expedit vniuersis. Quod magister Michael filius Michaelis filij Vbul ad nostram accedens presenciam fidelis noster quandam terram Mokkud uocatam in Comitatu de Zathmar inter Keer et Tunyug existentem, asserens ipsam nostre collacioni pertinere ex eo quod est hominis sine herede decedentis sicut dixit sibi et magistro Ladislao fratri suo pro fidelibus suis seruicys sibi dari et conferri perpetuo postulauit. Nos igitur consideratis fidelitatibus ipsius magistri Michaelis et Ladizlai fratris eius quibus nobis in nostris negocys et agendis cum sumpme fidelitatis studio meruerunt complacere et se reddere graciosos, volentes eisdem Regio occurrere cum fauore, prememoratam possessionom Makkud (igy) cum omnibus earum

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 546 von 696

utilitatibus et attinencijs vniuersis prout nostre collacioni pertinet et dictis ipsius Magistri Michaelis ueritas suffragatur, sine preiudicio Juris alieni, Antedictis magistro Michaeli et Ladizlao et per eos suis heredibus heredumque suorum successoribus, dedimus, donauimus et contulimus perpetuo possidendam, tenendam et habendam. Datum prope Kalabar in Macho secundo die octauarum natiuitatis virginis gloriose. Anno domini millesimo, CCC° decimo, nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltvban. Közli: Csontosi J.

480.

1319. sept. 21. Iván szabolcsi ispán és bírótársai előtt Billei Gergely fiai Bille és Zolos nevü birtokaiknak használatától a semjenieket tilalmazzák.

Nos magister Iuan Commens (így) de Sobolch et quatuor Judices de eodem presentes damus pro memoria quod uenerunt ad nos filij Gregorij Alexander ac Laurencius et Ohub de bile In loco Judicialy villa Ramacha asumto homine nostro interdixerunt vniversos in semien commorantes de vtitim (így) possessionibus eorum scilicet de Bille et Zolos tam de silva quam de terra et de omnibus utilitatibus eorundem terre (így) datum in die Matey apostoly feria sexta proxima.

Zárlatán két pecséttel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltvban. Máté napja 1319-ben esett pénteki napra.

481.

1319. oct. 4. A pozsonyi káptalan előtt Patonyi Vracha fia János rokonai nevében is, egy curiájuknak Iványk fia Péter által való letartóztatása miatt előterjesztést tesz.

Nos Capitulum ecclesie Posoniensis, Damus promemoria, quod Johannes filius Vracha quondam de Potun pro se et Jacobo fratre suo, necnon Andrea, Jacobo ac Petro filijs Mauricy proximis suis sicut dixit coram nobis personaliter constitutus sua nobis protestacione significare curauit, quod cum ipsi

super facto cuiusdam fundi curie sev curia in uilla Pothun eis existente, de iure sibi debita coram uillam Pothun, Petrum uero filium Iwank detentorem dicte curie specialiter ad presenciam comitis Ladislai officialis Comitis Posoniensis, ordine iuris euocassent, ipsamque curiam a predicto Petro in forum iudicij tanquam ab indebito detentore auferi et sibi prout suum ius restitui postulassent, idem iudex, comes uidelicet Ladislaus antedictus super premissa iusticia et per iniquam sentenciam supradicta curia eorum spoliasset eosdem, et quod nunc contra iusticiam prefatus Petrus eandem curiam duo iugera in spacio continentem iniuriose et iniuste teneret occupatam, protestatus quod dum se locus et facultas obtulerint, super dicta curia sua, iusticiam et iudicium prosequentur nos vero a peticionem (így) eiusdem legitimam in huiusmodi protestacionis sue testimonium presentes ei concessimus litteras sigillo nostro usitato consignatas. Datum feria quinta proxima ante festum beati Dyonisy. Anno domini M° CCC° X° nono.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a pozsonyi kápt. levéltárában, 14. 15. 1.

482.

1319. oct. 11. A boszniai káptalan előtt Dombai Andorka özvegye Iloncs asszony nevében Jamai Miklós kijelenti, hogy Dombai Egyed a nevezett özvegyet hitbérére és hozományára nézve kielégítette.

Nos Capitulum ecclesie Boznensis memorie commendamus per presentes, Quod magister Dominicus Wicearchidiaconus magistri Andree Archidiaconi de Wlko et Ykonomi venerabilis patris domini Ladizlai Episcopi Quinqueecclesiensis, nec non Nicolaus filius pauli de Yama, vice et nomine domine Ilanch, sororis sue, relicte quondam Andurke de Dumbo, coram nobis personaliter constituti, confessi sunt viua uoce quod pro Dote, et rebus parepharnalibus predicte domine Ilanch, Magister Nicolaus filius Phile, vndecim marcas, pro Egidio de Dumbo, eidem domine Ilanch, in ipsorum presencia persoluisset, Super qua dote et rebus parepharnalibus,

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 548 von 696

eadem domina, prefatum Egidium, per omnia reddidisset expeditum. Datum quinta feria proxima post octauas beati Mychaelis archangeli. Anno domini M° CCC° decimo nono.

Hátlapján kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 647. 1. Közli: Nagy Gyula.

483.

1319. nov. 2. A gyulafehérvári káptalan előtt Béldi Domokos Bélden lévő részbirtokának két harmadát, Béldi Jákónak adományozza.

Capitulum Ecclesie beati Michaelis Archangeli Transilvane, omnibus Christi fidelibus; presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore, Ad uniuersorum noticiam, tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire. Quod constitutis coram nobis Dominico germano Zarias de Beld ab vna parte, et Jakou filio Jacobi de eadem ex altera, idem Dominicus confessus est duas partes porcionis terre sue in dicta terra Beeld ipsum contingentis cum omnibus utilitatibus suis, ipsas duas partes contingentibus racione proximitatis dedisse, donasse, et statuisse predicto Jakou proximo suo, perpetuo possidendas, tenendas, pacifice et habendas, tali condicione interiecta, quod idem Jakou ipsi dominico usque ad uitam suam in uestibus prout honestius poterit, et in victualibus prouidebit, et terragium populorum ipsius Dominici, eidem Dominico faciet amministrari, Collectam autem regalem si ipse dominicus impetrare prose poterit obtinebit, ut in sua proprietate, si autem ipse Jakou, qualicumque modo, eandem collectam regalem optinere poterit, eidem Dominico collectam duarum mansionum seu Curiarum tenebitur assignare. Post mortem autem ipsius Dominici, omnes vtilitates ipsarum duarum parcium porcionis dicti Dominici exnunc donatarum idem Jakou percipiet et habebit ut proprietatem suam. Contradiccione qualibet non obstante. In cuius rei testimonium et robur perpetuum ad instanciam et peticionem presencium, litteras nostras presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum secundo die festiuitatis omnium sanctorum· Anno domini M° CCC° decimo nono. Andrea preposito. Sanco

Cantore- Vincencio Custode, Nicolao decano Ecclesie nostre existentibus.

Függő pecsét nyomaival; eredetije a b. Radák cs. lban, Ózdon. Közli: Szabó Károly.

484.

1319. nov. 8. A szepesi káptalan előtt Miklós fia János, Sárosi Pous fiainak bizonyos ügyben az esküt elengedi.

Nos Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus damus pro memoria. Quod Egidius et Leukus filij quondam pous nobiles de districtu Sarus ad nostram accedentes presenciam presentarunt nobis litteras nostras memoriales, in quibus vidimus contineri, Quod Juramentum quod predictus Egidius cum viginti quinque personis nobilium, et idem Leukus eciam cum viginti quinque personis nobilium secundum tenorem litterarum Judicis Curie domini Regis contra Johannem filium Nicolai in octauis beati Jacobi Apostoli proxime preteritis coram nobis facere debebant propter domini Regis negocia tunc eis incumbencia partes coram nobis comparendo pari voluntate ad octauas omnium sanctorum prorogassent. In quo termino predicti Egidius et Leukus cum predictis quinquaginta personis nobilium quos nos concernimus fide occulata comparuerunt coram nobis. Et quamuis idem Egidius et Leukus cum dictis personis contra eundem Johannem secundum tenorem litterarum Judicis Curie domini regis parati fuissent coram nobis facere Juramentum, tamen idem Johannes eciam personaliter coram nobis comparendo super requisicione sua predictos Egidium, et Leukus dimiserit iustos et expeditos, ac si contra ipsum predicti Juramentum prestitissent cum personis antedictis. Datum in octauis Omnium sanctorum Anno domini. M° CCC° decimo nono.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 1534. 30. Közli: Kovács N.

485.

1319. dec. 21. A pécsi káptalan előtt Óvári Jakab özvegye és gyermekei azon perben, melyet Szerecsen Mize nádor fia Jakab ellenük indított, ügyvédet vallanak.

Nos Capitulum Quinqueecclesiense damus pro memoria, quod nobilis domina relicta comitis Jacobi fili Corardi de Owar vnacum Nicolauo et Corrardo filijs suis, et domina Chala uocata filia sua, coram nobis personaliter constituti in causa quam Jacobus filius Comitis Misce sarraceni in octauis Epiphanie domini nunc uenturis, in presencia venerabilis patris, Domini Ladizlai dei gracia Episcopi Quinqueecclesiensis prelati nostri, contra ipsos mouet uel mouere intendit, discretum virum magistrum Damianum prepositum de Sow socium et concanonicum nostrum, ac Ladislaum presbyterum ecclesie Kemed exhibitores presencium constituerunt procuratores suos legitimos, ratum et firmum habituri, quitquid per ipsos procuratores suos usque ad finalem decisionem ipsius cause procuratum et ordinatum fuerit in premissis. Datum in festo beati Thome martiris Anno domini M° CCC° X. nono.

Kivül: Procuratorium relicte Comitis Jacobi contra Jacobum filium Mize condam palatini.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a b. Révay cs. ltban, »Gyulay« fasc. III. 23. Közli: Kovács N.

486.

1319. Temesvár, dec. 27. I. Károly király Ernei bán fia István hütlen fiainak Hevesújvár megyében fekvő Takson birtokát Kompold fiának Péternek adományozza.

Karolus dei gracia Rex hungarie. Memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis. Quod quia filij Stephani filij Erney a uia fidelitatis, nobis et sancte Corone Regie nostre debita diuertendo in contumeliam honoris nostri, et contemptum, aduersos processus, contra nostram maiestatem committere non formidarunt, nos aducentes (így) quod publice vtilitatis intersit, ne crimina remaneant inpunita, et ne per inpunitatis audaciam, facti peruersitas, alijs similia presumptuosibus (így), transeat in exemplum, eos-

dem filios Stephani, tamquam male meritos, quadam possessione ipsorum, Taxwn vocata in Comitatu de Heueswyuar, circa fluuium Meruh dictum, existente duximus spoliandum (így) quamquidem possessionem, magnifico viro, magistro Petro filio Conpoldy dilecto et fideli nostro, consideratis fidelitatibus ipsius, quibus nobis meruit conplacere et se reddere graciosum et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus, cum omnibus eiusdem vtilitatibus et pertinencijs vniuersis, sub antiquis metis et terminis, dedimus donauimus et contulimus, iure perpetuo possidendam, tenendam, et habendam, presentes autem, quamprimum nobis fuerint reportate, nostrum super hoc priuilegium conferemus. Datum in Themeswar in festo beati Johannis appostoli et ewangeliste, anno domini M° CCC° X° nono.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. N. R. 432. 33. Közli: Nagy Gyula.

487.

1319. A vasvári káptalan kiküldöttje előtt Tilaji Botiz comes birtokát végrendeletileg leányainak hagyja.

Nos Capitulum ecclesie sancti Michaelis de Castroferreo notum facimus tenore presencium uniuersis quod cum comes Botyz filius ladislai de Tylay in lectum egritudinis decidisset nobis per suum nuncium humiliter suplicauit petens, ut unum ex nobis ad audiendum suum testamentum transmittere .. dignaremur ..... peticionem fore iustam congruam et legitimam considerantes unum ex nobis magistrum L(au)rencium ad audiendam ordinacionem sui testamenti transmisimus, coram quo idem comes Botyz b(ene) compos sue mentis inter alias et ceteras ordinaciones sui testamenti possessionem suam totam in Tylay existentem ex consensu et beneplacito peteu filio aniany, proximi et commetanei sui cum omnibus utilitatibus suis circumstancys et pertinencys uniuersis siluis vineis pratis sessionibus et terris arabilibus reliquit, legauit et commisit, duabus filiabus suis Elena et Margareta vocatis, ac eorum successoribus, perpetuo irreuocabiliter possidendam, Quod ut ratum sit presens scriptum contulimus nostro sigillo commu-

nitum. Datum ab incarnacione domini M° CCC° X° nono. Domino Andrea preposito Michaele cantore Andrea custode Andrea decano ecclesie nostre existentibus.

Sárga zsinóron függő pecsét-romokkal és fönt metszett betűkkel; eredetije gróf Khuen-Héderváry Károly lban, Hédervárott, a »Grassalkovics« féle rendezetlen részben. Közli: b. Radvánszky Béla.

488.

1319. A vasvári káptalan előtt Káldi Páris fiai Imre és Egyed Kamanati és Geli birtokaikat egymás között felosztják.

Nos Capitulum ecclesie beati Mychaelis de Castroferreo notum facimus tenore presencium uniuersis, quod magister Emericus filius paridis vnacum Nicolao Johanne Emuch et Andrea filijs suis ab una parte magister Egidius frater eiusdem Emerici ab altera coram nobis personaliter constituti in possessionibus eorum Kamanaty et Gely vocatis concorditer et vnanimiter tale concambium interse fecerunt et ordinarunt coram nobis, quod predictam possessionem Kamanaty que per Egidium vsquemodo extitit possessa idem Egidius cum omnibus vtilitatibus suis sessionibus siluis molendinis terris arabilibus pratis nemoribus et alijs quibuslibet circumstancijs et pertinencijs vniuersis dedit et contulit magistro Emerico fratri suo et filijs suis prenotatis Jure perpetuo irreuocabiliter possidendam heredum per heredes e conuerso uero possessionem Gely vocatam similiter cum omnibus vtilitatibus suis molendinis pratis sessionibus terris arabilibus et alys quibuslibet circumstancijs et pertinencijs vniuersis idem magister Emericus et fily sui prenotati relinquerunt Commiserunt et assignarunt magistro Egidio fratri eorum perpetuo irreuocabiliter possidendam similiter in filios filiorum heredumque per heredes, adiecerunt eciam partes vt quandocunque idem Egidius racione dicte possessionis Gely vocate pretacte lapsu temporum a quocunque fuerit molestatus specialiter a petew finta et paulo filijs luce, idem magister Emericus cum filys suis prelibatis ipsum Egidium et suos successores assumpsit expedire; e conuerso idem Egidius dictum magistrum Emericum et filios suos racione possessionis kamanati a molestantibus omni-

bus assumpsit expedire conseruantes se mutuo et Juuantes in possessionibus eorum prenotatis, quod ut ratum sit et firmum presens scriptum contulimus nostro Sigillo communitum. Datum anno ab incarnacione domini M° CCC° X° nono. Domino Andrea preposito, magistro Andrea Cantore Nicolao Custode Johanne decano ecclesie nostre existentibus.

Ugyancsak a vasvári káptalannak 1328-ki átiratából; ennek eredetije a N. Muzeumban.

489.

1320. Esztergom, jan. 3. Tamás esztergomi érsek a remete Szent-Ágoston szerzet középnémeti kápolnájához zarándokló hívek bünbocsánatáról Márton egri püspöknek 1319-ben kiadott oklevelét átírja és megerösíti.

Nos Thomas miseracione Diuina Archiepiscopus Strigoniensis, eiusdemque Loci Comes perpetuus, memorie commendantes significamus vniuersis presencium per tenorem. Quod vir religiosus frater Egidius, heremita, de ordine sancti Augustini, in Capella ad honorem beatissimi Regis Ladizlai, in Insula aque Harnad vocate, circa villam kuzepnemty in Comitatu Abawywar existentis, et per eundem fratrem Egidium Heremitam, nomine eiusdem sancti Regis Ladizlay, ob remedium anime sue, parentum, et omnium cognatorum suorum, de nouo constructe, permanens, ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis, litteras honorabilis viri, magistri philipy Comitis Scepsiensis, in quibus inter cetera comperimus. Vt nos priuilegium venerabilis patris domini Martini per eandem miseracione diuina, (így) Episcopi Agriensis, super condonacione indulgenciarum quadraginta dierum, qui ad ipsam Capellam, ad confidenciam misericordie reliquie prefati sancti Regis Ladizlai, in eadem requiescentis, prout inferius exprimetur, pro salute animarum suarum, peregrinacionem facientibus, datis, et concessis confectum, pro rato haberemus atque firmo, et de uerbo ad uerbum, rescribi faceremus, et nostro Sigillo pendenti dignaremur confirmare. Cuius quidem priuilegij tenor talis est. Nos Martinus (l. föntebb, 477. sz. a.) Igitur nos iustis et legittimis peticionibus eiusdem magistri Phylypy at

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 554 von 696

uorabiliter inclinati prout, in predictis litteris suis nobis per prefatum fratrem Egidium, heremitam, exhibitis, vt pretactum est, continebatur, annuentes, et ipsum priuilegium, non abrasum, non cancellatum, non abolitum, nec in aliqua Sui parte viciatum, de uerbo ad uerbum, presentibus inseri facientes, et ad uberiorem cautelam et fidem cerciorem, nostro Sigillo pendenti fecimus consignari. Et quia ipsa Capella, ad honorem ipsius sancti Regis Ladizlai, per eundem fratrem Egidium Heremitam, cum propria sua pecunia, tam laudabiliter de nouo sit parata seu edificata, sed ipsam reliquiam eiusdem Sancti Regis Ladizlai, Costam, seu articulum medium vnius digiti sui, nobis per ipsum fratrem Egidium heremitam, in forma ostensam, a venerabili patre, domino Emerico quondam Episcopo Waradiensi, bone memorie, in villa Calide aque casualiter amissam, idem frater Egidius Heremita, diuina Clemencia interueniente, inuenisset, et nunc, cum eadem, ipsam Capellam perpetualiter donasset, prout nobis idem frater Egidius, in nostri presencia personaliter comparendo asseruit. Et de inuencione autem ipsius reliquie sicut ipse frater Egidius nobis fatebatur, a religiosis viris fratribus Cruciferorum in Ecclesia Sancte Trinitatis, in predicta villa calide aque existentis, Deo famulancium, per inquisicionem nostram, mediantibus litteris nostris factam, constitit nobis, quod ipsam sanctam reliquiam per prescriptum fratrem Egidium, vbi dicebatur inuenisse veraciter inibi fuisset inuentum. Verum quia dictum Sanctuarium nobis per relacionem eiusdem fratris Egidij Heremite, tam laudabilis (így) esse videbatur, preterea, ob respectum pie misericordie omnipotentis Dei eidem sancte reliquie, vere et certe ac veraciter de membris predicti sancti Regis Ladizlai separat (így), ea auctoritate qua a summo (így) Sede apostolica fungimur, confisi, a data presencium singulis annis, in die celebracionis festi ipsius sancti Regis Ladislai omnibus fidelibus xpi propter obreuerenciam dicte sancte reliquie, ad ipsam Capellam peregrinacionem facientibus, et Elemosinam largientibus, de iniunctis penitencys, et vere confessis, indulgenciam vnius anni, et quadraginta dierum, perpetuo duximus indulgendum. Et quia, ipse frater Egidius Heremita, qui tam pium opus fundasse dicitur, et propter longi loci distanciam, pro suis vsi-

bus, et necessitatibus, ad nos continue accedere non possit hanc graciam duximus eidem faciendam, vt tamen ipse ad sanctam Synodum ordinis sui, per annum semel accedere more consueto teneatur, et quia, in iurisdiccione prescripti Magistri Philippi est commorans, pro eo in ipsius iudicio uel alicuius alterius iudicis secularis quicunque materiam quescionis suscitauerit contra ipsum astare non teneatur nisi nostro iudicio speciali sed in proteccione eiusdem magistri philippi patroni sui permaneat licencia nostra mediante. Si quis autem huiusmodi ordinacioni nostre, ausu temerario contraire presumpserit indignacionem omnipotentis Dei et sanctissime genitricis eiusdem et beatorum petri et pauli apostolorum ac omnium sanctorum nec non beati Adalberti patroni nostri se senciat incurrisse, nec absolucionem excomunicacionis seu anathematis ex nunc per nos promulgatis (így) aliubi obtinere valeat nisi a sede apostolica absoluatur. In cuius stabilitatem confirmacionis priuilegy predicti domini Episcopi Martini et nostre indulgencie donacionis, ad peticionem memorati magistri philippi amici nostri Karissimi et eiusdem fratris Egidi Heremite humiliter et deuote postulati presentes concessimus litteras Sigilli nostri pendenti (így) munimine roboratas. Datum Strigonii tercio die Octauarum Natiuitatis Domini. Anno eiusdem Millesimo Trecentesimo Vigesimo.

Sárga és piros selyem zsinóron függő pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Paulinorum Hernad 1. Közli: Kovács N.

490.

1320. jan. 13. A szepesi káptalan előtt a lapis refugii carthausi szerzetbeliek melduri malmukat Lőcsei Illés comes fiának Istvánnak elörökítik.

Capitulum ecclesie sancti Martini de Scepus omnibus xpi. fidelibus presentibus et futuris quibus presentes ostenduntur salutem in salutis largitore. Quoniam que aguntur in tempore vacillant, nisi presidio litterarum fulciantur. Proinde, ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod ex una parte Comite Stephano filio quondam Comitis Elie de leucha, ab altera vero Johanne quondam Plebano de villa

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 556 von 696

Boldmary, et Johanne filio Goblini de villa Mathei fratribus ordinis Cartusiensis de lapide refugij prose, et pro eorum conuentu coram nobis personaliter constitutis. Ydem fratres confessi sunt oraculo viue vocis. Quod unum integrum molendinum eorum„ quod ex legacione quondam Comitis Johannis de Gargou in suo facta testamento, habent in Meldur, de consensu cognatorum eiusdem Comitis Johannis, vendidissent eidem Comiti Stephano pro Quinquaginta Marcis plene receptis ab eodem, et per eum suis heredibus, et successoribus heredum, Jure hereditario, et irreuocabiliter cum suis vsibus perpetuo possidendum. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad parcium peticionem nostrum concessimus priuilegium nostri pendentis Sigilli munimine roboratum. — Datum in octauis Epyphanie Domini. Anno eiusdem. Millesimo. Trecentesimo vicesimo.

Hártyaszalagon függő ép pecséttel és fönt metszett betükkel; eredetije a Görgey cs. lvt. 2. 17.

491.

1320. jan. 20. I. Károly király, híve Péter sebesi comes és a királyné tárnok mestere számára Gyerömonostora birtok adományozásáról szóló 1318-ki oklevelét átírja és megerösíti.

Datum per manus discreti viri magistri Johannis albensis Ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarij, et Archidiaconi de kukulleu, dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo CCC°. vicesimo. Terciodecimo kalendas februarij. Regni autem Anno similiter vicesimo.

Ugyancsak I. Károly királynak 1326-ban, tercio Idus Septembris, az adományos, Kompold fia Péter fiai: István és Kompold számára kiadott átíratából; ennek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 447. 6. I. Károly király 1318-ki adománylevelét l. föntebb 423. sz. a. Közli: Nagy Gyula.

492.

1320. febr. 2. A szepesi káptalan előtt Detre fiának Benedeknek fiai Gömör és Borsod vármegyében fekvő birtokaikon megosztoznak.

Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus Omnibus Christi fidelibus presentibus ac futuris quibus presentes ostenduntur salutem in omnium saluatore, Quum que aguntur in tempore vacillant facile nisi presidio litterarum et fidelium testium aminiculo in statum solidum redigant (így) proinde ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod magister Dominicus Nicolaus, Ladislaus, Johannes et petrus fily Benedicti filij detrici de Comitatu Gumuriensi coram nobis personaliter constituti concorditer nobis in possessionibus ipsorum vniuersis omnino inferius specialiter declarandis in predicto Comitatu Gumuriensi existentibus de communi uoluntate et pari consensu eorundem talem interse diuisionem fecisse retulerunt, Quod possessio Plysouch vocata cum quadam villa Zauzalia nuncupata cum foro et tributo ac castro suo per eundem magistrum dominicum constructo et cum dimidietate vrbure ac cum vna plumbi fodina in possessione ardo habita nec non possessiones Deresk Lyuche et Passcahaza vocate ac quedam possessio uezueres nominata usque illum locum ubi quidam fluuius dupsina incidit in fluuium Sayo in dicto Comitatu Gumuriensi situate et quedam possessio vamus uocata interior in Comitatu de Borsod existens cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs earundem vniuersis in eisdem metis et terminis quibus per predecessores ipsorum habite extiterunt, et possesse cessissent ipsi magistro dominico et suis heredibus perpetuo et irreuocabiliter possidende. Item due partes possessionis Chitnik a parte orientali et meridionali cum foro et duabus partibus tributi sui et possessiones Rester Guchkulfalua peturmanfalua Marcellusfalva Sebuspotok Tornua Topolcha Ardo cum dimidietate vrbure sue Leklene et ponith in predicto Comitatu Gumuriensi ac Vamus exterior in qua Capella in honore beate Katherine virginis est fundata et possessio Paulfolua vocata in Comitatu de Borsod existentes similiter cum omnibus vtilitatibus et attinencys earundem vniuersis sub eisdem

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 558 von 696

limitacionibus et distinccionibus prioribus in porcionenm Nicolai et Ladislai ac eorum heredum remansissent Jure peremnali possidende tenende et habende, Item tercia pars possessionis Chitnuk a parte occidentali similiter cum foro suo et tercia parte tributi sui et possessiones Ohtina Rohfolua Sclusfalua Gunich Gacholk Rososna Sumkuth kwy cum castro suo Nandras vygne et Totfolva vocate similiter in prefato Comitatu Gumuriensi et paach in Comitatu Borsodiensi existentes similiter cum vtilitatibus et pertinencijs omnibus earumdem cessissent Johanni et Petro memoratis ac ipsorum heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo possidende Adiecerunt eciam ydem filij Benedicti quod si excepto metallo in possessione Ardo habito metallum aut fodina argenti plumbi cupri aut auri de nouo inueniri contingerit utilitates et prouentus eiusdem participarent in communi, Item prefati filij Benedicti quandam villam ipsorum Wydetelke vocatam ob remedium animarum parentum eorundem et pro salute ipsorum ecclesie beati Georgy martiris in possessione Plysouch fundate dederunt et contulerunt perpetuo possidendam, eo modo quod sacerdos in eadem ecclesia residens necessitates et indigencias dicte ecclesie de prouentibus ville memorate meliorare et reficere teneretur. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad peticionem eorumdem nostrum concessimus priuilegium nostri pendentis Sigilli munimine roboratum datum in die purificacionis beate Marie virginis Anno domini M° CCC° vigesimo.

A szepesi káptalannak 1358-ki átiratából; ennek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 735. 33. Közli: Kovács N.

493.

1320. febr. 4. A budafelhévízi keresztesek conventje előtt a nyúlszigeti apáczák bizonyos vámjövedelem elfoglalásától Márk comes székesfehérvári bírót és a polgárokat tilalmazzák.

Nos frater Georgius prior et Conuentus Cruciferorum ecclesie sancte Trinitatis de Calidis aquis, damus pro memoria quod frater andreas Lector de ordine fratrum predicatorum cum fratre suo fratre Egidio procuratore dominarum sororum de insula Leporum uice et nomine earumdem domi-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 559 von 696

narum sororum ad nostram accedentes presenciam dixerunt protestando quod tributum earum Comes Marcus iudex albensis et sui Conciues per potenciam ipsorum abstulissent et in nullo iura earumdem dominarum persoluissent inpreiudicio (így) earum non modicum et grauamen et ne iusticia earumdem dominarum procedendi precludatur contra iniuriam facta per eosdem litteras protestacionales in testimonium sibi dari postularunt. Datum tercio die post festum purificacionis anno domini M° CCC° XX°.

Zárlatán kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. Mon. Pos. 57. 6. Közli: Nagy Gyula.

494.

1320. febr. 13. A háj-szent-lörinczi káptalan előtt a Szente-Mágocs nemzetségből való Simon fia András végrendeletet csinál.

Omnibus xpi fidelibus presens scriptum inspecturis tam presentibus quam futuris Petrus prepositus et Capitulum ecclesie beati Laurency de Hay salutem in domino sempiternam Bone rei dare consultum est et presentis vite cernitur habere remedium et eterne vite premium postulare, Proinde ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod cum nobilis vir magister Andreas, filius Symonis de genere Zentemaguch, in lecto egritudinis laboraret, nobilem dominam matrem suam, ad nos cum decenti destinauit familia, petens nos, cum instancia, vt unum ex nobis virum ydoneum, et fidedignum destinare dignaremur, coram quo de bonis a Deo sibi datis suum ordinaret testamentum. Nosque iustis peticionibus eiusdem fauorabiliter inclinati, Paulum clericum ecclesie nostre vicarium duximus destinandum. Qui demum ad nos reuersus, predictus homo noster, idem Andreas matre sua presente, Tale dixit testamentum condidisse, quod inter ceteras, suas ordinaciones, quandam piscinam, Hochyas vocatam in insula danobij circa ecclesiam sancte Crucis heremitarum adiacentem, pro inmarcescibili gloria, quam omnes, xpi sanguine redempti in celesti patria per virtutem eiusdem sancte Crucis, habere se credunt et sperant, pro remedio anime sue, et parentum suorum, predicte ecclesie sancte Crucis, et fratri-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 560 von 696

bus heremitis in eadem Deo famulantibus, ex consensu et assensu ac permissione domine matris sue, et nobilis domine uxoris sue, quamquidem piscinam, hereditario iure, sibi pertinere est confessus, quam eciam olym secundum tenorem, aliarum nostrarum patencium eiusdem ecclesie, et fratribus litterarum dederat, et donauerat, accepta ab eisdem fratribus necessitate coactus, quadam sumpma pecunie quantitatem, hunc patrocinio nostrarum litterarum denuo uolens ipsam donacionem roborare et confirmare, legauit et dedit, et donauit, cum omnibus vtilitatibus suis, et pertinencys quibuslibet Jure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, Tenendam pariter et habendam, patroni ecclesie sepedicte, Hoc specialiter declarato, quod frater Gregorius prior dicte domus, se et fratres suos, assumpsit et obligauit, quod Jacobum filium Andree prescripti, pro patrono haberet, et matrem eiusdem quamdiu viueret, venerarentur tamquam patronam, et pro salute eiusdem et filij sui aniuersarium, Tenerentur celebrare. Et e conuerso, eadem domina, et Jacobus nepos eius, assumpserunt et obligauerunt se, quod quicunque processu temporis pro predicta piscina fratres vel priorem dicte domus molestare, uel infestare nitterentur, extunc ipsum priorem uel fratres suos expedire tenerentur proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem, ad peticiones parcium presentes concessimus alfabeto incisas nostroque sigilli munimine roboratas. Datum in die Cinerum, Anno ab incarnacione domini. M° CCC° vicesimo.

A pécsi káptalannak 1324-ben, secundo nonas novembris, kelt, és »frater Gregorius prior ecclesie Sancte Crucis de Insula danoby ordinis heremitarum« kérésére kiállított átiratából; ennek eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt. Paulin. Bodrogh. 1. 2. Közli: Kovács N.

495.

1320. mart. 1. A pécsi káptalan előtt Óvári Miklós Logret fiával Jánossal baranyai főispánnal kibékül, s amaz ezen utóbbi részére Szederkény birtokért fölülfizetésre kötelezi magát.

Nos Capitulum Quinqueecclesiense damus pro memoria. Quod Nicolao filio comitis Jacobi fily Corrardi de Owar ab

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 561 von 696

vna parte et magistro Johanne filio Logrety comite de Barana, ex altera coram nobis personaliter constitutis, propositum extitit per eosdem, quod super omnibus dampnis iniurys et super facto possessionum ac super omnibus alys causarum articulis motis et habitis inter eos usque modo, componentibus probis viris scilicet magistris petro Rectore domus hospitalis de Quinqueecclesiis, Nicolao preposito sancti Johannis, paulo Custode, et Egydio Archydiacono de Barana socys nostris ac magistri Reynoldy fily Dyonisy, (így) premissis omnibus sedatis propter bonum pacis sopitis ad plenam pacis et concordie deuenissent vnionem. Ita tamen quod idem Nicolaus dicto magistro Johanni condescenti sibi ad peticionem dictorum proborum virorum et causa amicabilis composicionis pro pecunia precij et expensarum suarum factarum, in empcione possessionis ipsius nicolai Sciderken uocate quam sibi remisisset assumpsisset soluere decem marcas in dominica Ramispalmarum nunc ventura coram nobis, marcam quamlibet cum quinque pensis denariorum seu m o n e t a r u m q u o n d a m H e r r i c y b a n i computando uel in estimacione equiualente marcis quinque pensis computatis monete supradicte. Tali obligacione interiecta,quod idem Nicolaus si predictum terminum omitteret non soluendo extunc penam dupli dicte pecunie incurret ipso facto. Datum Sabbato proximo post dominicam Reminiscere Anno domini. M° CCC° vicesimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a b. Révay cs. ltban »Gyulay« fasc. III. 24. Közli: Kovács N.

496.

1320. mart. 8. A veszprémi káptalan I. Károly király rendeletére Treutul Miklós temesi főispánt és jóköi várnagyot, Gelse, Lak és Berzencze Szala vármegyei birtotokokba határjárás eszközlése mellett beiktatja.

Capitulum ecclesie Wesprimiensis Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris, noticiam presencium habituris Salutem in eo, qui est vera salus. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod cum nos receptis litteris Excellentissimi principis domini nostri karoli Dei gracia Illustris Re-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 562 von 696

gis Hungarie sub maiori sigillo nobis directis hunc tenorem continentibus. Karolus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo ecclesie Wesprimiensis, Salutem et graciam. Dicit nobis magister Nicolaus dictus Treutul Comes Tymisiensis et Castellanus noster de Jokw, Quod quedam possessiones sue, Gelse, Lak et Berzenche vocate in Comitatu Zaladiensi existentes apud manus suas habite reambulacione, metarum ereccione et renouacione plurimum indigerent, Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus, vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Laurencius dictus Og de Tengelych uel petrus filius Chama de Mori, aut Johannes filius petri fily Bencench de Chegled, alys absentibus homo noster ad facies predictarum possessionum Gelse, Lak et Berzenche vocatarum, vicinis et commetaneis earumdem vniuersis inibi legitime conuocatis, et presentibus accedendo reambulet ipsas per earum veras metas et antiquas nouas iuxta veteres in locis necessarijs erigendo, reambulatasque et ab aliorum possessionarys Juribus metaliter distinctas et separatas relinquat easdem ipsi magistro Nicolao Treutul, eo Jure quo sibi dinoscerentur pertinere perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, Citet ipsos contra annotatum Nicolaum Treuntul, ad nostram presenciam ad terminum competentem, Et post hec seriem omnium premissorum uel si necesse fuerit nomina contradictorum et citatorum cum termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Temeswar feria sexta proxima ante dominicam Oculi, Anno Domini M° CCC° XX°. Nos itaque mandatis regys obedire cupientes vt tenemur secundum earundem literarum suarum continenciam cum prenotato laurencio dicto Og homine Regio, vnum ex nobis discretum virum magistrum Martinum socium et concanonicum nostrum ad exequenda premissa pro testimonio transmisissemus. Tandem ydem regius vester et noster homines ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod idem Laurencius homo regie maiestatis, presente dicto nostro testimonio ad facies prescriptarum possessionum Gelse Lak et Berzenche vocatarum feria secunda proxima post dominicam Judica proxime preteritam vicinis et commetaneis earum vniuersis illic

legittime conuocatis et presentibus accedendo, Easque per earum veras metas et antiquas ipsis vicinis et commetaneis bene notas infrascriptas reambulando et ab aliorum possessionarys Juribus sequestrando, nouas eciam metas iuxta veteres in locis necessarys erigendo, ipsi magistro Nicolao Treutul eo Jure quo sibi dinoscerentur pertinere reliquisset perpetuo possidendas, nullo penitus ibidem contradictore existente. Mete autem ipsarum possessionum Gelse Lak et Berzenche vocatarum contigue inuicem adiacencium, vt easdem ydem regius videlicet et noster homines nobis in scriptis apportarunt hoc ordine distinguuntur. Prima meta incipit a parte Septemtrionali in stagno fluuy Kanisa wlgariter Hozyutow dicto in vicinitate scilicet possessionis nobilium de kysgelse, Abhinc exit ad orientem ad tres paruas Insulas Harmaszygeth dictas, deinde versus eandem partem, uenit ad vnam viam Bungreduta dictam, et in eadem parum procedendo peruenit ad vnam magnam viam, que vadit de Gelse ad Rayk et transit ipsam ad montem, venit ad vnam arborem Tul cruce signatam meta terrea circumfusam. Abhinc vlterius eundo peruenit ad arborem piri silvestris meta terrea circumfusam, deinde parum eundo, venit ad vnam vallem, vbi vicinatur terre possessionis Alsoukerechyn vocate vbi unam nouam metam terream erexissent, abhinc declinat se in eadem valle versus partem meridionalem et peruenit ad arborem piri cruce signatam, deinde vlterius currendo cadit ad vnam viam, et in eadem in modico spacio transeundo versus eandem plagam meridionalem, venit ad arborem Cher, a parte occidentali eiusdem vie meta terrea circumfusam. Ibique reliquit ipsam viam ad dexteram, et declinat se per vnam semitam inter terras arabiles versus partem orientalem, et peruenit ad montem, et in vertice eiusdem, venit ad arborem Tul Zeekfa dictam meta terrea circumfusam, vbi iuxta eandem vnam novam metam terream erexissent, et ibi reliquit terram possessionis Alsoukerechyn, et commetatur terre possessionis felsukerechyn vocate, Inde intrat ad viam hatuth dictam, et in eadem flectitur ad partem meridionalem, in bono spacio eundo venit ad vnam arborem woluas Tul dictam, abhinc in eadem via iterum in bono spacio currendo ad eandem partem meridionalem venit ad vnum lo-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475

cum petegyaluguta dictum, vbi est arbor Tul pro meta assignata, ibique iuxta eandem vnam nouam metam terream erexissent. Deinde declinat se versus partem orientalem descendendo ad vallem et transeundo ipsam ad montem, venit ad unam viam et iuxta eandem a parte occidentali ad vnam arborem Ikrustul dictam meta terrea circumfusam, vbi iuxta eandem vnam nouam metam terream erexissent, Ibique reliquit metas possessionis felsukerechyn et commetatur terre possessionis Orozton. Inde in eadem via vertitur ad partem meridionalem et in bono spacio transeundo venit ad duas metas terreas, a parte occidentali eiusdem vie, deinde in eadem via vlterius currendo peruenit ad arborem Tul cruce signatam meta terrea circumfusam que separat terram possessionis Gelse ad occidentem, terram vero ipsius possessionis Oroztou ad plagam orientalem possessionemque Bakounuk ad partem meridionalem vbi commetatur cum eadem possessione Bakounuk, abhinc in eadem via circumflectitur ad plagam occidentalem descendendo de monte intrat ad vnam vallem, et in eadem valle ad vnum puteum Chibynkuta dictum, deinde per Riuulum eiusdem putei ad eandem plagam venit ad vnum potok et transit ipsum versus montem, venit ad unam paruam vallem et in eadem ascendendo in capite eiusdem vallis, venit ad duas arbores Castanee, deinde versus eandem partem descendit ad vnam vallem et transit ipsam ad montem et in vertice eiusdem peruenit ad vnam arborem Tul cruce signatam meta terrea circumfusam, vbi vicinatur terre possessionis Zygeth, abhinc versus eandem plagam occidentalem per arbores cruce signatas descendit ad vnam arborem Tul cruce signatam meta terrea circumfusam, et abhinc ad vnam magnam viam et transit ipsam versus eandem plagam occidentalem, et sepe per arbores cruce signatas peruenit ad predictum fluuium Kanisa, et in eodem per cursum eiusdem, in bono spacio descendendo exit de ipso ad quandam Insulam Zyderyeszygeth vocatam et ad partem occidentalem pervenit ad arborem Jegenye meta terrea circumfusam, vbi vnam novam metam terream erexissent, deinde versus eandem plagam per terras arabiles venit ad arborem Cherasi meta terrea circumfusam, Inde ad vnam viam et transit ipsam et peruenit ad arborem

Kys Tul dictam, deinde vlterius eundo peruenit ad quandam viam, et iuxta eandem viam, a parte videlicet orientali eiusdem vie ad arborem Tul meta terrea circumfusam, abhinc ad eandem plagam uenit ad fluuium Twrdictum, et per cursum ipsius in modico spacio currendo exit de ipso ad eandem partem, et per quandam Siluam Mesterberky dictam, venit ad arborem pomi siluestris, Inde flectitur parum ad plagam meridionalem, in bono spacio per eandem siluam eundo deuenit ad arborem Jegenye meta terrea circumfusam, vbi eciam vnam nouam metam terream erexissent, Ibique reliquit terram Cruciferorum et conuicinatur metis possessionis Zenthmiclos, deinde flectitur ad partem occidentalem, venit ad fluuium Berzenche, et contra cursum ipsius fluuij ascendendo exit ad vnam siluam Nekulberky dictam et per ipsam venit ad arborem Tul meta terrea circumfusam, abhinc ad eandem plagam per terras arabiles venit ad vnam viam transitque ipsam ascendit ad montem, et in latere ipsius montis est vna meta terrea, vbi vnam nouam metam erexissent, ibique reliquit terram possessionis Zentmiclos, et commetatur terre possessionis Zerdahel, Inde flectitur ad aquillonem, descendendo de monte venit ad vnam viam et in ipsa via, ad eandem partem currendo cadit ad predictum fluuium Berzenche et per cursum ipsius in bono spacio descendendo, exit ad eandem partem, et peruenit ad arborem Tul meta terrea circumfusam, abhinc ad vnam magnam viam, que vadit ad Zerdahel, et in ipsa via in magno spacio currendo uenit ad predictum fluuium Twr, et ibi reliquit terram possessionis Zerdahel et commetatur terre possessionis Zenthbalas, et adhuc per cursum predicti fluuij Twr in bono spacio eundo exit ad vnam siccam vallem, et in magno spacio in eadem eundo ad eandem partem peruenit ad arborem Tul meta terrea circumfusam. Inde wadit ad vnam viam transitque ipsam per siluam Turberky dictam venit ad arborem Tul meta terrea circumfusam, abhinc ad eandem partem peruenit ad duas arbores Tul prope ad inuicem stantes metis terreis circumfusas. Inde per terras arabiles peruenit ad arborem Tul meta terrea circumfusam. Inde per quamdam siluam Sipug dictam, et in ipsa ad eandem partem currendo venit ad fluuium Labanya ibique

reliquit terram possessionis Zenthbalas et commetatur terre possessionis Bazytha ecclesie Albensis, et adhuc per cursum ipsius fluuy labanya uenit ad predictum fluuium Kanisa, et contra cursum ipsius fluuy ascendendo venit ad primam metam, ibique terminantur, ipsius eciam possessionis Gelse appellate prius et in antea iuxta continenciam literarum eiusdem domini Regis mediante testimonio venerabilis Conuentus Zaladiensis pro ipso magistro Nicolao Treutul per se reambulate mete in literis priuilegialibus eiusdem Conuentus prout in eisdem vidimus contineri plenius et seriose continentur. In cuius rei testimonium ac cautelam vberiorem ipsi magistro Nicolao Treutul comiti Tymisiensi, presentes concessimus literas sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus honorabilis et discreti viri magistri pauli lectoris dicte ecclesie nostre feria tercia proxima post octauas festi pasche domini Anno eiusdem superius annotato. Venerabili in xto patre domino Stephano Episcopo prelato nostro, aule Reginalis Cancellario, discretis viris dominis Pousa preposito, Marco Cantore, Stephano Custode, et martino decano, ecclesie nostre existentibus, Deo iugiter in eadem famulantibus.

Kék és ibolyaszínű selyem zsinóron függő pecséttel; eredetije az orsz. ltr. kincst. oszt. N. R. 620. 6. Közli: Kovács N.

497.

1320. Szakoly, mart. 12. Dózsa vajda által tartott három vármegye közgyülésén, Egyed fia Simon a Szabolcs vármegyei Szöllös birtok használatától szomszédjait, Ubul Mihály fia István ellenmondása mellett tilalmazza.

Nos Dausa Wayuoda Transiluanus et comes de Zonok damus pro memoria quod feria quarta proxima post dominicam Letare in congregacione nostra Comitatibus Zabolch Zathmar et Zonok in villa Zakal celebrata, asurgens magister Symon filius Egidij, proibuit commetaneos possessionis Zeleus a percepcione vtilitatis eiusdem Zeleus in Comitatu Zobolch existentis, quam possessionem dixit esse possessionem filij sui Nicolai a magistro Stephano filio apay fratre suo sibi Nicolao collatam, Ibidem consurgens magister Stephanus filius

Michaelis fily wboly, dixit se esse commetaneum nominate possessionis, sed nichil se partis habere vel communitatis de dicta possessione, Datum loco et die prenotatis anno domini M° CCC° XX°.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. N. R. 31. 18. Közli: Nagy Gyula.

498.

1320. Szakoly, mart. 13. Dózsa erdélyi vajda által három vármegye részéről tartott közgyülésen Emich fia Gergely Ubul Mihály fiai ellen egy ujabb határnapra megidéztetik.

Nos Dausa Wayauoda Transiluanus et comes de Zolnuk damus pro memoria quod in congregacione nostra in comitatibus Zoboch Zothmar et de Zolnuk celebrata Gregorius filius Emich contra Ladislaum et Michaelam filios Michaelis legitime citatus sabato proximo post festum pasce debet coram nobis conparere ad plenam responsionem datum in Zokol feria quinta post dominicam letare anno domini M° CCC° XX°.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Csontosi J.

499.

1320. mart. 20. A pozsonyi káptalan bizonyítványa arról, hogy Kondorosi Jakab birtokát a gellei egyháznak hagyományozta.

Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis, Capitulum ecclesie Posoniensis salutem in domino Sempiternam ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus perueuenire, Quod cum Jacobus filius Thome de Kundurus, heredum solacio fuisset orbatus seu priuatus, et dum in lecto iaceret egritudinis, diemque extremum sibi sentiret imminere, compos tamen sue mentis confugiendo ad proteccionem et gremium sancte matris ecclesie, et sibi pro herede eandem et adiutrice salubriori, eligendo, coram discretis viris et ydoneis, Michaele, et petro sacerdotibus vicarijs seu curam gerentibus animarum ecclesie sancti petri de Gelye, tanquam confessoribus, et prioribus suis spiritualibus in ultimo testamento suo seu ordinacione sua ultima nec non coram proximis suis et

vicinis ad maioris euidencie certitudinem conuocatis uidelicet Nicolao et Matheo filys Andree, Johanne filio Batha, Nicolao filio Mike, paulo, Jacobo, peteu, et Johanne filijs Johannis de Kundurus presentibus eciam et conuocatis commetaneis et vicinis suis ipsisque audientibus et consencientibus, scilicet Iwan filio Benke, paulo et Laurencio filijs Bytis, wermis Johanne, et Andrea filijs petri concorditer hoc coram nobis recitantibus et asserentibus, totam possessionem suam, quam iure possedit hereditario, quam quidem possessionem predecessores sui cum proprijs acquisierant uirtutibus et seruicys meritorys, Kundurus nuncupatam, cum fundo Curie, pomerio agris fenetis, aquis, et pascuis pecorum, ac cum omnibus alijs iuribus et pertinencijs suis, prout sui predecessores et ipse dinoscuntur possedisse, eidem ecclesie sancti petri de Gelye ecclesie sue parochyali, tam pro remedio animarum suorum predecessorum, quam eciam pro remedio anime sue dedisset, donasset et tradidisset iure perpetuo et irreuocabiliter, possidendam, habendam et colendam, vnde ne aliqua possit suboriri calumpnia, super possessione memorata, predicti Michael et petrus sacerdotes cum omnibus memoratis cognatis et vicinis dicti Jacobi et cum alys cognatis vicinis et commetaneis eiusdem Jacobi subsequentibus, uidelicet magistro fuko et Andich, filys magistri petri de Ogya Dyonisio et Nicolao filys Bartholomei. Abram, filio Michaelis, Egidyo, filio Iwanka, Nicolao filio Iwan, Thoma filio petri, petro filio Lamperti, Stephano filio Martini, nicolao filio Andych, Stephano filio Johannis, Thoma et Nicolao filys mark, ad nostram singuli singulariter accedendo presenciam testamentum predictum tam salubre, per Jacobum sepedictum proximum et vicinum eorum factum et ordinatum uiua uoce coram nobis ratificando concorditer admiserunt, obligando se uniuersi uniuersaliter et singuli (singu)lariter, quod nunquam de cetero ipsi neque eorum posteritas, eandem ecclesiam sancti petri racione supradicte possessionis possint et valeant in posterum in aliquo molestare sicut ad hoc se coram nobis firmiter obligarunt. Insuper dixerunt nobis unavoce quod si alique littere per falsas suggesciones aliquorum, super dicta possessione fuissent emanate

easdem dixerunt inanes et simpliciter uiribus uacuatas. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria quinta proxima ante festum beati Benedicti Abbatis. Anno Domini M° CCC° vigesimo.

Függő pecsét nyomaival, alól metszett betűkkel; eredetije a Pozsony vármegyei gellei plébánia birtokában. Közli: Kovács N.

500.

1320. mart. 23. A nagyváradi convent előtt Ubul Mihály fia István, testvére László részére húsz márka lefizetésére kötelezi magát.

Nos Jacobus prepositus et conuentus monasteri sancti Stephani prothomartiris de promontorio Varadiensi damus; (így) quod Stephanus, filius Michaelis fili Wbul, ex vna parte Item Ladizlaus filius eiusdem Michaelis fili dicti Wbul ex altera ad nostram accedentes presenciam personaliter; idem Stephanus assumpsit et se obligauit in diem datarum presencium: ipsi Ladislao fratri eiusdem superius nominato, viginti marcas, de fino argento uel cum Grossibus ad racionem fini argenti in octauis beati Jacobi apostoli, nunc proxime venturis soluturas, coram nobis vinculo tali, quod si diem procrastinauerit in soluendo duplum incursurus quam pecuniam idem Stephanus in necessitabus (így) suis semel, secundo et tercio dedisse, per eundem Ladizlaum sibi affirmauit datum in dominica Ramispalmarum anno domini M° CCC° vigesimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Csontosi J.

501.

1320. Debreczen, apr. 12. Dózsa erdélyi vajda előtt Miklós fia János és Csetnek unokája Miklós, Bys és Sényő birtokaikat Ubul Mihály fiainak átengedik.

Nos Dousa Woyuoda Transiluanus, et comes de Zonuk tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum Stephanus, Ladizlaus et Mykael magistri, filij Mychaelis filij Ubul, ab vna parte, ac magister Iwan frater ipsorum Item Johanes filius Nycolai, et Nycolaus filius Dyonisij filij

Chethnuk, ab altera, sabbato proximo ante quindenas Pasce, coram nobis personaliter conparuissent, legitime in congregacione nostra prius habita, contra inuicem euocati in Comitatu de Zobouch, Tandem ydem filij Michaelis sua nobis instr ıenta, super collacione vniuersarum possessionum filiorum Chethnuk emanata nobis exhibere curauerunt, quibus visis et perlectis vnacum nobilibus et Judicibus nobiscum consedentibus, certocercius didicimus, quod predicte possessiones filiorum Chethnuk, ipsis filys Michaelis, per dominum Regem Ladizlaum mediantibus litteris suis patentibus, iusta et legitima reambulacione facta, propter infidelitates ipsorum filiorum Chethnuk, et propter mortem Petri fily Mychaelis fratris ipsorum in fidelitate domno Regi exhibenda interempti, sint collate. Et cum nos, satisfacere iusticie intenderemus prout decet multi nobiles consurgentes, ex nostra permissione aput ipsos filios Mychaelis intercesserunt. ut ipsos filios Nycolai et Dyonisij inpossessionatos non relinquerent, qui ad peticiones predictorum nobilium inclinati, et pietate commoti, preter duas hereditates Bys et Seneu uocatas, quas ydem fily Michaelis filij Wbul, pro se cum suis vtilitatibus, sub antiquis metis receperunt, omnes alias hereditates filiorum Chethnuk, ipsis Johanni et Nycolao, et eorum heredibus pacifice possidendas, de ipsorum parte remiserunt, omni accioni ipsorum mote usquemodo, et specialiter insidias de morte Petri fratris ipsorum uersantes in cordibus ipsorum, renunciando remouentes, quasquidem duas possessiones predictas, Bys et Seneu uocatas ipsi Johannes et Nycolaus, gratanter et beniuole, predictis filijs Mychaelis fily Wbul, et eorum heredibus, pacifice possidendas relinquerunt. Datum in Debrecen, sabbato proximo ante quindenas Pasce. Anno domini, M° CCC° XX°

A nagyváradi káptalannak ugyancsak 1320-ban, sept. 18-án kelt átiratából; ennek eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltvban. Közli: Csontosi J.

502.

1320. apr. 12. Dózsa erdélyi vajda Ubul Mihály fiainak és társaiknak bizonyos birságot elenged.

Nos Dausa Wayvode (így) Transiluanus et comes de Zonok, damus pro memoria, quod iudicia illa in quibus magister Stephanus filius Michaelis de Semien et fratres sui Ladizlaus et Michael, cum altero Stephano filio Michaelis de apag et Simone iobagione suo per formam pacis concordarunt, ad peticionem ipsius magistri Stephani de Semien et fratrum suorum relaxamus, similiter eciam iudicia inquibus idem magister Stephanus et fratres sui, contra Johannem filium Nicolai et Nicolaum filium Dionisy filiorum Chethnek nobis tenebantur racione pacis relaxamus eisdem Datum sabbato proximo ante dominicam quindenarum passce, Anno domini M° CCC° vicesimo.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lvtban. Közli: Csontosi J.

503.

1320. Avignone, apr. 28. XXII-ik János pápa, a szent-márioni apátságba belépő szerzetesek ingó és ingatlan javainak az apátság által való megtarthatása iránt rendelkezik.

Johannes episcopus seruus seruorum Dei Dilectis filijs Abbati et Conuentui Monasterij sancti Martini de Sacro monte Pannonie ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Jauriensis diecesis Salutem et apostolicam benediccionem Deuocionis uestre precibus benignum impercientes assensum auctoritate uobis presencium indulgemus ut possessiones et loca alia mobilia et immobilia que liberas personas uestrorum fratrum ad Monasterium uestrum mundi uanitate relicta conuolancium et professionem faciencium in eodem iure successionis uel alio iusto titulo si remansissent in seculo contigissent et que ipsi existentes in seculo potuissent uobis libere erogare petere recipere ac eciam retinere licite ualeatis sine iuris preiudicio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis in-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 572 von 696

fringere, uel ui ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auenione quarto Kalendas May Pontificatus nostri Anno Quarto.

Piros és sárga szalagon függő ólompecséttel ; eredetije a szentmártoni főapátság lban, C. 39. T. Közli : Stachovics R.

504.

1320. máj. 2. A nagyváradi káptalan előtt Folkus fia Omode a keresztúri birtokban Hodos fiával Lőrinczczel kötött osztályegyezséget elfogadja.

Nos Capitulum ecclesie waradiensis, tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis quod cum secundum continenciam litterarum magistri Iwan comitis de Zobolch, et quatuor Iudicum nobilium de eodem comitatu, in octauis beati Georgij martiris, Omodeus filius Folkus, et Dyonisius, ac filij sui, diuisionem inter se, in possessione kereztur vocata in locis sessionalibus, cum magistro Laurencio filio Hudus factam, litteris nostris mediantibus confirmare debuissent ipso termino adueniente prefatus magister Laurencius, cum litteris premissa continentibus, comparuit coram nobis de quibus autem nobilibus scilicet Omodeo filio folkus et Dyonisio ac filijs eiusdem preter Omodeum nemo comparuit, nec aliquem pro se misit, idem uero Omodeus personaliter pro se comparens, ipsam diuisionem gratanter acceptare se asseruit uiua uoce, et litteris nostris mediantibus ex sui parte confirmauit. Datum in crastino octauarum predictarum, anno domini M° CCC° vicesimo.

Hátlapján hosszúkás pecsét nyomaival ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1754. 8. Közli : Nagy Gyula.

505.

1320. máj. 3. A jászói convent előtt a hamvai nemesek gannai (hamvai) és nagyútalyi földjeiken megosztozkodnak.

Nos Mychael prepositus et Conuentus de Jazov omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum

inspecturis salutem in eo qui est uera salus, proinde ad vniuersorum noticiam harum serie litterarum uolumus peruenire, Quod Mychaele filio Kelemes et nycolao filio eiusdem pro se et pro alys filis suis Petro Laurencio et Jacobo ab una parte ab altera uero Lorando et Thoma filis Oliueri nobilibus de Ganna coram nobis personaliter constitutis, propositum nobis extitit per eosdem viuauoce quod terram ipsorum hereditariam in possessione Ganna iacentem coram quatuor probis hominibus nobilibus per Nycolaum Comitem Judicem curie magistri Philippi eisdem datis ut inter eos perpetua diuisio et pax firma fieri possit et conualescat diuisissent ad duas partes equales inter ipsos tali modo, primitus fundos curie ipsorum seu sessionem ab ecclesia sancti Regis Stephani parochionali incipiens vsque ad riuulum seu pothok Ganna wyze vocatam (így) cum corda trahendo ad duas partes diuisissent quarum parcium superior ex parte septemtrionali scilicet dimidia pars cessisset Mychaeli filio Kelemes et per ipsum filis suis iure hereditarie (így) possidenda tenenda et irreuocabiliter habenda. residua inferior pars ex parte meridionali similiter eodem iure perpetuo hereditarie possidenda tenenda et irreuocabiliter habenda cessisset Lorando et thome filis Oliueri memoratis vnicuique cum suis vtilitatibus et pertinencijs Item terras ipsorum extra fundos curie eorum tam in arabilibus quam in Rubetis quam eciam in siluis super antiquas metas et terminos prout antea aui eorum, et per consequens patres ipsorum possidere et habere dignoscebantur diuisissent similiter ad duas partes, similiter perpetuo iure possidendam et irreuocabiliter habendam, quisque suam partem, et de cetero perpetuum silencium imponendo super hac diuisione. Nomina autem hominum quos inter eos fuisse affirmarunt sunt hec, Egidius filius Zobozlou. Mauricius de Sudan, nycolaus filius Chebe Ladizlaus filius Tyburci qui eciam in fundis curie ipsorum inter illas duas partes, metas ex licencia et permissione Judicis scilicet Nycolai comitis erexissent que separant eos inuicem. Mete autem prout partes nobis recitarunt taliter distinguntur prima meta incipit ab ostio (így) ecclesie memorate descendendo uersus occasum peruenit ad ortum sacerdotis ibi facit metam terream deinde protenditur directe descendendo ad

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 574 von 696

foueam magnam in cuius parte orientali facit metam terream, deinde descendendo directe uersus occasum peruenit ad metam terream, deinde progrediendo descendit ibi ubi angulatur riuulus Ganna et in illa angularitate circa eundem riuulum facit metam terream, et ibidem cadit in illum riuulum Ganna wize, currit in meatu ipsius infra. donec peruenit ad finem terre arabili (így) et ibi prosilit extra ad partes occidentales ibi facit metam terream et inde uadit in vna meesde supra uersus occidentem ad arborem silicis super qua est meta terrea, deinde uadit directe et peruenit inferius vineam ad metam terream in qua est arbor magyalpha uocata, de hinc progrediendo cadit in publicam uiam in qua currendo peruenit ad Roazliuk superius quem est meta terrea in qua est arbor magyalpha uocata, deinde progrediendo per signa crebra in cacumine collis peruenit ad metas Luce et ibi facit terream metam in qua est arbor Kercy, et reflectitur uersus meridiem et uadit ad caput wallis thretefeu, ibi iungit metam terream que separat a metis Luce et in eadem valle descendendo peruenit ad arborem silicis sub qua est meta terrea deinde protenditur uersus monyorosberek et peruenit ad arborem silicis sub qua est meta terrea, deinde protenditur et peruenit ad ipsum monyrousberek in medietate cuius stat arbor magna silex sub qua est meta terrea deinde uadit ad puteum monyrousd, superius cuius est meta, deinde progreditur et uadit uersus Iratam in vno parlag in fine cuius est meta terrea sub arbore silicis, deinde eundo peruenit ad arborem silicis in qua est crux sculpta, deinde protenditur et uadit uersus metas Irata et ibi determinatur Item eciam vnam particulam terre quam dixerunt iacere sequestratim per se, qua, uicinatur terre Zeherie quam aquisitam ipsorum esse affirmarunt, cum suis eciam vtilitatibus diuisissent ad duas partes equales, dimidia pars ipsius particule terre iacens et existens ex parte porcionis filiorum Oliueri cessisset ipsis filis Oliueri scilicet Lorando et Thome perpetuo iure possidenda, residua dimidia pars uero ex parte wadaz cessisset ipsi michaeli et per ipsum filis suis similiter perpetuo iure quam nunc idem retulit pignori obligasse se. Item de meta terrea superius particule terre nominate erecta ex parte ville incipiens, versus villam Ganna prata

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 575 von 696

qua iacent et sunt cum corda trahendo partes, ad duas partes diuidendo possidebunt. Item terram nogutalia uocatam similiter ad duas partes prout antea patres ipsorum possiderunt diuisissent super eadem signa, adiecerunt partes ut nullo tempore per quempiam possit irritari nullo modo diuisio iam facta et prehabita et perpetuum robur obtineat firmitatis. In cuius rei memoriam ad peticionem parcium nostrum concessimus priuilegium nostro sigillo sigillatum. datum in inuencione sancte crucis, anno domini millesimo CCC⁰ vicesimo.

Hártyaszalagon függött pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Hamvay cs. ltárában. Közli: Nagy Gyula.

506.

1320. körül, Esztergom, máj 4. Tamás esztergomi érsek Miklós győri püspököt inti, hogy a bakonybéli apátságot megillető nyúli bortizedet sajátjául ne szedesse.

Venerabili in Christo patri domino N. dei gracia Episcopo Jauriensi locique eiusdem comiti perpetuo. Amico suo reuerendo Thomas per eandem Archiepiscopus Strigoniensis eiusdemque loci comes perpetuus mutuam ac sinceram in domino caritatem. Conqueritur nobis Religiosus vir Frater Thomas Abbas de Bel quod vos decimam vini ville Nul sibi debitam ex priuilegio sanctorum regum prohibuissetis in suum et ecclesie sue preiudicium et grauamen, quare paternitatem vestram petimus per presentes diligenter, quatenus dictam decimam ad suggescionem Budur seruientis vestri prohibere et recipere non uelitis in preiudicium et iacturam ecclesie memorate. Datum Strigonii in crastino Inuencionis sancte Crucis.

Ötsoros keskeny papír szeleten, zárlatán vörös viasz pecsét nyomaival; eredetije a pannonhalmi főapátság lt., C. 65. B. Közli: Stachovics R.

507.

1320. Újvár, máj. 15. Fülöp szepesi és újvári főispán közhírré teszi, hogy a Gerepcse, Oros, Bololó, Tárkány és Marazana nevü birtokaira szállókat szívesen látja.

Nos magister Philippus Comes de Scepus et de vywar. Notum facimus Omnibus quibus presentes Ostenduntur. Quod

quicunque uel cuiuscunque status et condicionis homines seu populi super possessiones magistri Thome filij Chorardi, scilicet Gerepche. vrus. Bodolov. Tharkan et Marazana nuncupatas Causa commorandi uenire uoluerint secure veniant et libere commorentur in eisdem sub nostra proteccione et tutela penitus in nullo formidantes. Comitem Michaelem castellanum nostrum de Fyzer, uice nostre protegendos eosdem (így) commisimus et asignauimus. vnde volumus, quod hec premissa verbo nostro publice per fora ubique locorum faciant proclamari. Datum in vywar quinta feria proxima ante festum Pentecostes anno domini M° CCC° XX°.

Hátlapján fekete viaszba nyomott kis kerek pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. N. R. 861. 5. Közli: Nagy Gyula.

508.

1320. máj. 22. A nagyváradi káptalan előtt Geechi Demeter özvegye leánynegyedi illetőségére nézve Bátori Bereczk által való kielégíttetését nyilvánítja.

Nos Capitulum ecclesie Waradiensis damus pro memoria, quod nobilis domina relicta demetrij de Geech filij Symonis soror videlicet comitis Mykaelis filij Barch, filia Ladislai filij damiani, cui idem Comes Mykael, ac petrus filius ipsius comitis, Mykael astiterunt, coram nobis, personaliter constituti, viua uoce, sana mente, spontaneaque voluntate, asseruit coram nobis, quod cum Comes Briccius de Batur filius Andree de genere Guthkeled, racione quarte sue, de possessione pouch per ipsum comitem Briccium sibi debite satisfaccionem inpendere debuisset Tandem idem comes Briccius facta solucione quindecim marcarum, sibi ad plenum satisfecisset, reddendo ipsum comitem Briccium racione quarte sue predicte, penitus et per omnia expeditum, et ipsam possessionem pouch, ipsi Comiti Briccio, committendo perpetuo et suis heredibus possidendam. Datum quinto die festi penthecostes anno domini M° CCC° vicesimo, et cum presentes nobis fuerint reportate, nostrum super hoc priuilegium uel literas patentes conferemus.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 841. 5. Közli: Kovács N.

---

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 577 von 696

509.

1320. máj. 22. A nagyváradi káptalan előtt a Csák nemzetségből való Mihály az özvegy testvérét Scolasticát hitbér és hozomány fejében illető bizonyos pócsi birtokrész felett a Gútkeled nemzetségből való Bátori Bereczkkel kiegyez.

Nos Capitulum ecclesie waradiensis. damus pro memoria. quod comite Mijkaele filio Barch, de genere Chaak, ab una parte, Item comite Briccio filio andree de Batur, de genere Guthkeled. ab altera. coram nobis personaliter constitutis, idem comes Mychael proposuit viua voce. quod cum nobilis domina relicta Ladizlai. filij Damiani kolustica nomine soror eiusdem comitis Mykaelis, contra Phylem filium Phyle de generacione eiusdem Ladizlai, dotem suam et res parafernales super possessione Pouch requirendam, ipsis comitibus Mykaeli et Briccio procuratoribus suis exequendas legitime commisisset, Tandem idem Phyle quia de alijs facultatibus suis ipsam dotem et res parafernales predictas soluere vnde non habuisset, dimidietatem ipsius possessionis Pouch. ipsis Comitibus Briccio et Mykaeli racione dotis et rerum parafernalium predictarum assignasset. et quia ipsi comites scilicet Mychael et Briccius de Batur, solucionem ipsius dotis et rerum parafernalium prefatarum, communiter percipere debebant ut dixerunt, quia racione lenee (így) generacionis ipsi comiti Briccio magis quam prefato comiti Mykaeli pretacta possessio pouch attinebat, pro eo ipsam dimidietatem possessionis Pouch, racione dotis et rerum parafernalium predictarum assignatam datis ipsi comiti Mychaeli per eundem comitem Briccium viginti quinque marcis et persolutis. idem comes Mykael, prelibato comiti Briccio, et per eum suis heredibus ac successoribus vniuersis, perpetuo et irreuocabiliter possidendam reliquisset. Datum feria quinta proxima ante octauam festi Pentecostes. Anno domini M° CCC° vicesimo. et cum presentes nobis fuerint reportate, nostrum super hoc eidem priuilegium uel litteras patentes conferemus.

Zárlatán hosszúkás pecsét nyomaival ; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. 841. 4. Közli : Nagy Gyula.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 578 von 696

510.

1320. Temesvár, jun. 1. Lampert országbíró az Óvári Jakab fiai és Zombor testvére Dénes között fönforgó ügyet elhalasztja.

Nos magister lampertus Judex Curie domini Regis et Comes Chanadiensis damus pro memoria, quod causam quam Nicolaus et Corrardus filij Jacobi pro quibus et ex quibus ydem Nicolaus personaliter pro se et Corrardo cum procuratorys litteris conuentus Waradiensis comparuit, contra dyonisium fratrem Zumbur, pro quo vernelius astitit et terminum assumpsit legitime citatum sicut in litteris predicti Conuentus waradiensis vidimus contineri, in octauis penthecostes habebant coram nobis quia primus terminus eorum esse dignoscebatur ad octauas beati Jacobi apostoli nunc affuturas duximus prorogandam ad perhemptoriam responsionem faciendam. Datum in Themeswar octauo die termini prenotati. Anno domini M° CCC° XX°.

Zárlatán pecsét maradványaival ; eredetije a b. Révay cs. ltban, »Gyulai« fasc. III. 25. Közli : Kovács N.

511.

1320. Vetés, jun. 19. Szatmár vármegye szolgabírái előtt Mihály fia Mihály bizonyos bírság lefizetésére kötelezi magát.

Nos quatuor Judices nobilium de Comitatu Zathmariensi damus pro memoria, quod magister Michael filius Michaelis, coram nobis personaliter comparendo obligauit se in octauis beati Michaelis nunc venturis, quindecim pensas denariorum soluturum, Magistro Teodorio coniudici nostro, in ommissione termini penam Judici incursurus. Datum in Vethes feria quinta proxima ante festum sancti Johannis Babtiste (így). Anno domini M° CCC° XX°.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli : Csontosi J.

512.

1320. jun. 28. A nagyváradi convent előtt Pál fia Raphayn anyjával együtt Szatmár vármegyében fekvő három birtokuk harmad részét a nevezett Pál leányának s férjének elörökítik.

Omnibus xpi fidelibus presentibus pariter et futuris, presentem paginam inspecturis, Jacobus prepositus et Conuentus monasterij beati Stephani prothomartiris de promontorio waradiensi salutem in filio virginis gloriose. Ea que in tempore geruntur, ne cum tempore dilabantur, litterarum patrocinio, solent communiri. Ad vniuersorum igitur noticiam tam presencium quam futurorum, harum serie literarum volumus peruenire. Quod Raphaynus filius pauli filij Swnk, cum nobili domina Jolenth vocata matre sua, relicta predicti comitis pauli ab vna parte, magister paulus gener ipsorum et Stephanus frater eiusdem filij dominici ex altera coram nobis personaliter constituti, ydem Raphainus et domina Jolent mater sua, sana mente spontaneaque voluntate, oraculo viue uocis sunt confessi. Quod tercias partes, trium possessionum suarum hereditariarum, videlicet terciam partem possessionis Ewr, que est in Nyr, item terciam partem possessionis pathud, que est circa fluuium Zwmus. Item terciam partem possessionis Gernez, que est circa fluuium Eer, vocatarum, in Comitatu Zothmariensi existencium, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis vniuersis, de consensu et beneplacito Laurencij et dyonisij filiorum Stephani dicti Chuge. Item Thome filij Lorandi de Komoroud. Item Comitis Mychaelis fily Baruch, proximorum suorum, et ex permissione Chepani et Iwan filiorum nicolai, et Alexandri filij Alexandri de papus, Item nicolai et Stephani dictorum Cantur, et andree filij Gothardy de Iwanusy. Item Johannis et Michaelis filiorum Abraham, de Laskwd. Item Andree fily Jolath de Woya. Item Johannis filij petri filij abraham, vicinorum et conmetaneorum suorum, similiter personaliter astancium, predicto magistro paulo genero suo, cum domina Myche, sibi in coniugem tradita, filia pauli filij Swnk, sorore eiusdem Raphayni. Item Stephano fratri suo ac eidem paulo pro rebus eorum, videlicet uiginti quinque marcis, plene receptis ab eisdem, eis, et per eos, eorum heredibus, heredumque suorum successoribus in filios filiorum, dedissent, do-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 580 von 696

nassent et contulissent, ymo coram nobis dederunt donauerunt et contulerunt, iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas tenendas et habendas. Tali namque modo, quod Raphaynus filius pauli filij Swnk, assumpsit, quod numquam et in nullo curriculo temporis predictas possessiones, Ewr, pathud, et Gernecz vocatas, cum aliquo alio homine, preter predictos paulum et Stephanum magistros participaret, nec aliquos proximos aut consanguineos suos in facie predictarum possessionum in preiudicium ipsorum conseruaret. Tali uinculo interiecto. Quod si secus faceret, tunc porciones ipsius, in predictis possessionibus habite, eisdem paulo et Stephano magistris, deuoluerentur similiter perpetuo iure possidende. Preterea eadem domina Jolenth filia Comitis Lorandi, mater predicti Raphayni volens remunerare labores, et refundere expensas predictorum pauli et Stephani magistrorum quos labores, et quas expensas in necessitate et inopia eorum, pro se, et filio suo, eosdem fecisse, et expendisse affirmauit. Dotem et res suas parafarnales eisdem dedit, donauit et tradidit coram nobis. Item idem Raphaynus filius eiusdem domine, obligauit se, quod quandocunque et in quocunque curriculo temporis, ipse uel sui successores, pro prefata donacione sua prefatos paulum et Stephanum magistros uel eorum heredes in causam attraherent, tunc ante litis ingressum quinquaginta marcas iuxta regni consuetudine mediante, pro ipsa dote, et rebus parafarnalibus, eisdem persoluere tenerentur. Item relatum extitit per eosdem Raphaynum et dominam Jolent, matrem suam, quod litteras suas, si quas contra istud priuilegium haberent emanatas, uel in futurum aliqua nequicia ducti in Capitulo, uel alias vbicunque emanari facerent, quibus mediantibus donacionem suam predictam reuocare niterentur, cassas redderent, ymo coram nobis reddiderunt et inanes ac viribus carituras. Ordinauerunt eciam predicte partes inter se, quod si predictum Raphaynum filium pauli fily Swnk, sine heredum solacio de hoc seculo discedere contingeret, tunc porciones sue in predictis possessionibus habite, prefatis Paulo et Stephano magistris deuoluerentur, cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis suis vniuersis, perpetuo iure possidende. E conuerso si ydem paulus et Stephanus magistri heredum solacio destituti de hoc mundo migrauerint, tunc

porciones ipsorum in dictis possessionibus habite, iterato ipsi Raphayno remanebunt, Item ydem Raphaynus et domina Jolent mater sua, predictis paulo et Stephano magistris, contulerunt vnam ancillam Mwch nominatam, quam idem Raphaynus a patre suo sibi remansisse affirmauit. Insuper assumpsit idem Raphaynus filius pauli fily Swnk, quod ab omnibus qui racione predictarum trium porcionum de possessionibus predictis paulo et Stephano magistris traditarum, eosdem paulum et Stephanum magistros processu temporum molestarent, uel inpetere niterentur, ipsos expediret, proprijs rebus laboribus et expensis. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam, concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Crastino festiuitatis beati Ladislay Regis et confessoris. Anno Domini. Millesimo. CCC° XX°.

Sárga, zöld, piros és kék selyem zsinóron függött pecsét nyomaival és fent metszett betükkel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1534. 33. Közli: Kovács N.

513.

1320. jul. 5. A pécsváradi convent előtt Zombor testvére Dénes Szederkény birtokot Óvári Jakab fiaitól két márka lefizetésével magához váltja.

Nos Conuentus Monastery Waradiensis damus pro memoria. Quod Dyonisius frater Zumbor ab una parte et Benedictus filius Bartholomey seruiens Nicolay et Corrardi filiorum Jacobi pro eisdem dominis suis, ex altera, coram nobis personaliter constituti, propositum et relatum extitit per eosdem, vt super causa et accione, quam predicti fily Comitis Jacobi contra ipsum dyonisium fratrem Zumbor racione cuiusdam possessionis Sederkyn vocate, habuissent et mouissent et metam diucius ventilassent Regio in conspectu, probis viris mediantibus et componentibus, ad plene pacis et concordie deuenissent vnionem, tali modo quod. Dyonisius predictus, coram nobis assumpsit et obligauit se, in Octauis sancti Regis Stephani nunc venturis, Nicolao et Corrardo filys Jacobi prenotatis, duas marcas denariorum banalium magistralium cum sex

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 582 von 696

pensis computando, soluere coram nobis, tali modo, quod si ipsas duas marcas modo premisso, adueniente ipso termino non solueret, uel soluere non curaret, extunc cum duplo soluere teneretur. Datum sabbato proximo post festum petri, et pauli apostolorum, anno domini M° CCC° XX°.

Zárlatán pecséttel ; eredetije a b. Révay cs. ltban, »Gyulay« fasc. III. 26. Közli : Kovács. N.

514.

1320. jul. 18. I. Károly király az Aba nemzetségből való Kompold fia Péter fiának Gergelynek a Hevesújvár megyében fekvő Fegyvernek birtokot adományozza.

Arolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame Seruie, Gallicie, Lodomerie, (Cumanie) Bulgarieque Rex. Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Quum digne ac laudabiliter in memoria vertitur hominum, vbi fideles in seruicys exhibitis emeriti, condignis meritorum premijs non priuantur eo propensius ad illorum penuriam tollendam merito prouocamur, quos non solum inter communes reperimus fideles, verum eciam frequens ac laudabilis, seruiciorum singularis prerogatiua reddidit multipliciter commendatos. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod magister Gregorius filius quondam magistri Petri filij Conpoldy de genere Aba, dilectus et fidelis noster, ad nostram accedens presenciam, sueque fidelitatis seruicia quo fideliter inpensa, eo deuote, sollerter nobis exhibita proponens et declarans, quandam possessionem fegwernek nuncupatam, in Comitatu de Heweswyuar existentem, iuxta Tycie fluuium, asserens eam fore hominis sine herede decedentis et hac de causa nostre collacioni pertinere, et tributum in aqua byzus nominata, in predicto Comitatu existenti, pro suis fidelibus seruicijs a nobis sibi dari concedi et conferri perpetuo postulauit. Nos igitur secundum quod regie magnitudinis nostre expostulat et requirit officium vt vniuscuiusque merita animo meciamur pietatis, et hys quos opera sue virtutis regali re-

muneracione dignos efficiunt grata debeamus reddere premia meritorum, propositis peticionibus ipsius magistri Gregorij diligenter auditis, reuocatisque in memoriam fidelitatum obsequijs eiusdem reuera recommendacione dignis, quibus idem a toto eo tempore quo in regnum nostrum Hungarie ordine geniture et Juris nobis debitum intrauimus, in nostris et regni nostri negocijs sumpme arduis, tam prosperis quam aduersis, dubijs fortuitisque casibus se submittendo, continuis locis et temporibus oportunis. que suo modo per singula longum esset enarrare et presentibus inseri tediosum votiue sollicitudinis studio, et sollicite fidelitatis ministerio, meruit complacere seque reddere graciosum. Volentes eidem regie remuneracio nis occurrere donatiuo licet a nobis hijs multo plura mererertur, tamen vt eo petente suis votis aliqualiter correspondere valeamus (et eius) exemplo ceteri discant sub principe gracioso deuocius famulari, prefatam possessionem fegwernuk cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs vniuersis, sub antiquis metis et terminis simul cum (tributo in) ipsa aqua Bisus exigendo, tum propter recompesacionem suorum seruiciorum aliqualem tum propter restauracionem eciam pecunie eiusdem, que cum domina matre ipsius, ad valorem Ducentorum marcarum in monilibus aureis Ciphis et Cingulis argenteis, ac diuersis rebus preciosis, tradita extiterat et ad manus nostras regias casualiter deuoluta, sibi et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus dedimus donauimus et contulimus (iure) perpetuo possidendam tenendam et habendam, statuentes quod de curru Masa dicto dimidius ferto et de quolibet Curru pannis, salibus, aut alijs quibuslibet rebus honerato, quatuor parui denarij, et de qualibet tunella vini Octo Denarij, ac de vno Curru vacuo, duo parui denarij racione dicti tributi exigantur. Ita tamen quod idem magister Gregorius propter exaccionem huiusmodi tributi, bonum pontem super dictam aquam transeuntibus necessario tenebitur edificare, et confractum quomodolibet reparare. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras Duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi. Aule nostre vicecancellarij et archidiaconi de kukulleu dilecti et fidelis no-

stri. Anno domini Millesimo CCC° XX°, quindecimo kalendas augusti. Regni autem nostri anno similiter XX°.

Zöld selyem zsinóron függő pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. 434. 21. Megvan u. o. ugyancsak I. Károly királynak az adományos számára 1324-ben 3-tio kal. febr. kiadott átiratában is. Közli: Nagy Gyula.

515.

1320. Buda, jul. 19. I. Károly király a szent-endrei és bogdányi lakosoknak vámmentességét a nyúlszigeti apáczákra nézve megszünteti.

Nos karolus dei gracia Rex Hungarie Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis. Quod licet nos populis nostris de Sentendre et de Bagdan propter eorum fidelitates ex nostra Regia gracia speciali hanc concesserimus libertatem, vt inter Budam et Strigonium nullum alicui tributum uel Telonium de suis Rebus et mercibus soluere teneantur, Tamen quia tributum Religiosarum dominarum deo deuote famulancium de insula Leporum a sanctis Regibus predecessoribus nostris karissimis datum concessum et donatum nolumus anullari uel diminui in aliquo, volumus et firmiter precipimus per presentes, quatenus prefati populi nostri de Scentendre et de Bagdan tributum ipsarum dominarum a sanctis progenitoribus nostris eisdem collatum ut premittitur, more solito plenarie persoluant et integre, quia nolumus vt de prouentibus et Juribus predictarum dominarum excepcio uel diminucio fiat aliqualis datum Bude sabbato proximo ante octauas beate Margarete virginis et martiris, anno domini Millesimo CCC° vigesimo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Pos. 39. 3. Közli: Nagy Gyula.

516.

1320. Buda, jul. 20. I. Károly király a Hevesújvár megyei Gyanda birtokot Kompold unokájának Gergelynek adományozza.

Nos Karolus dei gracia Rex Hungarie Significamus quibus expedit presencium per tenorem vniuersis Quod ma-

gister Gregorius filius quondam magistri petri fily Chonpoldi fidelis noster ad nostram accedens presenciam sue fidelitatis seruicia nobis proponens et declarans, quamdam terram Ganda uocatam in Comitatu de Heueshuuar (így) existentem Johannis et Ladislai filiorum Omodey Infidelium nostrorum, sicut dixit et hac de causa nostre collacioni pertinentem pro suis fidelibus seruicys a nobis sibi dare postulauit. Nos itaque consideratis fidelitatibus et seruiciorum meritis eiusdem quorum exhibiciones (így) se nobis studuit reddere graciosum, prefatam terram Ganda a prefatis filys Omodey infidelibus et male meritis auferentes eidem magistro Gregorio et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus donauimus et contulimus perpetuo iure cum omnibus eiusdem terre utilitatibus et pertinentibus (így) vniuersis possidendam tenendam et habendam, presentes autem dum nobis reportate fuerint informam priuilegi redigi faciemus. Datum Bude in octauis beate Margarete virginis et martiris Anno domini M° CCC° XX°.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 432. 31. Közli: Kovács N.

517.

1320. jul. 21. A szalavári convent előtt Tengerdi Máté, Imre fia Lőrincz ellenében bizonyos hatalmaskodásban való ártatlanságára nézve magát a tisztító eskü letételére kötelezi.

Nos Conuentus Monastery sancti Adriani de Zala presentes litteras damus pro memoria, quod cum magister Laurencius filius Emerici racione captiuacionis persone magistri Johannis filij comitis Stephani filij Sebus proximi sui, ac wlneracione duorum seruiencium suorum Johannis et Nicolai, contra Johannem filium dominici seruientem comitis Mathei de Tengurdy pro quo idem Comes matheus astitit coram magistro kokos comite Zaladiensi materiam quescionis seu litis amouisset et hoc idem magister kokos arbitrio parcium uoluntate proborum hominum videlicet Johannis filij Pousa Laurencij Dumbou dicti, Nicolai filij petri, Mathei fratris Reche, Johannis fily Onth, Arnoldi et Micaelis filiorum keled, mathei

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 586 von 696

de Gelsa, magistri Chak, Johannis filij Egidy, ac Demetrii hominis domini Regis, seu ceterorum proborum hominum duxerit committendum, excipiens se de premissis, tandem peracto arbitrio inter partes, predicti arbitrij quatuor ex ipsis, Laurencium dictum Dumbou, Arnoldum filium keled, Nicolaum filium petri, et Matheum de Gelsa, prescriptos per eosdem ad id deputatos, ad nostram duxerunt presenciam transmittendos qui coram nobis astando seriem facti sic nobis recitando asseruerunt quod partes predicte per arbitrium prephatorum (így) proborum uirorum in talem deuenissent ordinacionem, ut predictus comes Matheus feria secunda proxima post festum ad vincula sancti petri apostoli debet statuere centum personas hominum prout consuetudo Regni exigit coram nobis de quibus et ex quibus quincagesimo (így) se debet iurare super eo, quod predictum magistrum Johannem in recto itinere suo cum predictis seruientibus suis die octauarum beati Johannis baptiste per villam Stephand transeuntes Johannes filius Dominici seruiens ipsius manu ualida non captiuauerit et captum cum suo rubore (így) in predictam villam non reduxerit nec Johannem et Nicolaum seruientes suos tribus wlneribus lanceis illatis non uulnerauerit, qui si iurare poterit bene quidem alioquin quincaginta marcas pro premissis dare et persoluere tenebitur magistro Laurencio memorato, dicimus eciam quod ipsis uulneribus memoratis, prout arbitrium extiterit matheus sepedictus ipsi magistro Laurencio soluturus. Datum in uigilia beate Marie Magdalene. Anno eiusdem (így) M° CCC° XX°.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 41. 89.

518.

1320. Sirok vára alatt, aug. 11. Dózsa erdélyi vajda előtt Mihály fia Mihály a szabolcsi ispán előtt folyamatban lévő ügyeiben a nevében való eljárásra két szolgáját felhatalmazza.

Nos Dausa wayuoda Transiluanus et comes de Zounuk damus pro memoria, quod magister Michael filius Michaelis coram nobis personaliter constitutus, causam suam quam in comitatu de Zoboulch contra quemuis habet in presencia

magistri Iwan comitis de Zoboulch. et in quouis termino, pro eo quia nobiscum est in expedicione presenti in seruicio domini nostri regis. id circo Nycolao dicto Oprout et dominico dicto Zekul seruientibus suis. exhibitoribus presencium, autem (így) alteri istorum si alter adesse non potest, conmisit exequendam ratum et firmum habiturus quicquid per eosdem uel alterum horum fuerit ordinatum. Datum sub Castro Syruk in crastino beati Laurencij martiris Anno Domini M° CCC° XX°.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Csontosi J.

519.

1320. aug. 27. I. Károly király előtt a Dorozsma nemzetségből való Pál macsói bán és testvére András a Szentemágocs nemzetségből való Péter és Demeter fiaival kibékülnek.

(K) arolus Dei gracia Hungarie. Dalmacie, Croacie. Rame. Seruie, Gallicie. Lodomerie. Comanie. Bulgarieque Rex. Omnibus xi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod nobiles uiri uidelicet paulus, Banus de Machow, Comes Wolko de Budrug, et Castellanus noster de Kevzeg, una cum magistro Andrea fratre suo uterino de genere Durusma ab una parte, magister Symon filius petri, unacum nicolao et Demetrio filys demetrii fily Elek, fratribus suis de genere Zentemaguch ex altera, in nostre maiestatis presencia constituti, sopita cuiuslibet controuersie materia, inter partes hactenus uentilata, unioneque pacis reformata, tam ex communi consensu parcium, quam ex arbitrio et amicabili ordinacione fidelium barronum nostrorum scilicet Demetrii magistri Thauarnicorum nostrorum, Dominici palatini, et magistri Lamperti Judicis Curie nostre aliorumque quam plurium regni nostri nobilium per partes pari uoluntate et consensu adductorum confessi sunt uiua uoce, inter se taliter concordasse, Quod cum ex illicitis seu dampnosis processibus ipsius magistri Symonis et fratrum suorum, scilicet diuersis deuastacionibus, et multis conbuscionibus pos-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 588 von 696

sessionis eorumdem pauli Bani et magistri Andree, Gara uocate, ac in incendio ecclesie in eadem existentis, nec non interfeccionibus, mutilacionibus, cremacionibus et captiuacionibus hominum, ad eosdem pertinencium, ac pro infidelium processuum scrupulo, per eosdem nostre maiestati inpenso, idem paulus Banus et magister Andreas iuris ordine procedentes, ex prosecucione multarum causarum, mediantibus litteris iudicum Curie nostre et nostris ac comitum prouincialium diucius motarum, predictum Symonem et fratres suos in amissione et priuacione omnium possessionum ipsorum, ac capitalis pene sentencia conuicissent, quorum quidem assercionibus ydem Symon et fratres sui sponte testimonium perhibentes, affirmarunt, ut amissionem possessionum et capitalem sentenciam merito incurrissent, tandem ipsi paulus Banus et magister Andreas tamquam iusti et legitimi uictores, misericordia moti, eorumque inopie criminose et exilio compassi, nostris regys genibus prouoluti pro eisdem supplicantes a nostra maiestate postularunt, ut composicionem et ordinacionem inter eos factam, pro fidelitatibus ipsorum acceptare dignaremur, tali modo, quod omnes possessiones dictorum Symonis, et fratrum suorum, tam empticias, quam cuiuslibet acquisicionis titulo primo possessas et taliter amissas, ydem Symon et fratres sui qualitercunque poterint recuperare ualeant et habere. Duabus autem possessionibus azarias et Wolkofeo uocatis, sub uno ambitu metarum existentibus cum ipsarum utilitatibus et pertinentibus, eisdem paulo Bano et magistro Andree ac eorum heredibus remanentibus, perpetuo et irreuocabiliter possidendis, tali uinculo mediante, prout prefati Simon et fratres sui se sponte obligarunt, quod omnes litteras nostras, et nostrorum predecessorum, ac iudicum curie nostre, cuiuslibet Capituli, Conuentus, nec non comitum, seu iudicum prouincialium, si quas contra eosdem paulum Banum et magistrum andream, in cuiuscunque cause ipsorum mocione emanatas reseruassent usque modo, inanes reddiderunt et cassatas, et exhibitores earumdem calumpnie uicio inuolentur. Hoc adiecto, quod nec ipse Symon, nec fratres sui memorati, nec eciam heredes eorum, aliquas litteras protestatorias, seu qualibet condicione confectas, et de cetero emanandas, contra sepedictos paulum Banum et magistrum Andream ac

heredes eorum exhibere poterint in futurum, nec aliquam quescionis materiam incitare, si uero aliquam causam contra eosdem mouere attemptauerint temporis in processu, extunc mille marcas eisdem Paulo Bano et magistro Andree ac heredibus eorum ante litis ingressum soluere tenebuntur. Nos siquidem peticionibus iam dictorum Pauli Bani et magistri Andree fidelium nostrorum annuentes, dictamque composicionem et ordinacionem parcium de regia benignitate gratam habentes atque firmam, eisdem Symoni et fratribus suis ac heredibus eorum indignacionem nostram regiam presentibus penitus duximus relaxandam, preterea ubicunque idem Simon et fratres sui prefati et apud quemcunque fidelem barronem nostrum commodum ipsorum acquirere uoluerint, acquirendi liberam habeant facultatem. Adicimus eciam ut cuicunque Capitulo presens priuilegium fuerit exhibitum, iuxta ipsius tenorem, priuilegium ipsorum debeat emanari. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras, duplicis Sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti uiri magistri Johannis prepositi Albensis Archidiaconi de Kokolleo, aule nostre uicecancellary, dilecti et fidelis nostri. Quarta feria proxima post festum beati Bartholomei Apostoli. Anno domini M°CCC°vigesimo. Regni autem nostri similiter vigesimo.

Zöld és sárga selyem zsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 1506. 20. Közli: Kovács N.

520.

1320. sept. 18. A nagyváradi káptalan előtt Ubul Mihály fiai Bys birtok örökjogát Egyed fiaira átruházzák.

Nos Capitulum ecclesie Varadiensis, significamus vniuersis, quibus expedit per presentes. Quod nobiles et honesti viri, Stephanus scilicet, Ladizlaus et Mikael magistri, filij Mykaelis filij Wbul, coram nobis personaliter constituti, dimidietatem cuiusdam possessionis ipsorum Bys vocate, que per dominum Ladizlaum quondam Illustrem Regem Hungarie, a filijs Chetnuk, pro suis infidelitatibus fuerat ablata, et postmodum, ipsis filijs Mykaelis filij Wbul pro suis fidelibus seruicijs iugiter et indeffesse inpensis et specialiter racione mor-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 590 von 696

tis Petri filij Mykaelis filij Wbul prefati, fratris ipsorum per predictos filios Chetnuk interempti ut dicebant per ipsum dominum Regem collata extitit, magistris Iwan et Symoni filijs Egidy fratribus eorum patruelibus, ob amorem fraterne dileccionis dedisse, donasse, et contulisse sunt confessi eis; et per eos ipsorum heredibus ac successoribus vniuersis et cum presentes nobis fuerint reportate nostrum eisdem, super hoc priuilegium conferemus. Datum feria quinta proxima post festum Exaltacionis sancte Crucis. Anno domini M° CCC° vicesimo.

Hátlapján monorú pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lvban. Közli: Csontosi J.

521.

1320. sept. 27. A pozsonyi káptalan bizonyítványa arról, hogy Kondorosi Tamás egy curiát János gellei plébánosnak átengedett.

Uniuersis xpi fidelibus presentem paginam inspecturis, Capitulum ecclesie posoniensis. Salutem in domino omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, Quod Domino Johanne plebano ecclesie sancti Petri de Gelye socio et concanonico nostro ex una parte. Thoma filio petri de Kundurus, ex altera, coram nobis personaliter constitutis, sunt confessi viuauoce. Quod licet mota fuisset materia quescionis inter ipsos super terra Jacobi fili Thome de Kundurus, et fundo Curie, ac pomerio, et diu ordine Judiciario fuissent altercati, ad ultimum tamen mediantibus probis viris, videlicet domino petro quondam preposito sancti Georgy de Strigonio, domino Thoma Custode et domino Thiboldo Canonicis ecclesie sancti Saluatoris, Commite (így) Hainbatone, ciue posoniensi, commite petro de Gurguteg. Commite petro filio Martini, et wallentino de Chollo, Matheo filio Budou, Commite Ladizlao filio vroch. Stephano filio Seraphini nobilibus de Chollokuz, presentibus eciam vicinis et commetaneis suis, scilicet Vermes, Andrea, et Johanne, fratribus suis, Stephano filio Johannis, ac aliorum cognatorum eorundem de Budafolua, Iwan filio Benke, Jacobo, et Paulo,

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 591 von 696

filys Johannis, Dyonisio filio Bartholomei, et fratribus suis, Abraham, Egidio et Nicolao filio Mike, consencientibus, bona voluntate promittentibus, et ex permissione D..... Curialis commitis posoniensis, qui specialiter predictum commitem Wallentinum loco sui ad hoc destinauerat, taliter concordassent, quod predictus Thomas eandem terram Jacobi cum fundo Curie pomerio, ac alys vtilitatibus, eidem domino Johanni plebano et ecclesie sancti petri de Gelye, sub certis metis nouis et antiquis resignasset et restituisset, pleno iuro perpetuo et irreuocabiliter possidendam, colendam, tenendam et habendam. Cuius quidem terre mete, hoc ordine distinguntur. Incipiendo a parte orientali ex parte domus eiusdem Thome, ubi est magna meta dicti Thome, parum eundo circa lacum sunt due mete nouiter erecte, que mete terciam partem lacus prefato Thome, duas vero partes usque ad viam que separat terram arabilem, inter dictum Johannem plebanum, et dictum Thomam, prefato domino Johanni seu ecclesie diuidunt, et distingunt, et post hec transit lacum in loco arundinoso ad partem meridionalem ad magnam metam, antiquam, que separat terram Vermus et cognatorum suorum, et terram ecclesie sancti petri, et ibi est alia noua meta. Deinde transit eundem lacum in loco arundinoso uersus occidentem, et ibi sunt due mete, noua et antiqua, que terram prefati vermus Iwan filij Benke, et ecclesie sancti petri, diuidunt et distinguunt. Deinde protenditur uersus septemtrionem, ad vnam viam magnam, ubi transit una parua via seu semita, et ibi sunt due noue mete que separant terram ecclesie et filiorum Bartholomei predictorum et sic vadit in eadem semita uersus lacum Huziuto uocatum et ibi sunt due mete noue, que distingunt terram Thome a parte inferiore et ecclesie sancti petri, et sic circa eundem lacum eundo sunt due mete noue, et iterum parum procedendo sunt alie due mete noue, que separant terram sancti petri, et terram predicti Thome, Deinde procedendo in vna via uersus orientem reflectitur ad priorem locum et in fine illius vie sunt due mete noue, et ibi terminatur Insuper obligantes se, ambe partes, quod de cetero, nec dominus Johannes contra eundem Thomam racione dicte terre, neque Thomas, aut sui successores contra dominum Johannem seu ecclesiam possint, aut

valeant, aliquam litem incitare, preterea voluerunt partes predicte pari consensu concurrente, quod omnes littere dominorum Nicolai propositi posoniensis, et Detrici Huetsthok Curialis Comitis posoniensis, que in controuersia seu lite hinc inde super terra antedicta emanarunt, sint casse, inanes mortue, et uiribus omnino uacuate. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem nostras concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beatorum martirum Cozme et Damiani. Anno domini Millesimo. Trecentesimo vigesimo.

Piros selyem zsinóron függő pecséttel és fönt metszett betükkel; eredetije a gellei plebánia birtokában. Közli: Kovács N.

522.

1320. sept. 29. Egyik hiteles hely bizonyítja, hogy Béli Zerje fia Ráthold bizonyos béli birtokrész felét Tamás fiának Mikónak átengedte.

Datum pro memoria, quod Ratholdo filio Zerye de Beel ex una parte, ab altera uero comite mykou filio Thome de eadem coram nobis personaliter constitutis, per ipsum Ratholdum propositum extitit. quod idem comes Mykou totam porcionem Pauli filij Gregori habitam in eadem terra Beel a dominabus videlicet relicta Stephani fratris eiusdem Pauli filia Thordos de genere Raz, et matre eiusdem pauli in dotibus et rebus parafarnalibus earundem dominarum et quarta domine sororis ipsius Pauli Elzebeth nominate cum propria pecunia sua redemisset cuius porcionis dimidietatem ipse a dictis dominabus de iure ad se redimere debuisset, et quia facultatem non haberet vnam dimidietatem ipsius porcionis ab ipso Comite Mykou redimere ualuisset dictam dimidietatem eiusdem porcionis que ipsum contingebat cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis coram nobis statuit et assignauit dicto comiti Mykou et suis heredibus iure perpetuo possidendam et habendam nunquam processu temporis ab eisdem requirendam, Datum in festo beati Mychaelis archangeli. Anno domini. M° CCC° XX°.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 383 31.

---

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 593 von 696

523.

1320. Temesvár, oct. 1. I. Károly király a Bács vármegyei Szölös-Jakabfölde nevü birtokot Futaki Dénes bihari föispánnak adományozza.

Nos karolus dei gracia Rex hungarie tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis. Quod magister Dyonisius de futaak (comes) Bihoriensis. dilectus et fidelis noster ad nostram accedens presenciam et sue fidelitatis seruicia nobis inpensa exponens et declarans quandam terram vacuam et habitatoribus de(stitutam) Zeulos Jacabfolde vocatam in comitatu Bachiensi circa Stag(num) siue pratum Nadaag existentem asserens ipsam fuisse Jacobi dicti Zeulos hominis sine herede dece(dentis) et ex eo iure nostre collacioni pertinere pro suis fidelibus seruicijs a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulauit. Nos igitur consideratis suis fidelitatibus et seruiciorum meritis. que idem nobis et Regno nostro. in cunctis nostris negocijs prosperis et aduersis cum constancia sumpme fidelitatis exhibuit et inpendit, volentes pro suis seruicijs Regio occurrere cum fauore, predi(ctam terram) Zeulos Jacabfolde uocatam cum suis omnibus vtilitatibus et pertinencijs vniuersis et specialiter ecclesia Lapidea in honore sancti Regis Stephani in eadem fundata. pratis pisscinis ..... et tributo pontis ipsi magistro dyonisio et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus donauimus et contulimus perpetuo possidendam tenendam et habendam ... ...presentes nobis fuerint reportate nostrum priuilegium sibi super hoc dari faciemus. datum in Themeswar tercio die post festum Beati Michaelis archangeli. Anno domini M° CCC° XX°.

Ugyancsak I. Károly királynak 1322-ben, octauo Idus July, az. adományos számára, ki ez alkalommal úgy is mint »castellanus de Solyumku« említtetik, kiadott átiratából ; ennek eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. N. R. 1506 21. Közli : Nagy Gyula.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 594 von 696

524.

1320. oct. 4. A szepesi káptalan előtt Löcsei János istvánfalvi birtokrészét Görgei István comesnek elörökíti.

Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus. Uniuersis Christi fidelibus presentibus ac futuris quibus presentes ostenduntur salutem in salutis largitore. Quoniam memorie nouercatur oblivio dignum est ut acta temporaliter scripturarum testimonio fulciantur. Proinde ad universorum noticiam harum serie litterarum volumus peruenire. Quod ex una parte comes Johannes filius Knebil cum duobus filiis suis Georgio et salamone de Leucha. Ex altera vero Comite Stephano filio quondam Comitis Elye de Georgow coram nobis personaliter constitutis, Ydem Comes Johannes et filii sui Georgius et Salomon confessi sunt oraculo vive uocis: quod unam partem possessionis uille Stephani vocate sub aureo Censo auridato (így) ipsis contingentem vendidissent prefato Comiti Stephano filio Elye pro nonaginta marcis fini argenti plene habitis et receptis ab eodem sibi et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo iure possidendam tenendam pariter et habendam cum eisdem metis et terminis condicionibus et utilitatibus quibus predicti Comes Johannes et fily sui, possederant ab antiquo. Assumpserunt autem sepedictus Comes Johannes et filii sui. Quod si pretactus Comes Stephanus aut heredes sui in posterum impedirentur per quempiam racione parte (így) possessionis antedicte extunc sepius nominati Comes Johannes cum filiis suis tenebuntur ipsos expedire suis laboribus contra quoslibet propriis et expensis. In Cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presens nostrum concessimus priuilegium nostri pendentis sigilli munimine roboratum. Datum Sabbato proximo post festum beati Michaelis Archangeli. Anno domini M° CCC° vicesimo.

Vörös czérna zsinóron függött pecsét nyomával, fönt metszett betükkel; eredetije a Görgey cs. lban. 2. 15.

525.

1320. oct. 26. Az egri káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Pánki Jakab fiait bizonyos galcsi földek birtokába beiktatta.

Excellentissimo domino suo karulo dei gracia illustri Regi vngarie Capitulum ecclesie agriensis oraciones in domino cum perpetua fidelitate litteras uestre serenitatis recepimus continentes quod mitteremus hominem nostrum pro testimonio fide dignum coram quo Johannes dictus Cunck homo uester accederet ad faciem cuiusdam particule terre abcisam de terra Galch scilicet nobilium de eadem Galch et eandem conuocatis uicinis et Cometaneis reambularet et reambulando per ueteres methas (így) et antiquas statueret Dobou et Johanni filijs Comitis Jacobi de Pank perpetuo possidendam si non fieret contradictum contradictores uero ad uestram presenciam contra eosdem filios Jacobi euocando ad terminum conpetentem. Nos igitur uestris mandatis obtemperantes ut tenemur misimus hominem nostrum virum ydoneum uidelicet Benedictum sacerdotem de Kopus qui ad nos reuersus dixit quod prefatus homo uester ipso presente feria quarta proxima ante festum beati demetri martiris accessisset super faciem particule terre prenotate et eandem presentibus Johanne filio Andree magistro Elek et Thoma filio Symonis uicinis et Cometaneis ipsius particule terre per ueteres methas et antiquas reambulasset et statuisset filijs Jacobi prenotatis possidendam et idem magister Elek ac Johannes predictus in nullo contradixissent sed idem Thomas in quadam particula eiusdem terre iacenti a parte terre sue super statucione eiusdem contradixisset et idem homo uester eodem die dictum Thomam ad uestram presenciam ad Octauas beati Martini confessoris proxime ueturas euocasset contra filios Comitis Jacobi supradictos. datum in festo beati demetri martiris anno domini. M° CCC° XX°.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt N. R. 251. 7. Közli: Nagy Gyula.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 596 von 696

526.

1320. Göncz, nov. 5. Fülöp szepesi és újvári föispán Bárcza, Pere és Tusa nevü birtokokat Inach fia Donch és testvére valamint Miklós fia Lach között felosztani rendeli.

Nos magister Phylippus Comes de Scepes et de vyuar. damus pro memoria. quod cum Donch filius Inach Lach filium Nicolai, super facto porcionis. Herruch. fratris ipsorum, ad causam in nostri presenciam traxisset. tandem partibus coram nobis constitutis. adiudicauimus. quod vsque ad quindenas Omnium sanctorum idem Donch. cum Thoma fratre suo et Lach cum Myko et Johanne fratribus suis, coram hominibus nostris Matheo de Gunnu et Symone Woruog possessiones suas Barcha pere et Tusa uocatas. diuidant in duas partes videlicet inter ipsum Lach et fratres suos ac in porcionem ipsius Heruch, post hec autem idem Donch cum predicto fratre suo. eo quod auctor erat porcionem ipsius Heruch in duas diuidat partes. et idem Lach cum suis fratribus eligendo accipiant. et post hec in ipsis quindenis partes coram nobis teneantur Conparere. Datum in Gunch quarta feria proxima post festum omnium sanctorum. Anno domini M° CCC° XX°.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Máriássy cs. lban, »Idegen okmányok« 35.

527.

1320. nov. 17. I. Károly király Szinyér Zemplén vármegyei birtokot Marhard fiának Lőrincznek adományozza.

Karolus dei gracia Hungarie Dalmacie, Croacie Rame Seruie Gallicie, Lodomerie, Cwmanie, Bulgarieque Rex. Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in eo qui regibus dat salutem. Illis digne regia celsitudo sue munificencie dexteram porrigit adiutricem, quos obsequiorum numerositas, et deuocionis, ac fidei sinceritas propensius recommendant, dum enim illis prouidet, dum donis benigne liberalitatis eos fouet, fastidia sui honoris prudenter extollit et sublimat, Eapropter ad uniuer-

sorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod magister Laurencius filius Comitis Marhardi dilectus et fidelis noster, ad nostram accedens presenciam, et sue fidelitatis servicia sumpme diligencie studio nostre maiestati inpensa, multa laude digna, nobis proponens et declarans, quandam terram Scyner vocatam, in Comitatu de Zemlynio circa fluuium harnad existentem, terram videlicet Stephani et Valentini filiorum Sauli hominum sine herede decedencium, et ex eo nostre collacioni de iure pertinentem, pro suis fidelibus seruicijs meritorijs, a nobis sibi dari et conferri perpetuo possidendam postulauit. Nos igitur secundum quod Regie magnitudinis expostulat et requirit officium, ut vniuscuiusque merita animo meciatur pietatis, et hys quos opera sue virtutis regali remuneracione dignos efficiunt premiandos, grata debeat reddere premia meritorum, propositis peticionibus eiusdem Magistri Laurencij, diligenter auditis, reuocatisque in memoriam fidelitatum obsequijs, que idem nobis in cunctis nostris et Regni nostri negocijs prosperis et aduersis, in locis continuis et temporibus oportunis, et specialiter in conflictu, quem magnificus vir Dausa Woywada transilvanus et Comes de Scounuk fidelis noster, ex nostro precepto et mandato cum Kopoz quondam palatino tunc infidele nostro, qui contra nostram maiestatem, et nostros fideles cum suis complicibus se opposuerat. prope debrechen habuit, idem magister Laurencius pro augmentacione nostre potencie, et observata fidelitate nobis et Sancte Regie corone debita viriliter dimicando cum sui proprij sanguinis effusione exhibuit et inpendit, volentes pro tantis fidelitatibus et seruicijs multigenys specialibus ipsius magistri Laurency regio occurrere cum fauore, Cum virtus premio et fidelitas remuneracionis nullatenusque carere debeat, predictam terram Scyner vocatam, eo iure quo nostre collacioni pertinere dinosscitur cum omnibus earum (igy) vtilitatibus, videlicet terris arabilibus, cultis, et incultis, Siluis, pratis, fenetis, nec non cum utilitatibus fluuij Harnad, alijsque attinencijs eiusdem possessionis vniuersis, sub eisdem metis et terminis quibus per priores possessores eadem possessio seu terra Scyneer habita extitit et possessa, eidem magistro Laurencio, et per eum suis heredibus, here-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 598 von 696

dumque suorum successoribus in filios filiorum suorum dedimus, donauimus, et contulimus iure perpetuo, pacifice, et quiete, possidendam, tenendam pariter et habendam, In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis Sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellary et archidiaconi de Kukullu dilecti et fidelis nostri. Anno ab incarnacione Domini. M° CCC° vicesimo decimo quinto Kalendas decembris, Regni autem nostri anno similiter vicesimo.

Zöld és veres selyem zsinóron függött pecsét nyomaival ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 571. 34. Közli: Kovács. N.

528.

1320. Kassa, nov. 27. I. Károly király a Zemplén vármeyyei Szinyér birtoknak Fülöp szepesi és újvári főispán által Marhard fia Lőrincz számára történt adományozását jóvá hagyja.

Nos karolus dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes, significamus quibus expedit tenore presencium vniuersis Quod magnificus vir magister Philippus Comes de Scepus et de Wywar dilectus et fidelis noster, in nostri presencia personaliter contsitutus quandam possessionem suam Scyner vocatam, in Comitatu de Zemlynio existentem, quam idem magister Philippus a nostra maiestate nomine possessionis hominum sine herede decedencium optinendo possedit, magistro Laurencio filio Comitis marhardi similiter coram nobis personaliter astanti pro ipsius meritorijs seruicijs, que idem ipsi magistro Philippo in locis debitis et temporibus oportunis cum constancia sumpme fidelitatis se et sua pro eodem magistro Philippo varijs fortune casibus se exponendo (így) et submittendo exhibuit et inpendit, prout per sepedictum magistrum Philippum nobis seriatim extitit recitatum, de tot et tantis seruicijs ipsius laudabilibus volens esse non inmemor, cum omnibus suis vtilitatibus et sub eisdem metis et terminis antiquis quibus ipse possedit, ipsi magistro Laurencio, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus, dedit, donauit et contulit perpetuo possidendam tenendam pariter et haben-

dam litteras seu instrumenta quibus mediantibus idem optinuit tenuit et possedit, in manus ipsius magistri Laurencii assignando; Nosque instantissimis peticionibus tam ipsius magistri Philippi, quam Laurencii eandem possessionem, sepedicto magistro Laurencio testimonio presencium, regium nostrum consensum prebendo, ac donacionem ipsius magistri Philippi duximus donandam et confirmandam (így) Datum in Cassa feria quinta proxima ante festum beati Andree apostoli anno domini M° CCC° XX°.

Hátlapján nagy kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst oszt. N. R. 1534. 34. Közli: Nagy Gyula.

529.

1320. Forró, nov. 27. Péter Abaújvár megye ispánja és bírótársai Velcsenetelki birtokot az Aba fiai ellenében Pányiki Dobónak ítélik oda.

Nos Petrus Comes de Wyuar et quatuor Judices nobilium de eodem, memorie commendantes Significamus quibus expedit presencium per tenorem vniuersis. Quod causa que iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum memorialium, in quindenis ferie quinte proxime post festum beati Martini confessoris, inter magistrum dubow, filium Jacobi, de panyk ab una parte ab altera uero inter Nycolaum Ladislaum Johannem et petrum filios aba fily Serephil ex quibus et pro quibus, idem petrus cum litteris procuratoriis Capituli waradiensis ecclesie conparuit, super facto cuiusdam possessionis welchenetelky vocata (így), quam scilicet Idem magister dubow a Gregorio nepote welchene super concambio cuiusdam ancille sue Elysabet nuncupate et quatuor filiabus suis, occupauerat, vertebatur coram nobis, super qua scilicet possessione, partes feria quinta proxima post festum beati Martini confessoris, instrumenta eorum mutuo inuicem exhibere debebant coram nobis ipso termino adueniente, exhibuerunt coram nobis quibus uisis et perlectis, nos quia in ipso termino pauci ad iudicium faciendum fuimus, et propter arduitatem ipsius cause finem facere debitum nequiuimus, iterato ad quindenas ipsius termini prorogauimus. In quo scilicet termino, nos, vna-

cum nobilibus prouincie taliter dictam causam posuimus iudicandam. Quod quia predicti filij aba, ipsam possessionem welchenetelky vocatam, a domino Karolo illustro (így) Rege vngarie domino nostro nomine hominis sine herede decedentis, postulauerant, prout in litteris patentibus eiusdem domini Regis vidimus contineri, et ipsam possessionem, dictus magister dubow, mediantibus litteris priuilegialibus prepositi et Conuentus de Lelez, et de Jazow, nomine Concambij prout superius est expressum, ante spacium vnius anni occupauerat littere autem filiorum Aba, nominatorum, post predicta priuilegia fuerant emanata, litteras filiorum aba, supradictorum, reliquimus sopitas, auctoritate presencium, et sedatas, possessionem autem prefati magistri dubow, welchenetelky vocatam, iuxta formam priuilegiorum supradictorum, commisimus eidem perpetuo possidendam datum in forrow feria quinta proxima post festum beate Katherine virginis. Anno domini M° CCC° vigesimo.

Hátlapján pecsétek nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. 1731. 12. Közli: Nagy Gyula.

530.

1320. Kálló, nov. 29. Iván szabolcsi ispán és birótársai a Panyolai Péter és Mihály fiai között folyamatban volt ügyet elhalasztják.

Nos magister Iwan comes de Zoboch, et quatuor iudices eiusdem prouincie damus pro memoria, quod causam, quam Agebat in nostri presencia, Petrus de Panala contra magistrum Stephanum et Ladizlaum ac Michaelem filios Mychaelis, ipsam tamen de ipso termino pari uoluntate et ex nostra permissione ad feriam proximam ante dominicam Ramispalmarum duxerimus prorogandam ut si medio tempore ad concordiam non possint deuenire ipso termino idem filij Mychaelis tenentur contra Petrum plene respondere. Datum in Kallo sabbato proximo ante festum Andree apostoli Anno domini M° CCC° vicesimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Csontosi J.

531.

1320. Kálló, nov. 29. Iván szabolcsi ispán és bírótársai előtt Gábrian fia János Semjéni Péter plébánost bizonyos birságra nézve nyugtatja.

Nos magister Iwan comes de Zoboch et quatuor iudices eiusdem prouincie damus pro memoria, quod Petrus plebanus filius Stephani de Semyan, pro iudicio in quo tenebatur contra Johannem filium Gabriani super quo iudicio pro Nicolao de dobus remanserat, ut in fide iussione in tribus terminis ipse Nicolaus, ipsum magistrum Petrum permiserat remansurum ipse Petrus plebanus de Johanne filio Gabriani pro iudicibus (így) est expeditus. Datum in Kallo sabbato proximo ante festum Andree apostoli. Anno domini M° CCC° vicesimo.

Zárlatán pecsét nyomaival ; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs, ltban. Közli : Csontosi J.

532.

1320. dec. 7. A szepesi káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy a Tapoly folyó melett levö két erdö birtokába Abaviduch Pétert beiktatta.

Excellentissimo domino suo Karolo dei gracia Illustri Regi Hungarie, Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus oraciones in domino debitas et deuotas, Recepimus litteras vestre Serenitatis cum honore in hec verba. Karolus dei gracia Rex hungarie, fidelibus suis Capitulo Ecclesie scepusiensis salutem et graciam. Nouerit vestra fidelitas, quod petrus dictus Abawyduch, ad nostram accedens prensenciam, sueque fidelitatis seruicia nobis impensa proponens et declarans Quasdam Siluas Kwchyn et Harthmanhely vocatas ex utraque parte fluuij Thopul existentes, a nobis sibi dari, et conferri perpetuo postulauit, vnde quia de qualitate et quantitate, dictarum siluarum, nec vtrum ad nostram pertineant collacionem nec ne, nobis veritas non constat, fidelitati vestre damus in manda-

tis, quatenus mittatis hominem vestrum pro testimonio fide dignum, quo presente Lukachius filius petri homo noster accedendo ad faciem ipsarum siluarum coram commetaneis et vicinis eiusdem reambulando, statuat, prefato petro dicto Abawydud, cum omnibus suis utilitatibus et pertinencys vniuersis earumdem perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, contra eundem petrum ad nostram citet presenciam ad terminum competentem. Et post hec diem citacionis, nomina citatorum et terminum assignatum, aut cursus metarum nobis fideliter rescribatis. Datum in terra Scepusiensi in villa sancte Crucis tercio die festi beati Andree apostoli. Anno domini M° CCC° XX°. Nos itaque vestre Maiestatis preceptis humiliter obedientes ut tenemur, cum predicto Lukachio homine vestro, discretum virum magistrum Mathiam nostrum concanonicum hominem nostrum pro testimonio fide dignum ad premissa exequenda duximus destinandum. Qui cum eodem homine vestre celsitudinis demum ad nos redientes nobis concorditer retulerunt, quod sexta feria proxime preterita, predictus Lukachius homo vester, presente eodem homine nostro ad faciem predictarum siluarum Kwchyn et Harthmanhely, accedendo, conuocatis commetaneis et vicinis earumdem, ipsas Siluas reambulasset, nouas metas in eisdem erigendo, cum suis vtilitatibus et pertinencys vniuersis statuisset, prenominato petro dicto Abawyduch, perpetuo possidendas nullo penitus contradictore existente. Cursus uero metarum earumdem prout idem homo vester, atque noster nobis, concorditer retulerunt, hoc ordine disponuntur, Quod prima meta earum Incipit, vbi quedam aqua, Charnatyna uocata cadit in aquam Tupul in eadem aqua Charnatyna tendens, supra per competens spacium versus aquilonem, exyt, ad partem dexteram, et cadit in quandam vallem Azywuelgh uocatam, et in eadem valle currit supra usque ad capud eiusdem villis, (így) vbi sub una Tylia est una meta terrea, a qua currens in quadam planicie, vadit ad quoddam argiletum, a quo descendit in aquam Tupul, et eandem Transiens aquam, peruenit ad vnam platanum prope eandem aquam existentem, sub qua est vna terrea meta, deinde Transeundo, quandam paludem nemurosam deuenit ad unam Tyliam, sub qua est vna ter-

rea meta a qua descendens in unam vallem Tendit supra in eadem valle usque ad caput eiusdem vallis, vbi sub una Tylia est vna terrea meta, deinde In una planicie iuxta caput trium foncium existente, Ex quibus fontibus Ryuuli Kwchyn uocati egrediuntur, tendit versus orientem, deinde flectitur versus meridiem et peruenit ad wezuereys, ubi sub una Tylia est vna terrea meta, a qua descendens transyt viam inter villas Marganya et Cuchyn iacentem, vbi iuxta eandem viam est una terrea meta, deinde revertitur ad eundem locum ubi Incepit prima meta, et ibi predictarum Siluarum mete terminantur. Datum die dominica proxima post festum beati Nicolai confessoris. Anno domini M° CCC° XX°.

Átírva I. Károly királynak 1327. III. kal. februarii kiadott jeles alakú oklevelében, mely ismét 1335-ben »Magister Gallus filius Georgij Castellanus de Zalanch et de Parys« kérésére az egri káptalan által átíratott; ennek eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 411. 14. Közli: Kovács N.

533.

1320. Kálló, dec. 13. Iván szabolcsi ispán és bírótársai bizonyítják, hogy Péter fiának Miklósnak szolgája bizonyos fizetést nem teljesített.

Nos magister Iwan comes de Zoboch et quatuor iudices eiusdem prouincie, damus pro memoria, quod Andreas seruiens Nicolay filij Petri super fideiussione magistri Bencency Ladizlai et Michaeli (így) de Semyan tenebatur soluere unam marcam, sabbato proximo post festum Nicolai confessoris ipso termino adueniente qui quidem Andreas nec uenit nec misit soluturum, datum in Kallo in die prenotato, Anno domini M° CCC° XX°.

Zárlatán pecsét maradványaivaal; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Csontosi J.

534.

1320. A budai káptalan előtt Miklós temesi főispán és Becsei Imre Bodpéterfölde és Perek nevü birtokok tulajdonjogára nézve kiegyeznek.

Capitulum Budensis Ecclesie, Omnibus xpi fidelibus presens scriptum inspecturis, salutem in domino sempiternam, Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum, harum serie volumus peruenire, Quod nobilis vir magister Nicolaus Comes Tymisiensis, et magister Nicolaus dictus Lepes frater eiusdem ab una parte, Comes Emiricus de Bechey maior plaustrorum domini nostri Regis, ab altera, coram nobis personaliter constituti concorditer sunt confessi. Quod in causa, quam super terris et possessionibus Butpeturfewlde et perek quondam petri fily Ynok et Mathei dicti Bwdy similiter perek uocatarum, racione commetaneitatis, coram domino Rege mouebant, per arbitrium proborum virorum propter bonum pacis tale concambium seu permutacionem inter se ordinassent, quod Idem magister Nicolaus, de predicta terra petri fily Inok titulo aquisicionis habita, sicut in litteris priuilegialibus domini nostri Regis uidimus contineri, quandam porcionem nouis metis separatam, a parte septentrionis in uicinitate terre filij Barrabe nominate adiacentem, cum magistro nicolao dicto Lepes fratre suo predicto dedissent et tradidissent, Comiti Emerico supradicto heredum in heredes perpetuo possidendam, et habendam. In cuius quidem terre concambium seu permutacionem, Idem comes Emericus, quasdam terras suas Perek seu Botpeturfewlde uocatam, et aliam terram similiter perek Mathei dicti Budy noncupatam, empcionis titulo comparatas, sicut in litteris nostris, et conuentus Cruciferorum Ecclesie sancte Trinitatis de qualidis (így) aquis, plenius reperimus, sub eisdem metis et terminis, sub quibus habuit, emit, et possedit, usquemodo, dedisset tradidisset et contulisset, magistris Nicolao Comiti Tymisiensi, et alteri Nicolao dicto Lepes, similiter perpetuo tenendas, et habendas in filios filiorum eorumdem. Assumpmentes nichilominus, partes predicte, se uicissitudine mutua, ab omnibus

inpetitoribus racione predictarum terrarum, in concambium modo premisso traditarum, alter alterum, expedire et liberare eorum proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras concessimus sigilli nostri robore comunitas. Datum per manus discreti viri magistri Petri lectoris ecclesie nostre. Anno domini M° CCC° vigesimo presentibus domino petro custode, petro decano, Benedicto posonio, petro quondam decano petro dicto Hekul, Johanne et altero Johanne ac Stephano magistris ceterisque canonicis existentibus.

Sárga és zöld selyem zsinóron függő pecséttel és alúl metszett betűkkel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 688. 50. Közli: Kovács N.

535.

1320. Az egri káptalan előtt Hernádmelléki Albert fia Imre, Benke comes fia János fehérvári prépost és testvérei által a Zemplén vármegyei Baksa birtokra nézve kész pénzzel kielégíttetik.

Omnibus xpi fidelibus, tam presentibus, quam futuris presens scriptum inspecturis Capitulum Ecclesie Agriensis salutem in omnium saluatore, ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire Quod Comes Emiricus filius Alberti de iuxta Harnad pro se et pro filys suis, ad nostram personaliter accedens presenciam proposuit viuauoce, Quod cum discretus vir magister Johannes prepositus ecclesie Albensis, Item kemynus andreas et petrus vterini fratres sui fily Comitis Benke, super quadam possessione Bagcha nominata in Comitatu de Zemlyn existenti que mediantibus duobus priuilegijs virorum Religiosorum Michaelis prepositi et Conuentus de Jazow per vendicionem Demetri fily Roduan et nicolai filij eiusdem ad ipsum extiterat reuoluta, ipsum traxissent in causam, requirentes dictam possessionem ordine iudiciario ab eodem, nomine possessionis consanguineorum suorum, tamen quamuis pro ipsa possessione lis inter ipsos diucius fuisset ventilata cognoscendo eandem possessionem non alys nisi racione consanguineitatis eisdem magistro Johanni preposito et fratribus suis pertinere rehabita tota sumpma pecunia sua videlicet triginta sex marcis pro quibus dictam possessionem

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 606 von 696

comparauerat et plenarie ab eisdem domino preposito et fratribus suis receptis dictam possessionem Bagcha cum omnibus vtilitatibus et pertinencys suis in antiquis metis et terminis vendidisset et tradidisset dictis domino preposito et fratribus suis et heredibus eorumdem fratrum suorum in posterum successoribus iure perpetuo possidendam habendam et tenendam. Insuper obligauit se idem Comes emiricus et heredes suos ipsos dominum prepositum et fratres eiusdem ac heredes ipsorum ab omnibus racione dicte possessionis inpetere nittentibus defendere et expedire proprijs laboribus et expensis et dicta duo paria priuilegiorum ipsius Conuentus, Idem Comes Emiricus coram nobis statuit ad manus domini prepositi et fratrum suorum predictorum. In cuius rei testimonium ad instanciam ipsius Comitis Emerici presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas, presentibus tamen magistro petro proposito, Nicolao lectore martino Cantore Nicolao Custode, petro de Zemlyn, Waltero de Borsua Benedicto de Borsod, petro de Zobolch Benedicto de vng, Stephano de Hewes Archidyaconis et alys multis anno domini M° CCC° vicesimo. Regnante Karolo illustri Rege Hungarie Thoma Strigoniensi Ladislao Colocensi Archiepiscopis et domino nostro venerabili patre M. dei gracia Episcopo Agriensi existentibus.

Veres és zöld selyem zsinóron függő pecséttel és alúl metszett betűkkel ; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. 716. 3. Közli : Kovács N.

536.

1321. jan. 1. Az egri káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Fülöp fiait Istvánt és Ramacsát Toronyai László és Pál részére megidéztette.

Excellentissimo domino suo Karolo dei gracia illustri Regi vngarie, Capitulum ecclesie agriensis oraciones in domino cum perpetua fidelitate litteras magistri Lamperti Judicis Curie uestre recepimus continentes quod mitteremus hominem nostrum pro testimonio fide dignum coram quo Nycolaus dictus Bok de Vng homo uester Stephanum et Ramacham filios Philipi contra Ladizlaum et Paulum nepotes Alexandri de Turuna ad uestram cytaret presenciam ad termi-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 607 von 696

num competentem, Nos igitur peticionibus eiusdem satisfacientes misimus hominem nostrum virum ydoneum videlicet Marcellum sacerdotem de Kerez qui ad nos reversus dixit quod prefatus homo uester ipso presente in crastino beati Thome apostoli ipsos filios Philipy in villa eorum zyrutua uocata Ramacham presentem Stephanum uero absentem ad uestram presenciam ad octauas Epiphanie domini proximo uenturas euocasset contra Ladizlaum et Paulum supradictos. Datum in octauis natiuitatis domini. Anno eiusdem M° CCC° XX° primo.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Csontosi J.

537.

1321. Debreczen, jan. 15. Dózsa erdélyi vajda Tákosi Sándor panasza fölött Kállai István részére esküt ítél.

Nos Dausa Wayuoda Transiluanus et comes de Zonuk, ac per quinque Comitatus iudex per dominum regem deputatus damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum litterarum nostrarum memorialium in octauis Strennarum Stephanus Ladizlaus et Michael fily Michaelis fily vbol, contra Alexandrum de Takus coram nobis comparere debuissent, Tandem termino adueniente partibus coram nobis comparentibus idem Alexander, contra predictos filios Michaelis proposuit in hunc modum, quod Michael filius vbol pater ipsorum et Stephanus filius eiusdem Michaelis quandam possessionem suam Takus vocatam destruxissent et in hoc Centum marcarum dampni sibi intulissent, insuper patrem eiusdem Alexandri, nomine Alexandrum interfecissent, E conuerso autem idem Stephanus tam exparte sui quam eciam exparte patris sui jam defuncti hec fecisse se denegauit, nos vero auditis parcium proposicionibus adiudicantes decreuimus, quod idem Stephanus secunda feria proxima post quindenas Pasce, cum Centum personis nobilium se ipso et fratribus suis inclusis coram nobis in Debrecen debeant deponere iuramentum, super eo, quod nec Stephanus nec pater eorum villam Takus destruxissent nec Centum marcarum ..... sibi intu-

lissent, nec patrem ipsius Alexandri, nomine Alexandrum occidissent. Datum in Debrecen in quindenis Strennarum Anno domini M° CCC° vicesimo primo.

Zárlatán pecsét maradványaival ; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltlban. Közli : Csontosi J.

538.

1321. Buda, jan. 20. A Pest, Fejér és Esztergom vármegyékbe és a besenyök közzé kiküldött királyi bírák Cherne comes s a mányi birtokosok és lakosok között föntforgott ügyben halasztást adnak.

Nos magister Stephanus Castellanus de Wyssegrad et magister Johannes, Judex Castri Budensis, in Comitatu Pestiensi, Albensi, Strigoniensi et Byssenorum per dominum Karolum, dei gracia serenissimum regem vngarie vice et nomine persone sue maiestatis pro tempore Judices deputati, Damus pro memoria, quod causam, que inter comitem Cherne, ab una parte, et inter petrum filium Ladislai, Nicolaum dictum Pothka, Martinum uillicum suum de uilla Man sancti Nicolai et totam ipsam uillam ab altera Man, in octauis Epiphanie domini proxime preteritis uertebatur coram nobis, parcium uoluntate ipsam causam ad octauas diei Cynerum nunc venturas perempthorie duximus prorogandam, statu priori permanente. Datum Bude octauo die octauarum predictarum, Anno domini M° CCC° vigesimo primo.

Zárlatán pecsét nyomaival ; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 393. 43. Közli : Kovács N.

539.

1321. jan. 28. I. Károly király Voszyghi Domokos fia Pál kérésére a bácsi káptalannak 1308-ki, Tardról, Csabalakáról, több Valkó és Baranya vármegyei birtokokról szóló oklevelét átírja és megerösíti.

Datum per manus discreti viri magistri Johannis prepositi ecclesie Albensis, aule nostre vicecancellarij et Archidiaconi de Kykeleu dilecti et fidelis nostri quinto kalendas

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 609 von 696

februarij. Anno domini M° CCC° vicesimo primo. Regni autem nostri anno similiter XX° primo.

Az egri káptalannak Osl comes fia, Miklós kértére, 1325-ben kiállított átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 953. 8. A bácsi káptalannak idézett 1308-ki oklevelét l. föntebb 134 sz. alatt. Közli: Kovács N.

540.

1321. febr. 9. A nagyváradi convent I. Károly királynak jelenti, hogy Jákói András és Mihály fiait Kállai István részére megidéztette.

Excellentissimo domino suo Karulo dei gracia illustr; Regi Hungarie Jacobus prepositus et conuentus sancti Stephani protomartiris de promontorio Waradiensi, oraciones in domino debitas et deuotas. Litteras magistri Lamperti Judicis Curie uestre recepimus in hec uerba. Religiosis viris et deo deuotis, amicis suis reuerendis, Conuentui sancti Stephani prothomartiris, de promontorio Waradiensi, magister Lampertus Judex Curie domini Regis et Comes Chanadiensis, amiciciam paratam cum honore. Amiciciam vestre discrecionis requirimus diligenter, quatenus receptis presentibus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Stephanus filius Omodei homo domini nostri Regis citet Laurencium et Jacou filios Andree. Item Stephanum et Andream filios Jakou, ac Michaelem filium Michaelis, contra Stephanum filium Michaelis, ad presenciam domini nostri Regis, ad terminum conpetentem post hec autem diem citacionis terminum, et nomina citatorum, domino nostro Regi, fideliter rescribatis. Datum in Themeswar, secunda feria proxima post octavas beati Nicolai Anno domini, M° CCC° XX°. Nos uero peticioni eiusdem Judicis Curie uestre fauorabiliter annuentes cum predicto homine uestro Nicolaum clericum de Choro ecclesie nostre, virum utique fide dignum pro testimonio transmisimus vice nostri, ad premissa petita eiusdem Judicis Curie uestre, qui quidem homo uester cum eodem nostro testimonio ad nos rediens nobis dixit. Quod accessissent sabbato proximo, post festum Purificacionis beate virginis, ad possessionem ipsorum Wytka uocatam et ibidem Laurencium et Jacou, filios

Andree. Item Stephanum et Andream, filios Jakou, ac Michaelem filium Michaelis in possessione Keer uocata ad uestre citauissent presenciam maiestatis, octauam diei cynerum asignando eisdem pro termino coram uobis comparendi, contra Stephanum filium Michaelis memoratum. Datum in octaua Purificacionis beate virginis. Anno domini M° CCC° XX° primo.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Csontosi J.

541.

1321. körül, Debreczen, febr. 11. Dózsa erdélyi vajda Azariás fiának Andrásnak Pál bán fia István elleni ügyét elhalasztja.

Nos Dausa Woyuoda Transsiluanus et Comes de Zonuk damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum litterarum nostrarum memorialium feria quarta proxima post festum Purificacionis beate Marie Andreas filius Azarie contra Stephanum filium Pauli Bani, coram nobis comparere debuisset, tandem termino adueniente partes coram nobis comparentes ex nostra permissione et uoluntate parcium, causam ipsorum ad diem medy quatragesime prorogauimus statu priori permanente, ita videlicet ut medio tempore poterint concordare (így) termino predicto pacem nobis recitabunt, si uero non coram nobis comparebunt in Debrecen responsionem facientes. Datum in Debrecen secundo die Scolastice virginis.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lvtban, Közli: Csontosi J.

542.

1321. febr. 20. I. Károly király az Aba nemzetségből való Demeter tárnoknak és testvérének, a Lörincz, Fülöp és László kasi nemesek által elfoglalt birtokaikat visszaadatni rendeli.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Lodomerie, Gallicie, Comanie, Bulgarieque Rex, Omnibus Christi fidelibus tam presentibus, quam futuris, presentem paginam inspecturis, Salutem in salutis largitore, Regalis be-

nignitatis gracia, peticionibus suorum fidelium, pio consueuit assurgere cum fauore, et ipsorum desiderium, iuxta suorum meritorum exigenciam laudabiliter admittere ut eo uiso, sub principe gracioso discant ceteri deuocius famulari. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod demetrius magister Thauarnicorum nostrorum, ac magister Alexander Castellanus noster de Kyriszyg, fily Comitis Alexandri de Nekche de Genere Aba, dilecti et fideles nostri, ad nostre maiestatis accedentes presenciam, a nostra Celsitudine humiliter postularunt, vt quandam particulam terre Sessiones videlicet trium villarum, Scent Ladzlo (így) Luca et Yagodnik uocatarum, possessioni ipsorum pagarach uocate contiguam et inmediate adiacentem, quam Laurencius, et phylpus, ac Ladislaus, quondam nobiles de Kos, potencia ipsorum affluente, quondam et habundante, ab eisdem demetrio et Alexandro magistris, ac fratribus ipsorum potencialiter occupando usque modo indebite detinuissent in ipsorum preiudicium, de regia benignitate, et iuris ordine exigente eis prout ipsorum fuisset ab antiquo redderemus perpetuo possidendam. Nos siquidem auditis ipsorum peticionibus, per inquisicionem a nostris fidelibus, et specialiter a magistro Nicolao filio Osl Castellano nostro de Korough, et magistro Jhoene Castellano de Rohoncha factam, sicut certocercius scire potuimus ueritatem, predicta possessionis particula, eorumdem Demetry et Alexandri magistrorum et fratrum suorum, et eorum progenitorum fuisse ab antiquo, et quia iuxta exigenciam et officium nostri regiminis nobis incumbit, ut cuique fidelium nostrorum in suis iuribus deesse non uelimus, sed consideratis fidelitatibus, prosecucionibusque cause legitimis intellectis, cuiuslibet iusticiam ad pristinum libertatis statum restaurare teneamur, predictam possessionis particulam, uidelicet sessiones predictarum uillarum trium cum omnibus ipsarum utilitatibus et pertinencijs uniuersis, eisdem magistris demetrio et Alexandro, et per eos eorum heredibus heredumque suorum successoribus, tam pro fidelitatibus ipsorum nostre maiestati impensis, quam consideratis iustis et legitimis processibus ipsorum racione dicte possessionis particule contra eosdem Laurencium, phylpus, et Ladislaum ordine iudiciario executis, sub eisdem anti-

quis metis et terminis, quibus per predecessores seu progenitores eorumdem extitit possessa, reddidimus, restituimus, et donauimus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam tenendam pariter et habendam, In cuius rey memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus duplicis Sigilli nostri munimine roboratas, Datum per manus discreti viri magistri Johannis prepositi Albensis, aule nostre vicecancellary, dilecti et fidelis nostri, Anno domini M° CCC° vigesimo primo, decimo Kalendas Marcy, Regni autem nostri similiter anno vigesimo primo.

Sárga és vörös selyem sodraton függött pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvtár. kincst. oszt. N. R. 1506. 22. Közli: Kovács N.

543.

1321. febr. 22. A boszniai káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy egy bizonyos várbirtokba Gylet comes fiát Jánost beiktatta.

Excellentissimo domino suo Karolo dei gracia, illustri Regi Hungarie, Capitulum ecclesie Boznensis oraciones in domino. Receptis litteris uestre magnitudinis, ad reambulandam quandam terram Castri vestri in qua olym Syle filius Myh et Stephanus filius Chuda morabantur, per antiquas metas eiusdem et magistro Johanni filio Comitis Gyleti statuendam, si non fieret contradictum, cum Jacobo filio Marchardi, homine vestro, magistrum Petrum socium et concanonicum nostrum, pro testimonio duximus transmittendum, qui quidem homo uester et noster demum ad nos reuersi, nobis dixerunt, quod ipsi ad faciem dicte terre personaliter accedentes, conuocatis omnibus Conmetaneis et vicinis eiusdem eandem per metas veteres, et eciam nouas ubi necesse erat presentibus eisdem reambulatam, nullo contradictore existente, sub metis infrascriptis eidem magistro Johanni filio Comitis Gyleti statuissent, et assignassent, perpetuo possidendam. Cuius quidem terre sicut ydem nobis retulerunt, mete hoc ordine distinguntur. Prima meta incipit in fine ville Kelemen vocate in arbore harazth meta terrea circumfusa, a parte Occidentis vbi separatur ab eadem terra kelemenus. Abinde procedit versus meridiem,

per metas nouas et antiquas erectas, usque ad terram filiorum Zayhan, ad duas arbores Harazth, sub quibus sunt due mete terree, A parte Septemtrionis est meta magistri Johannis fily Gyleti, a parte vero meridionali est meta predictorum filiorum Zayhan. Abhinc iuxta terram eorundem, versus Orientem, per siluam procedendo, venit ad arborem Harazth, sub qua sunt tres mete terree, vbi relicta eadem terra filiorum Zayhan, pro cedit in vicinitate terre nepotum Twrda videlicet Petri fily Simonis, Laurencij filij Stephani et Demetry filij Laurency, vsque ad duas metas terreas, de nouo erectas, Abhinc reflectitur versus meridiem, circa terram Budow, maioris exercitus Thome fily Benedicti et filiorum Doym. Inde procedendo in paruo spacio, transit quendam locum, et peruenit ad vnam semitam circa terram Andree filij Chene, et Thome filij Stephani. Deinde eundo venit ad villam kelemen antedictam ad priorem metam, ibique terminatur. Datum in dominica Exurge. Anno Domini Millesimo CCC⁰ XX⁰ primo.

I. Károly királynak »5-to kal. februarii« 1322. kiállított átiratából, mely ismét átiratott és megerősíttetett »Petrus filius Phylpus« részére ugyancsak I. Károly király által 1323-ban, 10. kal. Decembris» kiadott jeles alakú oklevélben, melynek eredetije a gr. Draskovics cs. ltban, 12. 12.

544.

1321. febr. 22. A vasvári káptalan bizonyítja, hogy Szecsödi Guge unokája Els asszony, Hirch özvegye, a Rómába zarándokló fia által hitbérére nézve magát kielégítettnek nyilvánította.

Nos capitulum ecclesie sancti Mychaelis de Castroferreo Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis Quod cum Comes Thomas filius Hyrch, iter ob remedium et salutem anime sue, ad Limina Petri et Pauli beatorum apostolorum et aliorum sanctorum Corpora, visitanda assumpsisset, nobis per suum nuncium humiliter Suplicauit petens a nobis precum cum instancia vt vnum ex nobis virum ydoneum» ad audiendam ordinacionem inter ipsum et dominam Els, filiam Jhonis fily Guge, de Zecheud, relictam dicti comitis Hyrch transmitteremus Nos enim ipsius peticionibus iustis acquiesscentes, magistrum Petrum Concanonicum no-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 614 von 696

strum karissimum, ad premissa exequenda transmisimus, qui demum ad nos reuersus retulit viua uoce, quod Sepefata domina Els coram ipso tanquam in nostri presencia constituta, receptis decem marcis, super dote et rebus suis parafernalibus, fure secum adductis, Comitem Thomam filium Hyrch antedictum, et suos successores, reddidissent esse expeditum. Quod ut ratum sit presens scriptum contulimus, nostro Sigillo communitum. Datum in Dominica Exurge Magistro Jacobo preposito, Andrea Custode, Michaele Cantore, Joseph decano, ecclesie nostre existentibus. Anno ab incarnacione domini M° CCC° XXI°.

Függő pecsét nyomaival és fönt metszett betükkel; eredetije a Kisfaludy cs. lban.

545.

1321. mart. 1. A szepesi káptalan előtt Polánfi Istvánnak fia, a nővérét illető hitbér fejében, ennek fia részére Bábaréte nevü birtokot átengedi.

Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus, Omnibus xpi fidelibus presentibus ac futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore, Quum que aguntur in tempore vacillant facile nisi literarum presidio et fidelium testium amminiculo in statum solidum redigantur, proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod constitutis coram nobis personaliter Stephano filio Stephani filij Polan ex parte vna, Stephano filio pauli ab altera, idem Stephanus filius Stephani viue uocis oraculo est confessus. Quod mediam partem possessionis sue Babarethe uocate ipsum hereditarie contingentem sorori sue Elizabeth, racione dotis et per eam sororio suo predicto Stephano racione consanguineitatis contracte, dedit, donauit et contulit sibi et suis heredibus heredumque suorum successoribus iuxta ius et consuetudinem prouincie, cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs ure hereditario perpetuo quiete pacifice et irreuocabiliter possidendam pariter et habendam. Tali tamen condicione mediante. Quod si antedictus Stephanus filius pauli possessionem Babarethe in statum meliorem reformauerit aut alias fortassis possessiones, meritorijs seruicijs suis adeptus fuerit tam de

reformatis quam de servicys adeptis sororio suo Stephano filio Stephani, aut suis heredibus, heredumque suorum successoribus dare et assignare tenebitur quantitatem medie porcionis. Saluo eciam eo, quod si memoratum Stephanum filium pauli aut eius consortem Elisabeth sine herede vel heredibus decedere contingeret ex tunc eadem possessio ad manus sepius memorati Stephani titulo prime libertatis expleno et integro deuoluetur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus Sigilli nostri munimine roboratas. Datum in dominica esto michi, Anno domini M° CCC° XX° primo.

Sárga és zöld selyem sodraton függött pecsét nyomaival s fönt metszett betükkel; eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. N. R. 1534. 39. Közli: Kovács N.

546.

1321. körül, Debreczen, mart. 9. Dózsa erdélyi vajda Kállai Mihály fiait Laskod birtok határainak kijelölésére nézve esküre kötelezi.

Nos Dausa Wayuoda Transiluanus et comes de Zonuk, ac per quinque Comitatus Judex per dominum regem deputatus, damus pro memoria, quod in dominica Reminiscere Stephanus Ladizlaus et Michael fily Michaelis vel unus ex ipsis debet accedere ad possessionem Loskod uocatam, cum homine nostro videlicet, Ladizlao filio Ilapor, et in presencia hominis nostri, Cosmas et Komorzanus super meta amissa vbi ipse fluuium terra Loskod et Bagda adiunguntur in uicem debent prestare sacramentum sicut mos est, et si iurauerint, tunc nouam metam in presenciam hominis nostri erigere tenebuntur, Datum in Debrecen feria secunda proxima post dominicam Inuocauit.

Zárlatán pecsétnyommal; eredetije két példányban a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Csontosi J.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 616 von 696

547.

1321. mart. 12. A nagyváradi káptalan előtt Kállai Mihály fiai Lyuder és Mérgesd nevü birtokokat Syge fiainak és utódjaiknak visszabocsátják, a Szatmár vármegyei Újlak birtokot azonban maguknak megtartják.

Nos Capitulum ecclesie Waradiensis, damus pro memoria, quod magistro Stephano filio Mykaelis fily Wbul in litteris nostris, pro se et fratribus suis Ladizlao scilicet et Mykaele, ab vna parte. Item Rolando filio Thome, pro se et Petro fratre suo ac Ladizlao filio Syge fratre eiusdem Thome, ab altera, coram nobis personaliter comparentibus, concorditer extitit relatum pereosdem; quod cum possessiones, scilicet Lyuder, Wylok et Mergesd racione participacionis homicidy Petri fratris ipsorum magistri Stephani, Ladizlai, et Mikaelis per dominum Ladizlaum Regem Hungarie felicis memorie, mediantibus litteris et instrumentis suis, ac nostris ut dixerunt, ab ipso Thoma fuissent ablate, et eciam propter notam sue infidelitatis, eidem domino Regi deuolute extitissent, et per ipsum dominum Regem, prefato Mikaeli et filijs suis prefatis fuissent collate, tradite et assignate. Tandem, ydem magister Stephanus, Ladizlaus, et Mykael, uolentes cum ipsis Rolando Petro et Ladizlao, agere misericorditer, duas possessiones eorum in manus eorumdem filiorum Mikaelis deuolutas prout superius annotauimus, Mergusd videlicet et Lyuder, eisdem Rolando, Petro et Ladizlao restituissent perpetuo possidendas, prout ipsorum esse dinoscebatur, cum suis utilitatibus pleno iure, et ipsorum heredibus ac successoribus, qui quidem, Rolandus, Petrus et Ladizlaus preuia racione possessionem Wylok uocatam antedictam in Comitatu de Zothmar existentem, cum suis omnibus pertinencijs, perpetuo pacifice et quiete, irreuocabiliter, ipsis filijs Mikaelis, commisissent possidendam, tenendam pariter et habendam prout ipsorum erat antiquitus uel fuerat, contradiccione qualibet non obstante, et per ipsos heredibus ac successoribus eorumdem. Obligans se idem Rolandus, quod in octauis beati Martini confessoris proxime uenturis, predictos fratres suos Petrum videlicet et Ladizlaum, statuet coram no-

bis premissa personaliter recitare, qui si statuerit, nostrum Priuilegium super premissis partibus conferemus, alioquin, ipse Rolandus viginti et octo marcas, pretactis filijs Mikaelis erit soluturus. Datum in festo beati Gregory pape Anno domini M° CCC° XX°. primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Csontosi J.

548.

1321. Debreczen, mart. 18. Dózsa erdélyi vajda az Azariás fia András Bócs és Szilas nevü birtokain megtelepülöket pártfogásáról biztosítja.

Nos Dausa Wayuada Transiluanus et Comes de Zolnuk ac in quinque Comitatus nobilium per dominum regem deputatus tenore presencium significamus quibus expedit presencium per tenorem et presentes hostenduntur, quod quicunque libere condiciones (így) homines ad possessiones Andre fily Azarie Bolch et Zilas uocatas causa commorandi uenire uoluerint, ad nostram fidem secure ueniant et libere commorentur in eisdem sub nostra proteccione et tutela speciali, nos enim eosdem tanquam proprios Jobagiones nostros ab omnibus molestare uolentibus protegemus indempnes et illesos et ipsum Andream et Jobagiones eiusdem in ipsis possessionibus nos conseruamus, datum in Debrechen feria quarta proxima post dominicam Reminiscere. Anno domini M° CCC° XX° primo.

Hátlapján kerek pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Csontosi J.

549.

1321. Temesvár, mart. 18. Lampert országbíró Kállai Istvánnak András fiai Lörincz és Jákó s társaik ellen való ügyét elhalasztja.

Nos magister Lampertus Judex Curie domini Regis et Comes Chanadiensis damus pro memoria quod causam quam Stephanus filius Michaelis, qui personaliter comparuit, contra Laurencium et Yakow filios Andree, Item Stephanum et An-

dream filios Yakow ac Michaelem filium Michaelis, pro quibus Stephanus Salomon Andreas Martinus et Paulus astiterunt et terminum assumpserunt, legitime citatos prout in litteris citatorys Conuentus sancti Stephani prothomartiris de promontorio Waradiensi vidimus contineri, in octauis diei cinerum habebat coram nobis, quia primus terminus eorum esse dignoscebatur, ad vicesimum secundum diem beati Georgij martiris nunc venturum duximus prorogandam ad perhemtoriam responsionem faciendam. Datum in Temiswar octauo die termini prenotati. Anno domini M° CCC° XX° primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Ugyanott megvan Lampert országbírónak 1321. máj. 24-én kelt határozata, hogy a fönt kitűzött új határnapon a panaszoltak meg nem jelenvén, bírságban marasztattak. Közli: Csontosi J.

550.

1321. mart. 21. A nyitrai káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Markalf fiait Csike és Lule birtokokba visszahelyezte.

Excellentissimo domino suo Karolo Dei gracia Illustri Regi Hungarie, Capitulum ecclesie Nitriensis, oraciones in domino tam debitas quam deuotas, litteras vestre Celsitudinis in quibus nobis mandastis, ut cum comite petro de Besey homine uestro nostrum daremus hominem pro testimonio, coram quo, idem homo vester possessiones Wyd et Lachk filiorum Markolfy Chyka et Lule uocatas, a quolibet indebite detentore recapiendo, statueret eisdem possidendas, recepimus ut decuit et tenemur reuerenter. Nos igitur mandatis vestre Maiestatis in omnibus parere cupientes, virum discretum Joseph sacerdotem socium et concanonicum nostrum cum eodem petro homine vestro duximus transmittendum, qui homo uester et noster negocio bene intenti et ad nos reuersi studuerunt recitare voce viva, quod ad predictas possessiones Chyka et Lule accedendo, conuocatis vicinis et commetaneis earumdem possessionum ipsisque presentibus, nemine contradictore existente, ipsasque rehambulantes per certos terminos et antiquas metas, eisdem Wyd et Lachk filijs Markalfy, idem Comes petrus homo uester in presencia eiusdem socy et hominis nostri,

fultus vestre magnitudinis auctoritate, cum omnibus vtilitatibus et pertinencys vniuersis earumdem possessionum, predictas possessiones Chyka et Lule dedisset, et assignasset heredum eorumdem per heredes iure perpetuo possidendas, semper et habendas, quemadmodum eedem possessiones a progenitoribus ipsorum eisdem hereditarie pertinere dignoscuntur. Asseruerunt eciam, ydem homo uester et noster, quod ipsas possessiones Andreas dictus magnus indebite occupando possedisset in preiudicium eorumdem et grauamen, prout a circumquacommorantibus hominibus certo cercius didicissent. Datum in festo beati Benedicti Abbatis et Confessoris. Anno domini. M° CCC° vicesimo primo.

K i v ű l: Excellentissimo domino suo. K. dei dei (így) gracia Illustri Regi Vngarie pro Wyd et Lachk filys Markalfy super restitucione possessionum ipsorum Chyka et Lule uocatarum.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1013. 1. Közli: Kovács N.

551.

1321. Debreczen, apr. 7. Dózsa erdélyi vajda előtt Pál bán fia Vid, Györkereki birtokot Feldrik fiainak és testvérének visszabocsátja.

Nos Dausa Wayuoda Transiluanus et comes de Zonuk ac per quinque Comitatus iudex per dominum regem deputatus, damus pro memoria quod cum secundum continenciam priorum litterarum nostrarum memorialium in Octauis medy xle magister Vid filius Pauli Bani, contra Blasium fratrem Feldrici Bekem et Johannem filios Feldrici coram nobis comparere debuisset, et quandam possessionem Geurkerequi vocatam Ipsis Blasio Beke et Johanni perpetue asignare debuisset Tandem termino adueniente partibus coram nobis comparentibus ipsam possessionem Geurgkerequi vocatam idem magister Vid, ab omnibus reuocando et retrahendo dedit et asignauit Blasio Beke et Johanni memoratis in iure perpetuo et inreuocabiliter possidendam. Obligauit se idem magister Vid, quod feria quarta proxima post dominicam Ramispalmarum. Ad Capitulum Varadiense accedere et Collacionem seu ordinacionem predictam

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 620 von 696

cum litteris eiusdem Capituli confirmare, et si illo termino non accederet et predictam ordinacionem non confirmaret presentibus fratribus suis videlicet Nicolao et Stephano. Tunc super vniuersis prius aquisitis super ipsum contra Blasium Beke et Johannem conuictus remaneret. Hoc adiecto quod ydem Blasius Beke et Johannes, percepta satisfaccione litteras expeditorias eiusdem Capituli Ipsi magistro Vid conferre tenebuntur. Datum in Debrecen tercia feria proxima post dominicam Judica. Anno domini M° CCC° XX° primo.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Csontosi J.

552.

1321. apr. 16. A szepesi prépost Rikolf fia Henrik leányának az atyja fitestvérei ellen folyamatba tett osztályos ügyét elhalasztja.

Nos magister H. prepositus Scepusiensis, damus pro memoria. Quod cum secundum continenciam priorum litterarum nostrarum exinde confectarum Mauricius procurator domine Anne filie quondam Comitis Henrici fily quondam Comitis Rycolphi ex una parte, ab altera magistro (így), Kokos, Joannes et Rycolphus fily quondam eiusdem Comitis Rycolphi in quindenis octauarum medy quadragesime, coram nobis comparere debuissent. Ipso termino adueniente, predictus Mauricius procurator domine Anne Antedicte ex una parte, ab altera magister Kokos Johannes et Rycolphus predicti coram nobis constituti, iam dictus mauricius contra predictos magistrum Kokos, Johannem et Rycolphum proposuit in hec uerba. Quod predicta domina Anna possessionem patris sui magistri henrici, quia idem filio carebat ipsam hereditario contingentem, tanquam filius et filia ubique locorum existentem repeteret et requireret ab eisdem ad morem terranorum Scepusiensium iusticia mediante E conuerso predicti magister kokos, Johannes et Rycolphus contra eundem procuratorem domine Anne responderunt in hunc modum, quod dixerunt se habere instrumentum, super libertate antecessorum eorumque confectum, quod tenerentur Juri parere ad morem seu consue-

tudinem nobilium regni Hungarie et ipsum instrumentum sunt fassi se habere in Capitulo Albensis ecclesie. Nos autem auditis parcium responsis taliter ipsam causam iudicauimus inter partes, quod quia predicti magister Kokos, Johannes et Rycolphus instrumentum ipsorum sunt fassi in Capitulo predicto Albensis ecclesie, ac eciam quia ad presens fuerunt et sunt in seruicijs domini Regis, octauas penthecostes proxime venturas eisdem pro termino duximus assignandas, vt nobis predictum instrumentum debeant presentare, ac eciam litteras eiusdem Capituli, eodem die seu termino, quod predictum instrumentum ipsorum ibi fuisset reseruatum tenebuntur presentare. Datum die Cene domini Anno eiusdem Millesimo CCC° uicesimo primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 1534. 36. Közli: Kovács N.

553.

1321. apr. 30. Arnold, Kassa város bírája és esküttt társai előtt Magdolna asszony és gyermekei Moys fiával Györgygyel és társaival bizonyos viszályos ügyben kibékülnek.

Nos Arnoldus Judex et Jurati de Cassa memorie commendantes significamus per presentes quibus expedit vniuersis quod constituta personaliter in nostri presencia domina Magdalena cum filia sua catherina et duobus filys suis Iwano et Myke et pro ceteris cognatis suis respondens ab vna parte ex altera uero Georgius filius Moys et mater sua et Comes Kemmyn, Donz, Michael et Myxe eadem magdalena cum filia sua catherina et filys ac amicis ceteris est confessa quod causam uerecundie siue percussionis quam habebat aduersus georgium et omnes prenotatos, per arbitrium proborum virorum ad talem pacem et concordiam deuenisset, et idem georgius cum omnibus predictis prefate Magdalene et filie sue Catherina et filys ac omnibus parentibus suis satisfecisset et ab omni inpeticione siue molescia que per supradictam magdalenam uel suam filiam uel filios aut parentes euenire posset, ipse georgius et omnes sui antedicti omnimode liberi sint et soluti. Eciam si aliquis amicorum uel cognatorum ipsius Magdalene

super uerecundia et percussione filie sue Catherine moueret iudiciariam quescionem ille in calumpnia remaneret condempnatus. Datum in vigilia apostolorum Phylyppi et Jacobi. Anno domini M° CCC° vigesimo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Máriássy cs. lban, »Idegen okmányok« 37.

554.

1321. máj. 1. Az erdélyi káptalan előtt. Perös Miklós comes felcsicsvai birtokát és tartozékait Zemplén vármegyében, Lesznai Chegze fiának Nátának elzálogosítja.

Capitulum Ecclesie Transsilvane. Vniuersis xpi fidelibus presens scriptum inspecturis. Salutem in omnium saluatore. Vniuersorum noticie tam presencium quam futurorum harum serie declaramus. Quod constitutis personaliter coram nobis Comes Nicolaus dictus perus filius Andree de Chychua superiori, de Comitatu Zemlen confessus est ipsam possessionem suam felchychua uocatam cum alijs terris suis, Isopou et Monorous uocatis ad eandem felchychua pertinentibus, cum omnibus vtilitatibus earumdem, et sub eisdem metis et terminis antiquis prout idem Comes Nicolaus tenuit et possedit ab antiquo, pro sexaginta marcis partim in argento et partim in estimacione condigna, Nata filio Chegze de Lezna proximo suo quas sexaginta marcas idem Comes Nicolaus confessus est a dicto Nata proximo suo plenarie recepisse, a data presencium per quinque annos pignori obligasse. Tali condicione interiecta, quod si ipse Comes Nicolaus dictam possessionem suam felchichua cum pertinencijs suis ab ipso Nata proximo suo, pro ipsis sexaginta marcis in ipso quinto anno redimere negligeret, in iudicio Regali remanebit, et si in alijs quinque annis ipsam possessionem suam redimere non curaret penam dupli incurreret ipso facto, et si iterato per alios quinque annos eandem possessionem pro predicta sumpma, et pena dupli prelibata redimere non posset uel recusaret, extunc dictus Comes Nicolaus eandem possessionem suam felchychua cum attinencys suis ipsi Nata proximo suo perpeture (így) tenebitur. In cuius inpignoracionis memoriam ad peticionem dicti Comitis Nicolai presentes concessimus Sigillo nostro communitas. Datum in octa-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 623 von 696

uis beati Georgy martiris. Anno domini M° CCC° vicesimo primo. Nicolao preposito. Santo Cantore, Thoma Custode, Dominico Archidiacono de doboka decano ecclesie nostre existentibus.

Vörös, sárga, zöld és viola színű selyem sodraton függött pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 934. 1. Közli: Kovács N.

555.

1321. máj. 1. Az egri káptalan előtt Detre fiának Benedek comesnek fiai Miklós és László kijelentik, hogy berzéthei közös birtokjoguk testvérüknek Domokosnak cselekedetei miatt csorbulást nem szenvedhet.

Nos Capitulum ecclesie Agriensis tenore presencium quibus expedit declaramus vniuersis memorie commendantes, quod Nicolaus et Ladizlaus magistri fily comitis Benedicti fily Detricy ad nostram personaliter accedentes presenciam, nobis per formam protestacionis posuerunt (így), quod si magister dominicus frater eorum processu temporis per aliquos aduersarios suos in facto possessionum suarum communiter habitarum et specialiter in facto possessionis Berzethe et aliarum ad eandem pertinencium grauaretur, ipsi suas porciones de eisdem possessionibus cum sint innoxy et inmunes pro facis (így) eiusdem magistri dominici non amitterent nec eorum porciones de ipsis possessionibus pro ipso magistro dominico grauarentur vel ab eisdem alienarentur datum in octauis beati Georgij martiris. Anno domini M° CCC° XX° primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. 1534. 37. Közli: Kovács N.

556.

1321. Kálló, máj. 2. Iván Szabolcs vármegyei alispán és bírótársai a Veres Benedek s Bereczk comes és Hugyaji András között folyamatban volt ügyet elhalasztják.

Nos magister Iwan comes de Zoboch et quatuor iudices eiusdem prouincie, damus pro memoria (quod) causa que mouebatur in nostri presencia sabbato proximo ante inuen-

cionem sancte crucis ab una parte inter Benedictum Rufum, et ex altera uero inter Briccium comitem, et Andream de huge ipsa tamen parcium uoluntate et nostro pretermisso iuxta formam priorum literarum nostrarum, ad quindenas descendencie presentis exercitus, distatumus (így) prorogandas (így), in hunc modum, ut si medio tempore conuenire non posset, tunc ipso termino adueniente, Briccius comes pro se et pro Andrea predicto tenetur, contra Benedictum Rufum peremtorie respondere, hoc adiecto quod ipse Briccius comes coram nobis Andream racione citacionis contra ipsum Benedictum asseruit in omnibus reddere expeditum Datum in Kallo in termino prenotato, Anno domini M° CCC° XX° primo.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Csontosi J.

557.

1321. Újsemjén, máj. 5. Dózsa erdélyi vajda előtt Kállai Mihály fiai, Kér nevü birtokuknak Miklós vajda fia Móricz által való elpusztításáról előterjesztést tesznek.

Nos Dausa Woyuoda Transsiluanus et Comes de Zonuk ac in quinque Comitatibus per dominum regem iudex specialis deputatus damus pro memoria. Quod feria tercia proxima post quindenas Pasce in villa Wysimean in nostra congregacione facta, anno domini M° CCC° vigesimo primo Ladizlaus et Michael filij Michaelis surgentes dixerunt protestando, quod magister Mauricius filius Nicolay quondam Woyuode villam eorum Ker uocatam destruxisset, et propriam domum eorum in eadem confregisset omnia bona sua tam in ipsa villa quam in domo inuenta abstulisset. Datum loco termino et Anno prenotato.

Zárlatán pecséttel, melynek paizsában három pólya látszik; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Csontosi J.

---

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 625 von 696

558.

1321. Újsemjén, máj. 6. Dózsa erdélyi vajda és udvarbírája a Takosi Sándor panaszára Kállai Mihály fiaira rótt bírságo elengedik.

Nos Dausa Woyuoda Transsiluanus et Comes de Zonuk ac in quinque Comitatibus per dominum Regem iudex specialiter deputatus damus pro memoria, quod nos iudicio quolibet, (így) quo Comes Stephanus Ladizlaus et Michael filij Michaelis contra Alexandrum de Thakus conuicti esse dinoscuntur in presenti nostra congregacione nostra in villa Wysimean celebrata penitus duximus eisdem relaxandum (így). Item nos magister Jacobus iudex curie magnifici viri Dause Woyuode iudicium predictorum nostram videlicet partem indulgentes relaxauimus. Datum in loco prenotato quarta feria proxima post quindenas pasce Anno domini M° CCC° vicesimo primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Csontosi J.

559.

1321. máj. 8. A szalavári convent előtt Miklós pannonhegyi apát a Trencséni Csák Máté által elfoglalt Újhely, Lubow, Zeredahely, Debrethe, Deáki és Stara nevü vágvidéki birtokok adományozása és elidegenítése ellen tiltakozik.

Nos Conuentus Monasterii beati Adriani de Zala Damus pro memoria quod nostram presenciam accedendo Religiosus Vir frater Petrus Procurator reuerendi in Christo patris et Domini, Domini Nicolai Domini et apostolice sedis gracia abbatis Monasterii sancti Martini de sacro monte Pannonie cum literis procuratoriis eiusdem Domini Abbatis Domini sui sufficientibus nec non et Conuentus Monasterii sancti Martini iam dicti, qui quidem Frater Petrus protestatus exstitit uiua uoce. Qualiter Magnificus vir Magister Matheus de Trenchinio villam de Vyhel que alio nomine Regia villa nuncupatur cum portu super fluuio Vag existente et tributo fori eiusdem ville cum omnibus aliis utilitatibus suis et pertinenciis. Item villam Lubow similiter cum portu in predicto fluuio Vag con-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 626 von 696

stituto, ac villam Zeredahel et villam Pathvarich spectantes, ac pertinentes ad ipsam villam Vyhel cum omnibus integritatibus suis et pertinenciis uniuersis, nec non terram Debrethe inter Vag et Dudvag existentem iuxta villam Deaky et villam Stara in Comitatibus Posoniensi et Nitriensi existentes et cum omnibus utilitatibus suis quibuslibet usque ad hec tempora tenuisset violenter occupatas in iacturam prelibati Monasterii S. Martini et sue anime non mediocre detrimentum, et prefatus Dominus Nicolaus Abbas Dominus suus et Conuentus protestatus propter ipsorum Potentum et prefati Magistri Mathei Tyrannidem multiformem Monasterii sua Jura prosequi non potuisset; nunc vero quia Idem Matheus Deo volente nature debitum persoluisset, *) idcirco quemlibet et quoslibet generaliter et singulariter ab intromissione occupacione empcione et detencione et quauis callida subrepcione et quosuis et quemlibet simul et diuisim ab alienacione uendicione impignoracione, et specialiter Regiam Maiestatem a collacione et perpetuacione seu qualibet distraccione possessionum predictarum in preiudicium dicti Monasterii S. Martini facta uel facienda prohibuisset et prohiberet. Imo in personis predictorum Domini Abbatis et Conuentus prefatus Frater Petrus prohibet palam et manifeste auctoritate procuratoria supradicta iuris ordinem implorante. Affirmansque eciam et protestatur, quod prefatas possessiones et possessionarias porciones scilicet Vyhel, Lubow, Zeredahel, Pathworich nec non Debrethe ac villas Deaky et Stara uocatas Idem Domini sui predicti Abbas et Conuentus vellent re-

*) Csák Máté 1321. mart. 18-kán halt meg; l. Botka Tivadar »Csák Máté és kortársai« czímű akademiai székfoglaló értekezését, 54. lapon, és a »Századok« 1872-ki évfolyamának 190.—193. lapjain. Ezen az utóbbi helyen Botka Tivadar úr a szalavári conventnek föntebbi oklevelét, bár nem egész terjedelmében, szintén közli; a jelen történeti nevezetességgel bíró oklevelet azonban Okmánytárunkban is egész terjedelmében, hogy történetiróink könnyebben ráakadhassanak, közzétenni szükségesnek tartottuk. Ugyanezen szempont vezérelt bennünket a Trencséni Csák Máté mint nádor által 1318-ban kiadott föntebb 439. sz. a. olvasható oklevél újabb közlésénél is, melyet Botka Tivadar úr »Csák Máté és kortársai« czimű értekezése végén a 67. lapon szintén már közrebocsátott.

Szerk.

quirere iuxta Regni consuetudinem loco et tempore opportuno eo quod super premissis possessionibus et possessionariis porcionibus haberent efficacia literalia instrumenta. Datum in Octaua beatorum Philippi et Jacobi apostolorum. Anno domini Millesimo trecentesimo vicesimo primo.

Hártyaszalagon függött pecsét nyomaival; eredetije a pannonhegyi főapátság lban. C. 36. H. Közli: Stachovics R.

560.

1321. máj. 11. Vas vármegye alispánja és bírótársai Oladi Miklóst és ellenfelét András főispán elé új határnapra beidézik

Nos Andreas Curialis Comes Castriferrei, Fabianus et Johannes Judices nobilium damus pro memoria, quod feria secunda post octavas inuencionis sancte Crucis secundum formam litterarum capituli Castriferrei Nicolaus filius Chepani de Olud contra Dominicum filium Cristofori coram nobis in termino comparere debuisset, adueniente termino, Anda, qui se seruientem Bekv recitavit, exhibuit nobis litteras magistri Andree, in quibus precipiebat, ut ipsorum causam non iudicaremus, sed ad ipsius presenciam destinaremus iudicandam. Nos enim ipsam causam dicti magistri Andree domini nostri prorogauimus sicut nobis dedit in suis litteris inpreceptis quindenis datarum presencium pro termino assignando comparendi (így). Datum secunda feria post octavas inuencionis sancte crucis. Anno domini M° CCC° XX° primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

561.

1321. máj. 21. A nagyváradi convent előtt Veres Benedek comes Bócs birtok felét Szabolcs vármegyében, rokonának Bátori Bereczknek elörökíti.

Nos Capitulum ecclesie Waradiensis, tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod nobili et honesto viro, comite Briccio de Batur Item comite Benedicto rufo, fratre eiusdem ab altera, in nostri personaliter constitutis presencia, ipse Comes Benedictus, dimidietatem possessionis Bolch in Comitatu de Zobolch existentem, porcionem scilicet suam,

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 628 von 696

que quidem possessio eiusdem comitis Briccy et Benedicti prefati acquisiticia existit ut dixerunt ipsi Comiti Briccio et per ipsum suis heredibus heredumque suorum successoribus cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencys, pro sua paupertate et inopia, pro quindecim marcis vendidisse et distraxisse est confessus pleno iure, hoc expresso, quod si processu temporum per quempiam super ipsa possessione litis materia fuerit suscitata, communiter cum laboribus eorum, ydem comes Briccius et Benedictus ipsam possessionem liberare ab omnibus tenebuntur et expensis preter quartam cui expedierit, cum qua ipse Comes Briccius erit soluturus. Quam quidem pecuniam ipse Comes Benedictus, ab ipso Comite Briccio plenarie se dixit recepisse, et cum presentes nobis fuerint reportate, nostrum super hoc priuilegium conferemus. Datum feria quinta proxima ante festum beate Elene Regine. Anno domini M° CCC° XX° primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 1732. 4. Közli: Kovács N.

562.

1321. máj. 22. A nagyváradi convent előtt Bátori Bereczk Bács, Szilas és Ágostontelek nevü Szabolcs vármegyei birtokait Pál bán fiainak Encsencs nevü Szatmár vármegyei birtokáért elcseréli.

Nos Capitulum ecclesie Waradiensis, tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod nobilibus viris et honestis Comite scilicet Briccio de Bator prose et pro filys suis ab vna parte. Item magistris Nicolao Stephano et Vyd filys pauli bani ab altera, in nostri personaliter constitutis presencia, in possessionibus eorum infrascriptis, tale concambium seu permutacionem interse dixerunt ordinasse et fecisse quod idem Comes Briccius possessionem suam acquisiticiam Bolch vocatam in Comitatu de Zobolch existentem, cum alijs duabus terris, Zylas scilicet et Agustunteluke vocatis, dedisset, et assignasset, filijs pauli bani memoratis cum vtilitatibus, earum et pertinencijs vniuersis, sub metis et terminis ac limitacionibus antiqusi. E conuerso autem, ydem Nicolaus, Ste-

phanus et Wyd, possessionem eorum Enchench vocatam in Comitatu de Zothmar existentem, cum alijs duabus terris, Chekzeteluk, scilicet et Illeu vocatis, assignassent similiter cum earum utilitatibus vniuersis comiti Briccio memorato, quamlibet parcium sibi inuicem, et per eos eorum heredibus, heredumque suorum successoribus, perpetuo et inreuocabiliter possidendas. Assummentes partes sese mutuo, ab omnibus racione predictarum possessionum molestare volentibus, deffensare, proprijs laboribus et expensis. Et cum presentes nobis uerint reportate, nostrum super hoc priuilegium conferemus. Datum in festo beate Elene Regine. Anno domini Millesimo, Trecentesimo XX° primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. 280. 20. Közli: Kovács N.

563.

1321. Temesvár, máj. 23. Lampert országbíró Mihály fiát Mihályt Kállai István részére bírságban marasztalja.

Nos magister Lampertus Judex Curie domini regis et Comes Chanadiensis. Damus pro memoria quod Michael filius Ywrk cum procuratorijs litteris Conuentus sancti Stephani Prothomartiris de Promontorio Waradiensi pro Stephano filio Michaelis contra Michaelem filium Michaelis A vigesimo secundo die beati Georgij martiris octo diebus continuis comparuit in termino coram nobis, qui non uenit neque misit. Cum tamen iuxta continenciam litterarum nostrarum perhemptorie responsurus venire debuisset. Vnde ipsum iudicio decreuimus remansisse si se racionabiliter non possit excusare. Datum in Temuswar nono die termini prenotati. Anno domini M° CCC° XX° primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Csontosi J.

564.

1321. jun. 28. Az esztergomi káptalan előtt Kemén comes fia István, Berke comes fia János gyulafehérvári prépost és kir. alcancellár s több rokonaik, a Bogátradván nemzetségből való Monaki Sándor fiával Lászlóval Szada nevü Zemplén vármegyei három birtok iránt kiegyeznek.

Uniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis, Theophylus prepositus, et Capitulum Ecclesie Strigoniensis, salutem in omnium saluatore. Vniuersorum noticie harum serie declaramus. Quod magister Stephanus filius Comitis Kemini pro se, et pro fratribus suis, ac pro honorabili viro domino Johanne filio Comitis Berke preposito Ecclesie Albensis, Archidiacono de Kukulleu, aule domini Regis Vicecancellario, et pro alijs fratribus eiusdem, ex una parte, et Comes Ladizlaus filius Alexandri de Manaky de genere Bogathrodwan, cum litteris honorabilis Capituli dicte Ecclesie Albensis nobis super hoc facto specialiter destinatis, in quibus continebatur quod dictus dominus prepositus personaliter astiterat, pro se et pro fratribus suis, ad composicionem faciendam inter ipsos ex altera, in nostri presencia constituti, sunt confessi, oraculo uiuenocis. Quod licet super facto trium possessionum seu terrarum hereditariarum ipsorum Zuda uocatarum in Comitatu de Zemlyn existencium, discordia inter ipsos fuisset suscitata, et diucius uentilata Tandem propter bonum pacis, et concordie vnionem, abiecto penitus fomite huiusmodi discordie de medio eorum, et sedato, taliter concordassent, quod ipsarum trium possessionum, seu terrarum Zuda uocatarum, duas partes idem dominus prepositus et sui fratres, ac proximi prenotati, cum vtilitatibus earumdem parcium recipient, et habebunt perpetuo possidendas, tercia parte prenominato Comiti Ladizlao simili modo remanente. Adiicientes, quod idem dictus prepositus, et sui fratres et proximi, tam super terris memoratis, seu possessionibus quam alijs possessionibus si quas habent, contra eundem Comitem Ladizlaum nullo unquam tempore mouebunt quescionem. Obligans se dictus magister Stephanus nomine suo, et vice dicti domini prepositi, ac fratrem eiusdem, quod si quis racione dotis, aut rerum parafarnalium ipsas pos-

sessiones Zuda uocatas, inpeteret, in parte, uel in toto, ipse dominus prepositus, et fratres sui, ac proximi, usque ad viginti quinque marcas, tenentur expedire, proprijs laboribus et expensis. In cuius rei testimonium perpetuamque firmitatem ad instanciam parcium presentes, nostro Sigillo autentico fecimus communiri. Datum per manus discreti viri magistri Johannis, Ecclesie nostre Lectoris, quarto kalendas July. Anno Domini Millesimo Trecentesimo vicesimo primo.

Vörös és zöld selyem zsinóron függő pecséttel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 1534. 38. Közli: Kovács N.

565.

1321. Debreczen, jul. 1. Dózsa vajda udvarbírája Azariás fiát Andrást bizonyos bírság lefizetéséről nyugtatja.

Nos magister Jacobus filius Panic Judex Curie dausa Wayvade, damus pro memoria, quod Byrsagium Andre fily azarie scilicet mediam marcam in quo cum Stephano filio Pauli Bani, ordine pacis concordavit, plene recepimus ab eodem, et ipsum reddimus expeditum, datum in de Breche (így) in octauis Johannis Baptiste, Anno domini M° CCC° XX° primo.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban a Kállay cs. lvtban. Ugyan ott meg van Dózsa vajdának Debreczenben, 1321. nov. 25-én kelt oklevele, mely szerint a föntebbi ügyben neki járó bírságot Azariás fiának Andrásnak elengedte. Közli: Csontosi J.

566.

1321. jul. 4. I. Károly király bakabányai ezüst bányáját Hazlau fiainak, Jula és András comeseknek adományozza.

Karolus Dei gracia rex Vngarie Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque rex omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Salutem in omnium Saluatore. Celestis altitudo Consilij ad hoc in orbe terrarum regum et principum constituit potestates, ut ipsi ductis circiter oculorum conspecti-

bus illis sue munificencie dexteram porrigant adiutricem quos deuocionis et fidei sinceritas propensius recommendat, Dum enim illis prouidet dum donis benigne liberalitatis eos fouet sui honoris fastigia prudenter sublimant et extollit Proinde ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod Comes Jula et Andreas fily Hazlao fideles nostri ad nostre serenitatis accedentes presenciam, et ipsorum fidelitates nobis et sancte regie corone exhibitas et impensas proponentes et declarantes quandam argenti fodinam nostram Backabanya vocatam in Comitatu Hontensi existentem cum spacio vnius miliaris et forum ibidem iuxta regni consuetudinem approbatum asserentes eas nostre collacioni pertinere sibi dari et Andree fratri suo et conferri perpetuo postulauerunt. Nos itaque secundum quod regie magnitudinis nostre expostulat et requirit officium: ut vniuscuiusque merita animo meciamur pietatis et hys quos opera sue virtutis regali remuneracione dignos efficiunt grata debeamus reddere premiorum, propositis peticionibus eiusdem Comitis Jule et Andree fratris sui iam dicti diligenter auditis reuocatisque in memoriam fidelitatis obsequiosis et preclaris seruicys per que idem comes Jula et Andreas frater eius prenominatus in nostris et regni nostri negocys tam prosperis quam aduersis dubys fortune casibus se submittendo, et sua exponendo cum sumpme fidelitatis desiderio et uotiue Sollicitudinis diligencia meruerunt complacere et se vtique reddere graciosos volentes eorum fidelitatibus et seruicys meritorijs regie remuneracionis occurrere donatiuo prememoratam argenti fodinam nostram cum spacio vnius miliaris Backabanya superius annotata simul cum foro eiusdem iam dictis Comiti Jula et Andree et per eos suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus donauimus et contulimus iure perpetuo possidendam tenendam et habendam assummentes eosdem et ipsorum successores racione predicte possessionis ab omnibus impetitoribus expedire In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras priuilegiales dupplici sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti uiri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellary et Archidiaconi de Kukullou dilecti et fidelis nostri Anno Domini

Millesimo CCC° vigesimo primo quarto nonas July regni autem nostri similiter XXI°.

Bakabánya város közönségének 1512-ki átiratából, melynek eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 941. 54. Közli: Kovács N.

567.

1321. jul. 6. Az esztergomi káptalan előtt Kemén fia János és Berke comes fiai a szerencsi monostor kegyúri jogának gyakorlására nézve a Bogátradván nemzetségből való László comessel kiegyeznek.

Theophili prepositi et Capituli ecclesie Strigoniensis. In octauis beati petri et pauli apostolorum sub anno gracie M° Trecentesimo vicesimo primo edita litera explanabat. Quod magister Stephanus filius Kemeny pro se et fratribus suis, ac vice et nomine honorabilis viri domini Johannis prepositi ecclesie albensis et archidiaconi de Kykellew aule domini regis vicecancellarij, ac nomine fratrum eiusdem filijs videlicet Comitis Berke ex vna parte et Comes Ladislaus filius Alexandri de genere Bogadradvan pro se et pro alijs proximis suis ex altera, ad eorundem prepositi et Capituli accedentes presenciam, coram ipsis retulissent: quod inter alias conposiciones, quas interse fecissent propter bonum pacis eciam in Jure patronatus monasterij sancti Petri de Zerench, talem fecissent inter se ordinacionem perpetuo duraturam, quod quintam partem de iure patronatus dicti Monasterij et hijs que ad Jus patronatus spectarent, dictus dominus prepositus cum suis fratribus filijs scilicet Berke Comitis, et cum alijs proximis suis haberent perpetuo Jure possidendam, reliquis quatuor partibus predicto Comiti Ladislao et Stephano filio Stephani ceterisque proximis eorundem remanentibus, simili modo possidendis et tenendis. Adiciens predictus magister Stephanus prose et pro dicto domino preposito ac fratribus eorundem et proximis quod nullo vnquam tempore de Jure patronatus dicti monasterij plus petere attemptarent, sed tantum in illa quinta parte essent contenti, nec contra dictum ladislaum aut

eius fratres et proximos, super ampliori vendicione Juris patronatus amplius mouerent quescionem.

Bebek Detre nádornak 1400-ki ítéletleveléből, melynek eredetije a gr. Erdődy István lban, Vörösvártt. 59. 3. 1.

568.

1321. körül, Zilah, jul. 7. Dózsa erdélyi vajda az erdélyi hadjárat miatt a Kállai István által Chetnek fia Dénes ellen folyamatban tett panaszos ügyet elhalasztja.

Nos Dausa woyuada Transsiluanus, et comes de Zonuk, damus pro memoria, quod causa que vertebatur secundum formam priorum litterarum nostrarum inter Stephanum filium Michaelis ex una parte, ex altera vero inter Dyonisium filium Chetnek, super qua responsionem, in quindenis, sancti Johanis baptiste facere debebant tandem quia ex precepto domini nostri ad partes transsilvanas exercitum facere debebamus, ipsam causam ad quindenas residencie exercitus nostri prorogauimus. . . . . priori ipsi Dyonisio contra eundem Stephanum indebrecen respondere. Datum prope Zyloh, in termino prenotato.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltvban. Közli: Csontosi J.

569.

1321. jul. 12. I. Károly király Gylián fiának Andrásnak több Trencsén vármegyei birtokokat adományoz.

Karolus Dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Bulgarie Commanieque Rex. Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, salutem in omnium saluatore. Celestis altitudo Consilij ad hoc in orbe terrarum Regum et principum constituit potestates vt ipsi ductis circiter occulorum conspectibus illis sue munificencie dexteram porrigant adiutricem quos deuocionis et fidei sinceritas propensius recommendant, dum enim prouident dum donis benigne liberalitatis eos fouent sui honoris fastigia prudenter extollunt et sublimant, proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruc-

nire. Quod vir nobilis magister Andreas filius Gylianus dilectus et fidelis noster ad nostre Serenitatis accedens presenciam et sue fidelitatis obsequia preclara nobis inpensa proponens et declarans quasdam possessiones Kuburee et duas villas, Wdicha prozna Hathna et Kethlehatha vocatas in Comitatu de Trinchun existentes a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulauit. Nos igitur iustis et legitimis peticionibus eiusdem magistri Andree fauorabiliter inclinati attendentes quod iusta et modesta peticio auribus regie benignitatis displicere non debet. Ymo magis, ad exaudicionis graciam admitti, meretur. Consideratisque fidelitatibus et seruiciorum multimodis meritis, eiusdem, quibus nobis meruit conplacere et se vtique reddere graciosum, volentes eidem pro suis fidelitatibus et seruiciorum meritis multimodis regie remuneracionis occurrere donatiuo, prefatas possessiones, Kubure, duas villas Wdicha Prozna Hathna et Kethlehatha cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencys vniuersis, tam locis molendinorum, ac alys quibuslibet vtilitatibus sub antiquis metis et terminis quibus per priores possessores suos habite extiterunt et possesse eidem magistro Andree et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus Jure perpetuo sine preiudicio iuris alieni dedimus donauimus et contulimus possidendas tenendas et habendas In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis Sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis. Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarij et Archidiaconi de Kukullew, dilecti et fidelis nostri. Anno domini M° CCC° XX° primo quarto Idus Julij. Regni autem nostri anno similiter vigesimo primo.

Sárga és piros selyem zsinóron függő pecsétromokkal; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 410. 27. Közli: Kovács N.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 636 von 696

570.

1321. jul. 14. Bihar vármegye alispánja és bírótársai az Adon fiának Ivánkának tulajdonát képező Kágya Bihar vármegyei birtoknak az egyedi apát által való elpusztíttatását bizonyítják.

Nos magister Johannes vicecomes Byhoriensis et quatuor Judices nobilium de eodem damus pro memoria. Quod nobilis vir comes Iuanka filius Odon ad nostram accedendo presenciam dixit proponendo quod petrus abbas de ecclesia Egied potencialiter ad quandam villam suam Kaga vocatam irruendo penitus et per omnia . . . . . ad quam premisse protestacionis veritatem inquisicionem a nobis nostrum hominem postulauit. Nos vero cum eodem nostro homine videlicet Ladislaum filium Gabrielis vice nostri . . . . . qui quidem homo noster ad nos rediens nobis dixit ut sicut ipse a nobilibus et ignobilibus . . . . . electis ac alys cuiusuis condicionis hominibus noscere potuisset predictus petrus abbas prenotatam villam . . . . . feria tercia proxima post festum Beate Margarete Anno domini M° CCC° XXI°.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a gr. Erdődy cs. galgóczi lban. Közli: Botka Tivadar.

571.

1321. aug. 26. I. Károly király a Pozsony vármegyei Körtvélyes nevü birtokot Chege fiának Egyednek és társainak adományozza.

Karolus Dei gracia Hungarie Dalmacie Crouacie Rame Seruie Gallicie, Lodomerie Coumanie Bulgarieque Rex, Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis Salutem in omnium saluatore. Celestis altitudo consily ad hoc in orbe terraram regum et principum constituit potestates ut ipsi ductis circiter occulorum conspectibus illis sue munificencie dexteram porrigant adiutricem, quos deuocionis et fidei sinceritas propensius recommendant

dum enim illis prouident dum donis benigne liberalitatis eos fouent sui honoris fastigia prudenter extollit et sublimat Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire Quod Egidius filius Chege Hench filius putus et Nicolaus filius Teenk dilecti et fideles nostri ad nostre Serenitatis accedentes presenciam, suasque fidelitates nobis inpensas proponentes et declarantes, quamdam terram seu possessionem ipsorum Kurthweles vocatam in Comitatu Posoniensi existentem a nobis sibi reddi et restitui postularunt. Nos itaque qui ex officio nobis incumbenti vnumquemque in suis Juribus indemniter et illese conseruare tenemur consideratis fidelitatibus et seruiciorum preclaris meritis eorumdem quibus nobis in nostris et regni nostri negocys tam prosperis quam aduersis meruerunt complacere et se utique reddere graciosos volentes suis fidelitatibus et seruiciorum preclaris meritis regie remuneracionis occurrere donatiuo vt alij exemplo ipsorum informati ad fidelitatis opera exercenda facilius inuitentur discantque sub principe gracioso deuocius famulari prememoratam possessionem Kurthweles in Comitatu posoniensi existentem cum omnibus suis utilitatibus et pertinencys vniuersis sub eisdem metis et terminis quibus dicta possessio per suos predecessores habita extitit et possessa eisdem Egidio Hench et Nicolao et per eos suis heredibus heredumque suorum successoribus reddidimus et restituimus Jure perpetuo et pacifice possidendam tenendam et habendam, Preterea idem Nicolaus Teenk pro se et pro Egidio ac Hench fratribus suis in nostri presencia comparendo in predicta possessione Kurthweles Nicolaum filium Gregory proximum ipsorum fecit et ordinauit participem in perpetuum heredum per heredes, Ita tamen quod si ex ipsa domina sorore eorumdem Egidy Hench et Nicolai, ipsum Nicolaum heredem habere contingat, extunc in perpetuum in filios filiorum, alioquin vsque obitum sororis eorumdem pretacte consortis Nicolai supradicti. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi aule nostre Vicecancellarij et Archidiaconi de Kukullew dilecti et fidelis nostri Anno domini M° CCC° vigesimo

primo. Regni autem nostri anno similiter vigesimo primo. Septimo Kalendas Septembris.

Zsigmond királynak Körtvélyesi Miklós fia Péter kértére 1390-ben kiadott átiratából, melynek eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R 401. 2. Közli: Kovács N.

572.

1321. sept. 1. A nyitrai káptalan előtt Sebestyén comes lulei nemesi birtokrészét Markalf fiának Vidnek elörökíti.

Nos Capitulum ecclesie Nitriensis, memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem. Quod Comes Sebastianus filius Daym nobilis de Lule, ab vna parte, comes Wyd filius Markalfi, nobilis de eadem Lule, sicut pro se sic in persona Lachk fratris sui, ex altera, coram nobis personaliter constituti, Idem Sebastianus filius Daym porcionem seu possessionem suam totam iure hereditario ipsum contingentem, in eadem Lule existentem cum fundo seu sessione Curie sue, ac alijs omnibus vtilitatibus et pertinencys uniuersis porcionis seu possessionis sue hereditarie prenominate, eisdem comitibus Wyd et Lachk filys Markalfi proximis suis heredum eorumdem per heredes pro sex marcis plenarie ab eisdem ut asseruit receptis uendidit perpetualiter et inreuocabiliter possidendam, tenendam, semper et habendam. Cui quidem uendicioni domina wyola relicta Korrardi fily Balasey de eadem Lule vnacum Thoma filio suo ab eodem Korrardo progenito, tam pro se quam pro Kemen alio filio suo iuniore similiter in nostri presencia astando, pretextu proximitatis et vicinitatis ac commetaneitatis consensum beniuolum, tam vendenti quam ementibus prebuerunt et fauorem litteras uero si quas idem Sebastianus et domina supradicta super prehabita possessione studiose seruarent, cassande essent et inanes, ac viribus omnino destitute, et super hoc nostrum priuilegium emanari faciemus presentibus nobis reportatis. Datum feria quinta proxima post festum beati Mychaelis Archangeli. Anno domini M° CCC° vicesimo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 30. 20. Közli: Kovács N.

---

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 639 von 696

573.

1321. sept. 14. Márk Zemplén vármegye alispánja és bíró társai előtt Olaszi Chomor az atyjának Domokosnak megöletése miatt János fia István ellen emelt panaszát megszünteti.

Nos Mark comes de Zemlen vice magistri Mikich et aly quatuor Judices de eodem damus pro memoria quod secunda feria proxima in die exaltacione (így) sancte crucis causa que uertebatur ex una parte stephano filio Jochannis ex altera uero Ladislao filio J. langos (így) pro Chomor cum procuratoria constituto filio dominicy de Oloz in nostri presencia in unionem pacis deuenerunt, super morte dominicy patre (így) eiusdem chomory et quinquaginta marcis ac duobus proximis suis thoma ac Bichou homicidio predictorum quas idem Ladizlaus filius Jochannis Langos super Stephanum filium Jochannis conquestus fuerat pro chomor cum procuratorialibus litteris nostris in quibus causis iuramentum Stephano erat cum quinquaginta personis sibi consimilibus ex arbitrio proborum inter partes taliter ordinarunt quod amoddo (így) quidcunque fuisset inter eos siue homicidium ac ville spoliacio propter bonum pacis taliter concordarunt unus alio per omnia relaxarunt, ambe partes tali uinculo interposito quod si quis inter eos uel aliquis proximis ipsorum de predictis causis, aliquam querimoniam inquonauerit (így) extunc iudicio ac uinculo quinquaginta marcarum ante litis ingressum proponendo in litem ac causam agraueretur. Datum in termino prenotato. Anno domini M° CCC° XX° primo.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a Máriássy cs. lban, »Idegen okmányok« 39.

574.

1321. sept. 25. I. Károly király Kanizsa várát és tartozmányait az Osl nemzetségből való Imre fiának Lőrincznek (a későbbi Kanizsay család ősének) adományozza.

Karolus Dei gracia, Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Coumanie, Bulgarieque Rex. Omnibus xpi fidelibus tam presentibus quam futuris presen-

tem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Regie conuenit maiestati vt suorum subditorum fidelia seruicia fauoris occulis prospiciat et attendat, et fideliter obsequentes extollat honoribus, dotet possessionibus, ditet sue munificencie donatiuis, proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod magister Laurencius filius Emirici de genere Osl dilectus et fidelis noster, ac comes Zaladiensis, ad nostre serenitatis accedens presenciam et sue fidelitatis seruicia nostre maiestati impensa, proponens et declarans, quoddam Castrum Canisa vocatum, Nicolai filij Nicolai infidelis nostri specialis, vnacum, Ciuitate Canisa Losnuk, pomlyn, villam sancte Crucis de Reche terras Habraham et Nicolai filiorum Leukarti, ac Nicolai filij Gubas, de Byllya, uillam magistri Pink Lean vocatam, villam Zoda similiter Lean vocatam, villam Boxse, villam Chakan et Kerethovo, ac Zakafelde, Item villam Molnary, medietatem ville sancti Mychaelis, videlicet porcionem eiusdem Nicolai, villam sancti Martini Villam Vente villam Libolcha cum suis pertinentibus, villam dobolnuk et villam Igrichi, vocatas, in Comitatu Zaladiensi existentes, infidelis nostri antedicti, pro suis fidelitatibus et seruiciorum preclaris meritis, a nobis sibi dari et conferri, perpetuo postulauit. Nos itaque secundum quod Regie magnitudinis expostulat et requirit officium, vt vniuscuiusque merita animo meciamur pietatis, et hys quos opera sue virtutis, regali remuneracione dignos efficiunt, grata debeamus reddere premia meritorum propositis peticionibus eiusdem magistri Laurency, diligenter auditis, reuocatisque in memoriam fidelitatum, et seruiciorum preclarys meritis eiusdem, quibus nobis idem magister Laurencius in nostris et regni nostri negocijs tam prosperis, quam aduersis, dubijs fortune casibus, se submittendo, et sua exponendo, cum sumpme fidelitatis desiderio, et uotiue solicitudinis diligencia, in eo videlicet, quod cum Teotonici assumpta temeraria presumpcione contra nos et nostrum Regnum in subsidium Andree filij Gregorij, cum tota potencia eorum venire voluissent, et magister Nicolaus filius Omodei fidelis noster vnacum alijs fidelibus nostris hostiliter eosdem invadens prelium cum eisdem commisisset idem magister Laurencius pro nostro Regiminis incremento,

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 641 von 696

viriliter dimicando, Deo propicio victoriam optinuit triumphalem, in eo eciam quod cum predictum Castrum Kanisa hostiliter inuadens ab eodem Nicolao abstulisset, seruientes sui tres numero eque sibi similes sub eodem Castro pro nostri honoris incremento interfecti extiterunt, meruit complacere, et se vtique reddere graciosum, volentes pro suis fidelitatibus, tot, et tantis, regie remuneracionis occurrere donatiuo, prenotatum Castrum, cum possessionibus prenotatis, et cum vniuersis ad easdem pertinentibus, ab eodem Nicolao et eius heredibus tanquam infidele et male merito in perpetuum aufferentes, dedimus, donauimus, et contulimus, ipsi magistro Laurencio, et per eum suis heredibus, heredumque suorum sucessoribus sub metis veris et terminis iure perpetuo et pacifice possidendas tenendas et habendas. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi Aule nostre vicecancellary et Archidiaconi de Kukuliew dilecti et fidelis nostri. Anno domini. M° CCC° vicesimo primo, Regni autem nostri anno similiter XX° primo, septimo Kalendas octobris.

Sötét veres selyem zsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 716. 2. Közli: Kovács N.

575.

1321. sept. 27. Az esztergomi káptalan előtt Bogod és Mihály Hont vármegyei Össöd nevü birtokukat Huguzlo fiának, Jula comesnek örök áron bevallják.

Capitulum ecclesie Strigoniensis vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam. Vt ea que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, litterarum solent patrocinio communiri. Proinde vniuersorum noticie presencium et futurorum, harum serie declaramus. Quod nobilibus viris Bugud filio Bugud, ac Michaele filio Kemus de Comitatu Huntensi ex una parte, et Comite Jula filio Huguzlou ex altera, coram nobis personaliter constitutis, ydem Bugud et Michael sunt confessi oraculo viuencocis, Quod quandam possessionem ipsorum hereditariam et empticiam in quadam

parte vsud nomine ipsum Michaelem in quarta parte contingentem in dicto Comitatu Huntensi existentem, in qua est Ecclesia in honore sanctorum Symonis et Judee apostolorum, ac omnibus utilitatibus suis et pertinencijs sicut ipsi possederunt sub eisdem metis es terminis uendidissent Comiti Jule antedicto suisque heredibus heredumque suorum successoribus pro quadraginta marcis partim in denarijs viennensibus, et partim in grossis bohemicalibus decem pensas pro qualibet marca computando, plene numeratis et receptis per eosdem Bugud et Michaelem, et uendiderunt perpetuo possidendam tenendam et habendam, nullo unquam tempore reuocandam. Comparente eciam coram nobis Comite Gregorio vno de quatuor Judicibus nobilium de eodem Comitatu pro tribus collegys suis et affirmante, quod nullus in facie predicte possessionis super huiusmodi contractu extitisset contradictor. Nec eciam fuit coram nobis. Obligantes se nihilominus ydem Bugud et Michael, vt si qui successu temporum ipsum Comitem Julam, aut eius heredes racione dicte possessionis impeterent, ipsi, et eorum heredes tenerentur expedire laboribus proprijs et expensis. Restitutis eciam omnibus instrumentis et litteris, quas habuerunt super possessione memorata, et si quas restituere nequierint, reddiderunt cassas et inanes, et omnino uiribus carituras. In cuius rei testimonium perpetuamque firmitatem ad instanciam parcium, presentes dedimus litteras nostro Sigillo communitas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis Ecclesie nostre Lectoris, presentibus fratribus nostris in Christo Karissimis, Lodomerio preposito Ecclesie sancti Thome martiris de promonthorio Strigoniensi, Petro preposito Ecclesie sancti Georgy, Jacobo cantore, Raynoldo custode Thoma presbitero Rectore are beate Virginis, et Bogomerio decano. Ceterisque fratribus in Ecclesia sancti Adalberti martiris iugiter deo famulantibus. Anno domini Millesimo Trecentesimo vicesimo primo in festo sanctorum Cosme et Damyani martirum.

Sárga, zöld és vörös selyem zsinóron függő ép pecséttel s alúl metszett betűkkel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 841. 6. Közli: Kovács N.

576.

1321. Esztergom, sept. 29. I. Károly király Karló birtokot Nyitra vármegyében Elefánti Mátyásnak adományozza.

Nos Karolus dei gracia Rex Hungarie Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis. Quod Comes Mathias de Elefant dilectus et fidelis noster ad nostre Serenitatis accedens presenciam et sue fidelitatis obsequia proponens et declarans, quandam possessionem Karlou vocatam in Comitatu Nitriensi existentem, asserens eam nostre collacioni de iure pertinere, a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulavit. Nos igitur consideratis suis fidelitatibus, et seruiciorum meritis, quibus nobis meruit complacere et se vtique reddere graciosum, volentes suis fidelitatibus et seruicijs meritorys regie remuneracionis occurrere donatiuo, predictam possessionem Karlou cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs vniuersis, sub antiquis metis et terminis, eo iure quo nostre collacioni pertinere dinoscitur eidem Comiti Mathie et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus, dedimus donauimus et contulimus iure perpetuo et inreuocabiliter absque preiudicio iuris alieni possidendam tenendam et habendam, promittentes sibi, quod quamprimum presentes nobis fuerint reportate in formam priuilegij nostri redigi faciemus. Datum Strigonij in festo beati Michaelis Archangeli. Anno domini M° CCC° vicesimo primo.

A nyitrai káptalannak 1324-ki átiratából, melynek eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. 1671. 14. Közli: Kovács N.

577.

1321. oct. 10. A váczi káptalan előtt Péter fia János és testvérei Szente nevü Nógrád vármegyei birtokukat Benedek fiainak Kachata és Makala nevü Gömör vármegyei birtokaiért elcserélik.

Nos Capitulum ecclesie Wachiensis significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis. Quod uiri nobiles Stephanus filius Benedicti de scentheh sicut dixit pro se et suis fratribus, Ivancha, petro et Ivan vterinis, ex vna parte, et

Johannes filius petri similiter sicut dixit pro se et suis fratribus, Egidio, et Stephano filys Alexi de eodem genere ex altera coram nobis personaliter constituti, talem inter se diuisionis titulum in possessionibus eorum hereditarys videlicet scentheh vocata in Comitatu neogradiensi existente, Kachata et Makala vocatis in Comitatu Gymuriensi existentibus, se fecisse per modum concamby affirmarunt, Quod Stephanus et sui fratres antedicti porciones eorum quas in duabus possessionibus supradictis Kachata et Machala vocatis haberent, propter bonum pacis mutuamque fraterne dileccionis karitatem, relinquerent Johanni et suis fratribus supradictis in filios filiorum, cum omnibus vtilitatibus et pertinencys, sub hysdem metis et terminis quibus Idem possederunt, Jure perpetuo et inreuocabiliter possidendas pariter et habendas, in concambium et contra porcionem, quam Idem haberent in Scenteh, similiter e contrario Johannes et sui fratres sepedicti porcionem eorum quam haberent in Scenteh, simili modo eodemque pacto, Benedicto et suis fratribus antedictis, Tali comparamine inter partes adhibito, quod utreque partes suis congaudeant Juribus et neutraque alteram huiuscemodi racione audeat molestare, relinquerunt. In cuius rei testimonium presentes eisdem concessimus sigilli nostri munimine roboratas, et cum presentes reportate fuerint eisdem priuilegiales nostras concedemus, Datum die sabbato proximo post festum sancti Dyonisy martiris. Anno Domini M° CCC° XXI°.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt N. R. 689. 15. Közli: Kovács N.

578.

1321. oct. 16. A nagyváradi káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Kállai István Baacha nevü birtokának Tamás ugocsai föispán által történt elfoglalása iránt a vizsgálatot teljesítette.

Excellentissimo domino suo Karolo dei gracia Illustri Regi Hungarie Capitulum Waradiensis ecclesie, oraciones in domino debitas ac deuotas, Litteras, nobilis viri Dause Woyuode, per quinque comitatus, vice persone vestre Judicis de-

putati nobis transmissas, recepimus in hec uerba. Viris discretis et honestis amicis suis Capitulo ecclesie Waradiensi, Dausa Woyuoda, Judex per quinque comitatus a domino Rege deputatus, amiciciam paratam, debito cum honore. Magister Stephanus filius Michaelis filij Wbul et Johannes filius eiusdem, proximi nostri nobis dicunt, quod magister Thomas filius Dionisy comes de Wgacha, feria sexta proxima ante festum beati Michaelis Archangeli proxime preterita, quandam possessionem seu villam ipsorum Baacha vocatam destruxisset, res in eadem inuentas, tam in inmobilibus quam in mobilibus penitus abstulisset. Super quo vestre discrecionis amiciciam petimus diligenter, quatenus detis testimonium vestrum cum homine nostro magistro Laurencio filio Gregory de Bylle, qui sciant et inquirant de premissis ueritatem, et post hec quemadmodum idem homo vester et noster, uobis retulerint facti seriem uestri gracioso domino nostro Regi rescribatis. Datum in Debrecen feria secunda ante octauas beati Michaelis. Anno domini M° CCC° XX° primo. Nos igitur iuste peticioni ipsius Dause Woyuode annuentes ut tenemur cum predicto homine suo Laurencio discretum virum et ydoneum Egidium sacerdotem magistrum altaris beati Georgy martiris de ecclesia nostra Kathedrali pro testiuo vice nostri destinauimus, coram ipso ad premissa exequenda qui quidem homo ipsius Dause Woyuode cum eodem testimonio nostro demum ad nos reuersus, nobis recitauit quod idem magister Thomas feria sexta proxima ante festum beati Michaelis, proxime preterita veniens, predictam villam Baacca (így) destruxisset res in eadem tam in mobilibus quam in inmobilibus inuentas, penitus abstulisset sicut hec a nobilibus innobilibus sacerdotibus clericis et laicis illius destrictus (így) et specialiter in congregacione nobilium et innobilium per magistrum Peteu, comitem de Zothmar et quatuor Judices de eodem comitatu celebrata facta diligenti inquisicione speciali et generali ueraciter comperissent et sciuissent. Datum in festo beati Galli confessoris. Anno domini M° CCC° XX° primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Vesd össze Fejér i. m. VIII. 2. 309. Közli: Csontosi J.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 646 von 696

579.

1321. Temesvár, nov. 19. Lampert országbíró Eliás fiainak Lochk és János ellen való ügyét elhalasztja.

Nos magister Lampertus Judex Curie domini Regis et Comes Chenadiensis. Damus pro memoria quod causam quam Johannes et Stephanus fily Elye ex quibus Stephanus pro se et pro Johanne fratre suo cum procuratorys literis Capituli Agriensis conparuit contra Lochk et Johannem filios Nicolai pro quibus magister Matheus et Michael conparuerunt et terminum assumpserunt legittime citatos secundum continenciam litterarum citatoriarum Capituli Agriensis in octauis beati Martini confessoris habebant coram nobis quia primus terminus eorum esse dinosscebatur ad quindenas Epiphanie domini nunc uenturas duximus prorogandam ad peremptoriam responsionem faciendam. Datum in Themuswar nono die termini prenotati. Anno domini M° CCC° XX° primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Máriássy cs. lban, »Idegen okmányok« 36.

580.

1321. nov. 19. A nagyváradi káptalan előtt Tamás fia Roland, rokonai nevében is, Ujlak birtokot Szatmár vármegyében, Kállai Mihály fiainak birtokába bocsátja.

Nos Capitulum ecclesie Waradiensis, tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum secundum formam priorum litterarum nostrarum memorialium, in octauis festi beati Martini confessoris Rolandus filius Thome, Petrum fratrem suum uterinum, et Ladizlaum filium Syge, fratris eiusdem Thome coram nobis statuere debuisset super eo, quod possessionem Wylok vocatam in comitatu de Zothmar existentem, idem cum predictis fratribus suis magistro Stephano filio Michaelis fily Wbul, ac fratribus suis Ladizlao videlicet et Michaeli, ac heredibus eorum mediante Priuilegio nostro confirmare asignatam per ipsum Rolandum, debuisset,

alioquin, viginti et octo marcis, idem Rolandus, ipsi Magistro Stephano et fratribus suis soluere debuisset, ipso termino adueniente, idem Rolandus cum Petro prefato fratre suo uterino, coram nobis constitutus, ipsum Ladizlaum, filium Syge, quem statuere assumpserat, dixit se nescire si uiueret uel mortuus exstitisset; sed assumpsit cum ipso Petro fratre suo, quod si processu temporum, contra ipsos filios Mychaelis, idem Ladizlaus, de cuius uita uel morte dubium haberet litem suscitarent, ex tunc eosdem expedirent ab eodem, et insuper in ipsis viginti octo marcis esset eisdem soluturus, quam quidem possessionem cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs ydem Rolandus et Petrus eisdem filijs Michaelis, et eorum successoribus perpetuo et irrevocabiliter conmiserunt possidendam. Assummendo ab omnibus racione ipsius possessionis eosdem expedire proprijs laboribus et expensis, si qui eosdem intenderent molestare, et cum presentes nobis fuerint reportate, nostrum super hoc Priuilegium conferemus. Datum in festo beate Elisabeth. Anno domini M° CCC° XX° primo.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban.

581.

1321. nov. 23. A vasvári convent elött Ehellös fiai és rokonaik, Sármelléki Csorbának megöletése tárgyában ez utóbbinak rokonaival kibékülnek.

Nos Capitulum ecclesie sancti Michaelis de Castroferreo, Significamus tenore presencium vniuersis quod magister Nicolaus filius Ehellei ab vna parte, Andreas filius Ladizlai de Juxta Saar pro se, et pro Jacobo et Petro fratribus suis vterinis, nec non Johanne, Michaele, Nicolao filijs Jowachimi ceteris proximis suis, et Cognatis ex altera, coram nobis personaliter constituti, super morte Martini dicti Churba, fratris antedicti Andree destruccione possessionum wulneribus proprijs eiusdem Andree, in quantum ipsa mors dictum magistrum Nicolaum tangebat, et particeps in eadem extiterat, seu acciones premissorum articulorum, propria in persona ipsum

nicolaum tangere videbatur, nec non super ceteris causis usque modo hinc et inde, in ipsum Andream et Nicolaum filium Ehelley motis et exortis ad plene pacis vnionem dixerunt se deuenisse, et penitus concordasse, coram nobis, ob cuius pacis vnionem firmiorem et maiorem cautelam, idem magister Nicolaus sororem suam filiam Botyz lege matrimoniali tradidit predicto Andree recipiendo ipsum in proximum et in fratrem. Hoc interserto, quod idem Andreas dictum magistrum Nicolaum propria in persona super omnibus premissis articulis causarum usque modo uentilatarum inter partes expeditum reddidit, referens sibi satisfactum de premissis. Hoc eciam adiecto, quod si que parcium ausu temerario super causis uniuersis inter ipsum nicolaum et Andream iam sedatis, et sopitis quescionem seu litem suscitare et mouere attenderit ..... pars discordiam generans, contra partem alteram pacem inviolabiliter obseruantem, tanquam si in duello succubuisset personali conuincatur, Datum secunda feria proxima ante festum sancte Katherine virginis Anno domini M° CCC° XX° primo.

Ugyancsak a vasvári káptalannak 1328-ki átiratából, melynek eredetije a gr. Festetics cs. ltban, »Castriferrei« 13.

582.

1321. Kálló, dec. 19. Iván szabolcsi ispán és bírótársai Kállai Mihály panaszára Lengyel Jánosnak tisztító esküt ítélnek.

Nos magister Iwan comes de Zoboch et quatuor Judices eiusdem prouincie damus pro memoria, quod magister Michael filius Michaelis de semyan, ab una parte Johannes dictus Lengel ex altera, sabbato proximo ante festum Tome apostoli, coram nobis constituti, qui quidem Michael predictus asercionem suam proposuit, contra Johannem prefatum tali modo ut domum serui sui, confrangere fecisset et Jacobum seruientem eiusdem sanguinasset, econuerso Johannes sepedictus nihil fecisse, se inculpabilem proclamauit, vnde nos Judices auditis aserciones parcium arbitranter adiudicantes decreuimus, ut in die tercio post datarum presencium coram nobis in uilla semyan Johannes dictus, cum Juramento suo secundum

aserciones prescripti, se expurgaret, ut de factis et illatis prescriptis esset innociturus, Datum in Kallo intermino prenotato Anno domini M° CCC° XX° primo.

Zárlatán kerek pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Csontosi J.

583.

1321. dec. 19. Az egri káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Dobrony Bereg vármegyei és Galambláz Ung vármegyei birtokokba Pánki Jakab fiát Dobót beiktatta.

Excellentissimo Domino suo Karolo Dei gracia illustri Regi Hungarie, Capitulum ecclesie agriensis, oraciones in domino cum perpetua fidelitate. Recepimus litteras vestre serenitatis hunc tenorem continentes. Karolus Dei gracia Rex Hungarie, fidelibus suis Capitulo ecclesie Agriensis, salutem et graciam. Noueritis quod magister Dobou filius Comitis Jacobi de pank, dilectus et fidelis noster ad maiestatis nostre accedens presenciam, et sue fidelitatis seruicia quo deuote eo fideliter impensa multa laude digna nobis proponens, et exponens, quasdam possessiones seu terras Dubrum in Comitatu de Bereg, et Galamblaza, in Comitatu de Vng existentes, vocatas, asserens ipsas esse nostre collacioni de iure pertinentes, pro fidelibus seruicijs suis meritorijs, a nobis sibi dari et conferri, perpetuo possidendas, postulauit. Verum quia de qualitate dictarum possessionum seu terrarum, et utrum pertineant de iure ad nostram collacionem nec ne nobis veritas non constat, fidelitati vestre damus in mandatis, quatenus, mittatis hominem vestrum pro testimonio virum ydoneum, coram quo Gregorius filius Olthuman vel Wanchuk filius Nicolai, si alterum deesse contingat homo noster accedat ad faciem possessionum seu terrarum antedictarum, et conuocando commetaneos et vicinos, earumdem per ueteres et antiquas metas reambulet et statuat easdem magistro Dobou predicto, perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero contra eundem Dobou si qui fuerint ad nostram citet presenciam ad terminum competentem, posthec vero diem citacionis, terminum assignatum, ac seriem tocius facti, ac cursus metarum earundem, nobis fideliter res-

cribatis. Datum sub Castro Trenchen in festo beati Jacobi Apostoli. Anno domini M° CCC° XX° primo. Nos igitur preceptis vestre sublimitatis obedire cupientes vt tenemur, cum predicto Wanchuk homine vestro nostrum misimus hominem, virum ydoneum et discretum, magistrum Jacobum, Archidiaconum de Sumbun socium et concanonicum nostrum, ad premissa fideliter exequenda, qui tandem ad nos reuersi, nobis concorditer retulerunt, quod in die octauarum beati Nicolai Confessoris, accedendo ad faciem dicte possessionis Galamblaza, ipsamque vestre collacioni subiacere inuenientes, conuocatis undique et omnibus vicinis eiusdem, et eam per ueteres metas et antiquas cum eisdem vicinis suis reambulando, nullo contradictore existente, eidem magistro Dobou sub eisdem metis antiquis statuisset, iure perhennali possidendam, Item in crastino diei prenotati, accedentes ad faciem possessionis Dubrum vocate, in Comitatu de Bereg existentis, et ipsam similiter collacioni vestre celsitudinis subiacere seu pertinere inuenientes, conuocatis omnibus vicinis eiusdem, et specialiter Jacobo filio Jacobi, dicti Kuke, Ladislao et Donch filijs Thome, Item Ratholth et Thoma filys Mychaelis, Nicolao et Lachk filijs Ladizlai, Item Ruben filio Hethe et Lorando filio Nicolai, Item magistro Deseu Comite de Bereg reambulando per circumferencias metarum infra declarandarum, nullo contradictore existente ipsi magistro dobou statuissent, similiter perpetuo possidendam. Cursus vero metarum eiusdem possessionis Dubrum, prout relatum extitit per eosdem, quibus ab alijs terris distingitur et separatur, est talis, quod prima meta incipit a fluuio Lathurcha, a parte orientali, vbi quidam riuulus polona vocatus incidit in eundem fluuium Houthlaturcha vocatum, deinde directe procedendo versus partem meridionalem transit vnum fluuium wthwycha nominatum, vbi est una meta arborea, Teulgfa vulgariter dicta, ad modum crucis consignata, exinde versus eandem partem directe eundo venit ad locum vbi duo riuuli, videlicet Zamaroupathaka, et Machanicha pataka vocati, inuicem uniuntur, vbi est vna meta arborea Teulgfa vocata, similiter ad modum crucis consignata, de qua quidem transeundo ipsum riuulum Machanicha, venit directe versus eandem partem et alium riuulum Zemerneopataka vo-

catum, et ibi est meta similiter arborea, exinde versus eandem partem directe transeundo uenit ad riuulum Bukenpothoka nominatum, vbi est una meta terrea, deinde vergitur uersus eandem partem et transeundo riuulum Deregneupothoka uenit ad campum Poharilamezey vocatum, vbi est similiter meta arborea, Teulgfa nominata, et ipsum campum directe transeundo venit ad fluuium Zyrnowa nominatum, in cuius portu est una meta terrea, de qua quidem iuxta eundem fluuium reflectitur versus partem occidentalem, et venit ad locum vbi de eodem fluuio Zyrnoua exyt quidam riuulus Zcornonpataka, vbi es meta terrea, que predictam terram separat a terra filiorum Mathie, de qua transeundo per alias antiqas metas eorumdem filiorum Mathie, versus partem septemtrionalem et directe venit ad fluuium Lathurcha memoratum in cuius portu est meta terrea, de qua quidem circa eundem fluuium reuertitur versus partem orientalem, et uenit ad primam metam, et ibi terminantur. Datum in vigilia Thome Apostoli. Anno domini. M° CCC° XX° primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 745. 4. Közli: Kovács N.

584.

1321. dec. 24. A budai káptalan arról, hogy a Dráván túl való Nemes Péter fia Jakab, Zágráb vármegyei és egyéb birtokairól Buda várában milyen végrendeltetet csinált, bizonyítványt ad.

Capitulum Budensis ecclesie omnibus xpi fidelibus presens scriptum intuentibus, salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod Geruasius filius vrbani de Comitatu Zaladiensi ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis litteras domini nostri Regis in quibus dabatur nobis in preceptis, quod tenorem testamenti Magistri Jacobi filij Petri nobilis de ultra Drabam cognati eiusdem decedentis in Castro Budensi inquiri diligenter faceremus et super tenore testamenti eiusdem Jacobi requirendo nostras litteras testimoniales eidem Geruasio faceremus emanari. Nos precepto regio obtemperantes ut tenemur, Justicieque et Juri

suadentes, duos ex nobis viros ydoneos petrum videlicet decanum, et alium petrum quondam decanum Socios et concanonicos nostros ad inquisicionem tenoris predicti testamenti duximus destinandos, qui demum ad nos cum eodem Geruasio reuersi retulerunt, quod ipsi ad hospicium predicti Jacobi filij petri videlicet ad domum Luchacy filij Mykou ciuis de Castro Budensi accedentes, ubi idem Jacobus diucius languens domino uocante decessit, convocatis testibus et confessore eiusdem qui ordinacioni testamenti ipsius Jacobi interfuerunt, scilicet viris Religiosis fratre Michaele et petro socio eiusdem de ordine fratrum predicatorum de claustro sancti Nicolai de eodem Castro Budensi in quorum Claustro eodem eligente sepultus extitit. Item viris prouidis Nycolao filio Mykou Jurato de predicto Castro Budensi Johanne dicto Agriensi et Petheu fratre eiusdem, ciuibus de eodem, qui vnanimiter et concorditer coram ipsis retulissent, viua voce quod dictus Jacobus in loco egritudinis decumbens licet eger corpore, sanum tamen per omnia hominis intellectum coram ipsis et viro discreto Georgio plebano beate Marie Magdalene plebano eorum, qui sacram unccionem et alia sacramenta ecclesiastica, eidem iuxta formam ecclesiasticam inpendit, tale condidisset testamentum. Quod quasdam possessiones suas hereditarias Rasseny de Comitatu Zagrabiensi legasset, dedisset et tradidisset Geruasio genero suo, et domine sorori sue consorti sue Elys nomine et filys eorundem, seu pueris ab eadem procreatis aut procreandis perpetuo possidendam. Item possessionem suam Zablathya uocatam de Comitatu eodem legasset similiter perpetuo eidem Geruasio tali modo, quod eandem possessionem suam a Nyclin ciue de Copronchа, cui pro decem marcis per eundem extitit in antea inpignorata redimat, ab eodem, et sororem suam in nuptam apud eundem Geruasium commorantem de vtilitate precio et valore eiusdem possessionis, et alijs bonis ipsius apud dictum Geruasium relictis legitimare debeat eandem debito cum honore et insuper debitoribus eiusdem vniuersis de utilitate eiusdem possessionis satisfacere teneatur. Item quandam vineam suam in territorio montis Cristury vocato prope Drabam existentem legasset eidem Geruasio et sorori sue uxori eiusdem prenotatis eodem modo perpetuo pos-

sidendam. Item quandam aliam vineam suam in territorio de Tymirian adiacentem ob remedium anime sue legasset fratribus minoribus de Copronchа ad opus ecclesie eorumdem cum omni plenitudine sui Juris. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus viri discreti magistri petri lectoris ecclesie nostre. Anno domini M° CCC° XX° primo, Nono kalendas Januarij, presentibus magistro petro cantore, domino petro Custode, petro decano, Benedicto, posonio, petro et Jacobo quondam decanis, petro Syculo, et Crisio presbiteris, Johanne et altero Johanne ac Stephano magistris, Ceterisque canonicis existentibus.

Sárga és viola színű selyem zsinóron függő pecséttel, s fönt metszett betűkkel; eredetije az orsz. lvt. kincst. oszt. N. R. 953. 2. Közli: Kovács N.

585.

1321. Az esztergomi káptalan előtt Farkas fia Tamás szécsení birtokának elpusztítását Draai Tamás fiainak megbocsátja, Kraszna és Belső-Szolnok vármegyében fekvő birtokaikat visszaadja, a Nógrád vármegyeieket azonban megtartja.

Theophylus prepositus, et Capitulum ecclesie Strigoniensis, vniuersis presentes litteras inspecturis Salutem in omnium Saluatore. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire. Quod Albertus et Petheu filij Thome de Draa ab vna parte, et Comes Benedictus filius Kych, et magister Johannes notarius procuratores magnifici viri Thome filij Farkasy magistri Thawarnicorum domine Regine, Comitis Sirmiensis et Bachiensis, ac Orodiensis, pro eodem magistro Thoma domino ipsorum cum procuratorijs litteris eiusdem ex altera, coram nobis personaliter constituti, ydem Albertus et Petheu fily Thome, predictique procuratores magistri Thome oraculo viueuocis sunt confessi. Quod quia ipsi, Albertus, et Petheu, ac Nicolaus filius eiusdem Thome frater ipsorum, Seruicys, et Catherue magistri Mathei de Trinchinio precipui infidelis domini nostri Karoli dei gracia Regis Hungarie illustris, se iungentes, vnacum magistro Matheo bello et prelio publico, contra personalem eiusdem

domini Regis maiestatem, per ipsum magistrum Matheum habito, proprijs personis interfuerint, pro ipsaque infidelitatis nota, et pro destruccione, et combuscione possessionis eiusdem magistri Thome Zechan uocate, et aliarum possessionum ad eandem pertinencium, nec non denudacionibus mulierum et virginum, ac excidys hominum in eisdem possessionibus per eosdem factis, et commissis, prefatus dominus Rex vniuersas possessiones eorumdem filiorum Thome de Draa, ubicunque in Regno suo existentes, ab ipsis, tanquam male meritis auferens, prefato magistro Thome filio farkasy pro fidelibus suis seruicys, et fidelium seruiciorum suorum meritis, perpetuo, et irreuocabiliter contulerit, ex eoque ipsi filij Thome iuris conseruacionem seu nominis efficaciam in eisdem possessionibus non habuerint aliqualem, tamen idem magister Thomas filius Farkasy, gracie beneficium cordis linea primiciendo, reuolutans, aduertensque prosecucionum et peticionum instancias-quibus ydem Albertus et petheu ipsum placare studuerunt, Tres possessiones, Lomperth et Ilswa in Karazna, ac Mayod in Belzenuk (így) Comitatibus uocatas et existentes, predicte donacioni per predictum dominum Regem ipsi magistro Thome facte insertas et inclusas eisdem Alberto et Petheu, ac ipsorum heredibus heredum in heredes remisisset, seu restituisset, primeuo Jure predecessorum suorum possidendas. Nichilominus eciam ydem Albertus et Petheu filij Thome predictas vniuersas possessiones condam ipsorum vbicunque, et in quibuscunque Comitatibus, ac specialiter in Comitatu Neugradiensi existentes, Draa, Dolyan, Raros Ztrugna, et Ztrachyn uocatas, ac alias ad easdem pertinentes, et ubicunque existentes, eidem magistro Thome, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus, iuxta predictam donacionem domini nostri Regis nullo sibi iure in eisdem reseruato, similiter permisissent annuissent, seu perpetuassent, et perpetuarunt coram nobis, iure perpetuo, et irreuocabiliter possidendas tenendas pariter et habendas. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes, ad instantes peticiones parcium predictarum, concessimus litteras, Sigilli nostri appensione communitas. Datum per

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 655 von 696

manus discreti viri magistri Johannis ecclesie nostre Lectoris. Anno domini Millesimo CCC° XX° primo.

Piros és zöld selyem zsinóron függő pecséttel, s alúl metszett betűkkel; eredetije az orsz. ltár kinest. oszt. N. R. 639. 12. Közli: Kovács N.

586.

1321. Az esztergomi keresztesek conventjének mestere, rendtársának Mihálynak és testvéreinek Genöcze nevü birtokot bizonyos bérfizetés mellett használatra átadja.

Nos magister Nicolaus Ordinis Cruciferorum sancti regis Stephani de Strigonio notum facere volumus Vniversis quibus expedit presencium per tenorem, quod nos attendentes merita fratris Micaelis ordinis nostri, considerantesque fidelitatem fratrum suorum Andree de Lack et Mikch in quantum nobis et ecclesie nostre a multis retroactis temporibus fideliter et utiliter desudarent quandam ecclesie nostre possessionem Geneuce vocatam, quam idem frater Michael pro vna marca in annum afictum singulis annis a nobis seu ecclesia nostra tenebat eisdem Andree et Mikch similiter pro pensione unius marce quam nobis singulis annis in festo sancti regis solvere debebunt annuatim, per decennium a data presencium numerandum, duximus concedendam cum omnibus suis pertinenciis vtilitatibus vniuersis atque totali plenitudine sui iuris. Item tenentur nos et fratres nostros in dicta possessione hospitare et recipere benigne. Item in dicto festo tenebuntur nobis singulis annis dicti decennii munera presentare. In cuius vero testimonium presentes eisdem duximus concedendas Anno domini Millesimo tercentesimo vigesimo primo.

A Simonyi cs. lban levő eredetiről közli: Horváth Mihály.

587.

1321. A szalavári convent előtt a Bikács nemzetségből való Egyed fiai birtokaikon megosztoznak.

Nos Conuentus Monastery sancti adriani, de Zala, significamus tenore presencium memorie commendantes quibus expedit vniuersis, Quod Johannes, Andreas et Ladizlaus filij

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 656 von 696

Egidy, nobiles, de genere Bykach tam pro se quam pro Iwan fratre ipsorum in nostri presencia constituti, talem diuisionem in quibusdam possessionibus suis inter se fecisse recitarunt, ita uidelicet, quod Lybocha et Dabonuk, in Comitatu Zaladiensi exhistentes, totis suis utilitatibus, cessisset in ius et proprietatem, Comiti Johanni et Iwan, fratri suo predictis, per eosdem heredum per heredes possidendas, sicut predecessores ipsorum tempore libito possederunt, similiter quedam Insula, in medio flui (így) Kanisa exhistentis maternaliter, Chakan Zygethe uocata, pro loco Castri competens, cum Kerekthou wlgaliter uocatum simul eciam cum predicta villa et possessione Chakan uocata, iuxta eundem fluuium sita cessisset in ius et proprietatem forma precedenti Andree et Ladizlao supradictis, per eosdem heredum iure perpetuo possidendas, super qua nulla reiteracio, reuocacio et retraccio per partes ualebit adoriri Cui diuisioni inter partes habita (így) nec per uicinos seu commetaneos et proximos suos extitit contradictum, ymo consensum prebuerunt et assensum. Datum et actum Anno Dominice incarnacionis M° CCC° wigesimo primo.

Sárga, zöld és viola színű selyem zsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lvtár kincst. oszt. N. R. 611. 3. Közli: Kovács N.

588.

1321. A Rátold nemzetségből való néhai Lóránt nádor fiai a Murány várához tartozó birtokok megtelepitésére vonatkozó föltételeket a Sztoyan nemzetségből való szepesi Helbrand és Illés részére megállapítják.

Magister Deseu, Leustachius Rolandus et Stephanus fily condam Rolandi Palatini, de genere Ratolth, Vniuersis xpi fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presens scriptum inspecturis, salutem in salutis largitore. Omne quod memoriam appetit, et firmitatem, litterarum solent testimonio perempnari. Proinde ad vniuersorum noticiam, harum serie uolumus peruenire, Quod Helbrandus et Elyas comites filij condam comitis Helbrandi de generacione Ztoyani, de terra Zepsiensi, ad nostram personaliter accedentes presenciam, humiliter a nobis pecierunt, pro (így) nos terram nostram, seu possessio-

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 657 von 696

nem, ad Muran pertinentem, cum omnibus vtilitatibus suis, eisdem ad congregandum, tenendum et conseruandum, de nostra gracia, more, seu consuetudine, alterius possessionis eorumdem, de predicta terra Zeps, Greniz vocata dare et conferre dignaremur. Nos itaque peticiones eorum ratas habentes et acceptas eandem terram seu possessionem nostram a dimidia parte prati, Kerekreth vocati, incipiens, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis, dedimus tradidimus, et contulimus Helbrando et Elye comitibus, supradictis et per ipsos suis heredibus, haredumque suorum successoribus, iure perpetuo et inreuocabiliter, more seu libertate annotata, possidendam. Ita videlicet, quod quantascunque villas in eadem terra, seu possessione, congregauerint, uel congregare poterint, vbi quadraginta mansiones conuenerint, uel ultra, ibi duas Curias, ydem comes Helbrandus et Elyas, libere percipiant et possideant, omnia enim Molendina et Brasiatoria ipsi et non aly, aliqui, libere faciant habeant et possideant. Item causas ipsarum villarum, vsque vnum fertonem, villicus ipsorum pro tempore constitutus, iudicabit, causas enim pociores, super rebus pluribus ipsi Helbrandus et Elyas comites iudicabunt, et ius, pro se percipient, de eisdem, preter furtum, homicidium et sanguinis effusionem, seu violenciam, quas similiter ydem iudicabunt, de quibus due partes cedent nobis, tercia uero pars cedet Helbrando et Elye comitibus supradictis, qui quidem Helbrandus et Elyas comites, et per ipsos heredes eorumdem, debent esse officiales, seu comites nostri perpetui super possessionibus atque villis, per ipsos congregatis, et omnia iura nostra, terragium videlicet et alia, ydem exhigent, et nobis administrabunt. Item si que fodine in eadem possessione reperiri poterint, tercia pars, nostri iuris, de eisdem fodinis, cedet in ius et proprietatem eorumdem. Item hospitibus, qui super eandem terram, seu possessionem conuenerint, causa commorandi, sedecim annorum libertatem concessimus, hoc adiecto, quod ipso termino elapso, a quolibet lanyo, vnum fertonem fini argenti, cum lapide Budensi, pro terragio, singulis annis, in festo annunciacionis beate virginis, nobis persoluere tenebuntur, ex quo tercia pars cedet similiter Comitibus prenotatis, et per ipsos heredibus eorumdem. Item decimas ipsarum villarum exiget, seu percipiet sacerdos,

seu rector ecclesiarum, eorumdem, omnes enim vtilitates, in aquis et in siluis, ipsi populi, libere et secure percipient, ita tamen, quod de venacione ferarum, quitquid nobis prouenit, terciam partem similiter ydem Helbrandus et Elyas, comites, habebunt et percipient. Ceterum quocunque tempore, ex aliquo casu Castrum Muran, confirmare seu reedificare nos contingat, extunc, rectores ipsius Castri, debent esse Helbrandus et Elyas supradicti, et heredes eorumdem, vice nostri. Meta autem seu limitaciones eiusdem possessionis, incipiunt in medio predicti prati, inde egrediendo uersus occidentem, tenet metas, cum possessione filiorum Benedicti, fily Detrici Kwy vocata, inde egrediendo tenet metas cum possessione archiepiscopi, Ryma Zumbath vocata, deindo pereundo tenet metas cum Zolyum, ab hinc procedendo, tenet metas, cum liptouia, adhuc pereundo tenet metas cum terra Zepsiensi, deinde pertranseundo, tenet metas cum possessione predictorum filiorum Benedicti, Chethnek vocata, et inde reflectitur et iugitur (így) prato supradicto, et ibi terminatur. Vt igitur huius nostre donacionis seu collacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, presentes concessimus Sigilli nostri munimine roboratas. Anno Domini M° CCC° vicesimo primo.

Zöld és fejér selyem zsinóron függő, belől falevelet tartalmazó gyürü pecséttel; eredetije az orsz. lvtár kinest. oszt. N. R. 396. 38. Közli: Kovács N.

589.

1321. körül. Debreczen. Dózsa erdélyi vajda Sárospatak városát megkeresi, hogy Semjéni Jánosnak elveszett lova fölkeresésében segédkezet és igazságot szolgáltasson.

Dausa Woyuoda Transsiluanus et comes de Zonuk, amicis suis reuerendis Yudici iuratis et vniuersitati hospitum de patak amiciciam paratam cum dilectione. Dicit nobis Johanes filius Stephani fily Michaelis de Simean frater et seruiens noster quod duos equos suos subtraxissent, quos ut fertur in medium uestri transduxissent. Quo circa uestre discrecionis amiciciam petimus diligenter quatenus ad quoscunque

socios uestros idem Joanes de perdicione equorum suorum suspicaretur coram Blasio fratre Fuldricy dilecto et fideli nostro omnem iusticiam et satisfaccionem ei detis in predictis aliud contra iusticie et nostre dileccionis ob respectum non facturi. Datum in Debrechen.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Csontosi J.

590.

Év nélkül. Tamás esztergomi érsek a szölösi plébánost állomásán a szölösi polgárok által megvédetni rendeli.

Th. diuina miseracione archiepiscopus Strigoniensis, eiusdemque loci comes perpetuus prouidis uiris dilectis sibi Judici Juratis et vniuersis ciuibus de Zelews benediccionem et dileccionem paternam. Datur nobis intelligi quod quidam sacerdos canonice sanccionis trasgressor symoniace prauitatis per sordem discretum uirum petrum plebanum ecclesie uestre dilectum filium nobis in Christo in suo iure fraudare et subplantare niteretur ac per manus Laycas ipsum eici procuraret. Cum igitur talium sceleratorum temeritates nos ex officio reprimere debeamus et uelimus unumquenque in suo iure et ipsum petrum plebanum specialiter in sua ecclesia de Zeleus conseruare quam iuste pluribus iam annis oficiauit et possedit probitatem honestatis vestre requirimus quatenus nullo mandato nullis precibus aut muneribus inducti alium sacerdotem superuenientem et Symoniacum in medium uestri recipere debeatis, nos enim dei adiutorio de hoc negocio diligenter intendimus prouidere vnde ipso petro plebano tanquam uero et legitimo pastori uestro fauorabiles existatis decimas et omnia iura sua plenarie sibi ministrantes et aliud in quantum benediccionis nostre participes esse vultis facere non uelitis datum strigonij feria quinta proxima ante quindenas beatorum Petri et Pauli Apostolorum.

Zárlatán ép pecséttel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Csontosi J.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 660 von 696

NÉV- ÉS TARGYMUTATÓ.

alisp.=alispán.
b.=birtok.
cnt.=convent.
cs.=család.
f.=falu.
ft.=földtér.
főesp.=főesperes.
főisp.=főispán.
fly.=folyó.
hn.=helynév.
mváros=mezőváros.
kápt.=káptalan.
kly.=király.
nemz.=nemzetség.
o. sz. cs.=onnét származó család.
p.=puszta.
tn.=tulajdonnév.
vr.=vár.
vm.=vármegye.

Aba nemz. 2. 130. 134. 210. 242. 261. 267. 276. 280. 426. 494. 569. 598.
Aba, Apa tn. 13. 85. 224. 341. 393. 448. 452. 498. 553. 586.
Abauj vm. alisp. 60. 102. 339. 345. 359. 394. 410. 433. 470. 472. 475. 483. 586.
Abauj vm. főisp. 339. 344. 345. 359. 410. 433. 446. 504. 562. 583. 585.
Abaujvár 463. 563.
Abaujvári főesp. 6. 49. 90. 92. 246. 390. 413. 414. 451. 492.
Abavyduth tn. 588.
Ábrahám f. Szala vm. 137.
Abrank tn. 285.
Absolon, Apson tn. 292. 370.
Achana b. 449.
Achilles tn. 129. 206. 213. 234.
Acsád b. Temes vm. 474.
Ádánd f. Somogy vm. 44.
Adorján vr. és f. Szatmár vm. 107. 249. 479. 522.
Adumpreth tn. 36. 369.
Agabit tn. 164.
Agathes tn. 343.
Aglenth tn. 61.
Ágostontelek b. Szabolcs vm. 615.
Agyagos hn. 421.
Agyna vr. 426.
Ajan tn. 305.
Ajka f. és o. sz. cs. Veszprém vm. 57. 73. 299. 316. 319.
Akali b. 316.
Ákos nemz. 340.
Aladár tn. 25. 189. 192.
Alájáró hn. 124.
Alardus tn. 302.
Albert osztrák herczeg 81.
Albeus tn. 145.
Alch tn. 410.
Áldomás 213.

Alivanth tn. 164.
Aliar tn. 380.
Alma fly. 45. 306.
Almádi apát és cnt. 23. 322. 349.
Almás f. Küküllö vm. 419.
Almásvölgy hn. 442.
Alpra, Olpura tn. 168. 232.
Általparlag ft. 468.
Altegrad tn. 21.
Ananias, Anian tn. 69. 175. 184.
And b. és o. sz. cs. Szala vm. 164.
Anda tn. 229. 614.
Andych tn. 150. 152. 499. 555.
Andorka, Andronicus tn. 375. 534.
Angelus tn. 356.
Anith, Annus tn. 384. 495.
Antol tn. 153.
Apagy f. és o. sz. cs. Szabolcs vm. 475. 498. 558.
Apaj f. Pozsony vm. 204.
Apajtelek b. 498.
Apáti f. Abauj vm. 131.
» » Pest » 109.
Apony f. és o. sz. cs. Nyitra vm. 384.
Aprod, Oproud tn. 463. 574.
Apulia 80. 446.
Aracsa f. Szala vm. 166.
Arad vm. főisp. 529. 640.
Aradi kápt. 473.
Ardó f. Gömör vm. 455. 544.
Areus, Arius tn. 365. 454.
Arinka tn. 432.
Arkichalan b. 242.
Arkus hn. 284.
Arnold tn. 19. 105. 366. 392. 401. 447. 474. 572. 608.
Árok b. Heves vm. 3.
Aszófő b. Pilis vm. 484.
Asszonyfa f. és o. sz. cs. Győr vm. 184.
Ata tn. 23.
Athmár, Othmár tn. 82. 525.
Atya b. és o. sz. cs. Veszprém vm. 525.
Atyavize f. Pozsega vm. 192.
Aurspach hn. 438.
Avignone város 559.
Azar f. Zemplén vm. 88.
Azarias, Zarias tn. 402. 535. 575. 597. 604. 618.
Aziani cs. 217.
Azyuzartus fly. 422.
Azywuelg hn. 589.

Baak ft. Temes vm. 425.
Baas, Bach tn. 122. 512.
Babarcz f. Baranya vm. 515.
Babaréthe b. 601.
Babarin b. 248.
Babos tn. 56. 74.
Babunai cs. 107.
Bachamir b. 31.
Bács vm. főisp. 428. 529. 640.
Bácsi főesp. 69. 144.
Bácsi kápt. és tagjai 68. 69. 119. 143. 240. 352.
Bacsó p. Szatmár vm. 632.
Bagata b. 202.
Bagcha b. Zemplén vm. 592.
Bagda b. 602.
Bagdan b. Bars vm. 106.
Bagos f. Szatmár vm. 198.
Bagun tn. 196.
Bágyon f. és o. sz. cs. Nógrád vm. 186.
Báhon f. Pozsony vm. 292.
Bajmócz vr. 28.
Bajorország 53.
Bajóth f. és o. sz. cs. Esztergom vm. 123.
Bajvívás 85. 296. 351.
Bakabánya 619.
Bakó, Bokó tn. 352. 353.
Bakonak f. Szala vm. 551.
Bakonybéli apát 9. 460. 562.
Baksa f. Abauj vm. 463.
Baksaháza f. Szala vm. 627.
Balad tn. 241.
Balasei tn. 101. 265. 625.
Balaton tava 503.
Baldin tn. 177. 417.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475

Baldócz f. Szepes vm. 294.
Balka tn. 151.
Balog f. Gömör vm. 350.
Balog tn. 36. 93.
Ban tn. 364.
Bana f. és o. sz. cs. Komárom vm. 246. 480.
Bancha f. és o. sz. cs. Bács vm. 162. 241.
Bánd f. Veszprém vm. 526.
Bank b. Szabolcs vm. 403. 508.
Banki, Banky cs. 457. 477.
Bankvatta f. Pozsony vm. 150. 180.
Bánréve b. Szolnok vm. 341.
Bánth b. 515.
Bányamívelés 545. 619.
Bar f. Pozsony vm. 169.
Barakon tn. 75.
Baranya vr. 40. 502.
Baranya vm. alisp. 35. 95. 502.
» » főisp. 35. 92. 305. 377. 386. 428. 520. 548.
Baranyai főesp. 357. 548.
Baráthkut b. 94.
Baráti f. Győr vm. 232.
Barba f. Bács vm. 163.
Barbatus tn. 311.
Barch tn. 563. 564.
Barchai cs. 245.
Bárcza f. és o. sz. cs. Abauj vm. 60. 345. 395. 414. 472. 583.
Barla b. 516.
Barlad ft. Bács vm. 1.
Barow tn. 118.
Bars vr. 197.
Bars vm. főisp. 122.
Barsi főesp. 494.
Bartal tn. 24.
Bartalusujfalu b. 516.
Basal f. Somogy vm. 46.
Bashyda hn. 200.
Baski cs. 489.
Batand b. 202.
Batha, Booth, Bote tn. 213. 466. 555.
Bathur tn. 269.
Batiz, Botyz tn. 142. 538.
Bátori cs. 458. 563. 564. 611. 614. 615.
Baya b. Baranya vm. 357.
Bazin város 287. 476.
Bazytha b. Szala vm. 553.
Beatrix királyné 507. 530.
Bech, Beche, Bechk, Bekch tn. 41. 45. 59. 225. 252. 522.
Bec hinvernik hn. 438.
Becse p. Veszprém vm. 526.
Becsei cs. 252. 432. 484. 513. 591.
Bede, Bedeu, Bedus tn. 229. 274. 300. 358. 366. 445. 468. 517.
Bedna vr. 381.
Beed b. 525.
Been tn. 122.
Beezi cs. 238.
Begy cs. 471.
Beka ft. Győr vm. 398.
Békató 55.
Beke, Bekw, Bekus tn. 24. 32. 53 132. 184. 216. 250. 360. 369. 429. 463. 470. 472. 474. 480. 502. 521. 606. 614.
Beke-Sara b. Szala vm. 216.
Bekuni cs. 485.
Bél b. és o. sz. cs. 217. 579.
Bélakuti apát 390.
Belche hn. 403.
Béld f. és o. sz. cs. 535.
Beled f. Sopron vm. 154.
» tn. 37.
Belen, Belenyg, Belez, Belus tn. 5. 33. 265. 531.
Belmech b. 170.
Belmura 369.
Belse patak 422.
Belvatta f. Pozsony vm. 150.
Belyn f. 69.
Bench, Benche, Benke tn. 118. 174. 224. 275. 288. 485. 501. 555. 577. 592.
Benchench tn. 15. 141. 241. 590.
Bend b. Fejér vm. 25.
Bene f. és fly. Heves vm. 4. 5.

Bene, Bin tn. 9. 20. 40. 216. 282. 294.
Benezurduk b. 242.
Ber fly. 362.
Bereg vm. főisp. 637.
Beregszász város 149.
Berekfő fly. 83.
Berement f. Baranya vm. 357.
Berencs f. Nyitra vm. 2. 265. 394.
Berény f. Fehér vm. 25.
» » Somogy vm. 415.
Berke tn. 305. 617. 620.
Berolthi cs. 86.
Berzet tn. 502.
Berzéthe f. Gömör vm. 610.
Berzevicze f. Szepes vm. 419.
Besenyők 595.
Besey cs. 605.
Bethleem, Bethlen tn. 42. 222.
Bethlenfalva Szepes vm. 222.
Beznichi cs. 340.
Bezzeg b. 169.
Bichke tn. 470. 474. 483.
Bichou tn. 626.
Biclin tn. 105.
Bicske f. Fehér vm. 111.
» » Pest » 74.
Bihar vm. alisp. 32. 623.
» » főisp. 53. 435. 436. 444. 462. 580.
Bihor b. 25.
Bikachles hn. 244.
Bikács nemz. 643.
Bille f. Pest vm. 109.
» b. és o. sz. cs. Szabolcs vm. 198. 502. 533. 632.
Bille b. Szala vm. 145. 164. 368. 627.
Billege b. 526.
Birtolon tn. 355.
Bis b. Szabolcs. vm. 557. 576.
Bitir tn. 501. 555.
Biztira b. 294.
Biztra fly. 268.
Bizusviz 569.
Blezna fly. 248.
Blumenau f. Pozsony vm. 93.
Boc, Bok tn. 465. 593.
Bocsárd f. és o. sz. cs. Abauj vm. 339. 506.
Bodmér f. és o. sz. cs. Baranya vm. 260.
Bodoló b. Abauj vm. 434. 454. 563.
Bodolya f. Baranya vm. 144.
Boda, Bodou, Bodolov, Bud, Budulo, Budoŭ, Budow tn. 80. 107. 122. 214. 239. 326. 381. 358. 577. 600.
Bodrogh vm. főisp. 92. 386. 574.
Bodrug, Budrug tn. 150. 179.
Boduni cs. 473.
Bogár, Bugár tn. 2. 100. 118. 265. 310.
Bogáth f. Vas vm. 443.
Bogátradván nemz. 617. 620.
Bogdány f. Pest vm. 571.
» » Szabolcs vm. 602.
Bogomér tn. 413. 451
Boguzlaus, Bolezlaus tn. 98. 344. 359. 364.
Bohmyn tn. 40.
Bokdasa-malma 5.
Bokod tn. 44.
Boksa, Boxa, Buchka tn. 65. 186. 409. 466.
Bolch b. Szabolcs vm. 604. 614. 615.
Boldmary f. Szepes vm. 543.
Boldva fly. 434.
Bolktelek b. 212.
Bolpach tn. 176.
Boltha tn. 299. 316. 319.
Bonahida-Crasso b. Baranya vm. 248. 514.
Bór nemz. 107.
Borosjenő f. Arad vm. 281.
Borostyánkő vr. Pozsony vm. 355.
Bors f. és o. sz. cs. Bihar vm. 497.
Bors tn. 138. 168. 169. 187. 198. 316. 525.
Borsa f. Pozsony vm. 87.
Borsmonostor 223. 253.
Borsod vm. főisp. 53.

Borsodi főesp. 593.
Borsova f. Bereg vm. 149.
Borsvai főesp. 49. 167. 188. 191. 240. 246. 390. 492. 593.
Borta f. Pozson vm. 292.
Bosita patak 191.
Boszniai kápt. 212. 486. 534. 599
Boszniai püsp. 212.
Bothond tn. 11. 111.
Botpeterfölde b. 591.
Boyn, Boynuk tn. 23. 384.
Bozkosar hn. 303.
Bozóki prépost 228. 391.
Bozow tn. 13. 217.
Boztehi cs. 405.
Böcs f. Zemplén vm. 187.
Bölzse f. és o. sz. cs. Abauj vm. 339. 395. 471. 507.
Börzencze f. és fly. Szala vm. 549. 552.
Buchk nemz. 433.
Buchou tn. 118.
Buchsaag b. Győr vm. 459.
Buda tn. 6. 32. 308. 381. 474. 478.
Buda vr. 16. 29. 34. 42. 100. 132. 162. 212. 232. 234. 288. 298. 323. 325. 412. 512. 571. 572. 595. 638.
Budafa f. Pozson vm. 501. 577.
Budafelhévizi cnt. és tagjai 6. 38. 102. 172. 252. 432. 484. 513. 545. 591.
Budai kápt. és tagjai 6. 7. 10. 13. 38. 45. 71. 100. 102. 189. 214. 405. 423. 511. 591 638.
Budmér f. Baranya vm. 101.
Bug, Bugud tn. 274. 507. 628.
Bugáti cs. 47.
Buhtus, Butus tn. 450. 521.
Buke, Buken, Buko tn. 41. 87. 152.
Bukenpatak 638.
Bukkeszi b. 241.
Bukudi cs. 430.
Bulch b. 78.
Bungo, Bunguch, Bunguz tn. 282. 294. 430.
Bungreduta hn. 550.
Buya b. 23.
Buz, Buza tn. 205. 282. 294.
Buzád nemz. 19. 171.
Buziás b. Erdély 388.
Buzitha f. Abauj vm. 339. 345. 359. 494.
Buzka tn. 499.
Bwdy tn. 591.
Bykug vr. 223.

Cancellárok 27. 28. 43. 67. 118. 132. 157. 197. 212. 234. 236. 254. 256. 264. 267. 277. 280. 291. 324. 356. 363. 409. 413. 416. 418. 428. 442. 447. 460. 478. 480. 488. 503. 512. 516. 523. 530. 543. 553. 570. 576. 585. 595. 599. 617. 619. 620. 622. 624. 628.
Chabia b. Pest vm. 508.
Chala tn. 224. 518. 537.
Chama b. Baranya vm. 36.
Chama, Choma, Chomoz tn. 311. 362. 387. 549.
Chana, Chene tn. 87. 266. 600.
Chapo, Chopon, Chopow tn. 231. 296. 313. 337.
Charnatyna hn. 589.
Chata, Chete, Cheten tn. 2. 189. 283. 484.
Chebe, Chepe tn. 452. 560.
Chege tn. 624.
Cheglédi cs. 549.
Chegze tn. 609.
Chekou tr. 71.
Chekzetelek b. Szatmár vm. 616.
Chel, Chelv tn. 227. 301.
Chelee b. 490.
Chelta f. 24.
Chempey tn. 355.
Chenge tn. 24.
Chente tn. 365.
Chergoud ft. Küküllő vm. 303.
Cherne, Chernete tn. 186. 595.
Chernefölde b. Szerém vm. 510.
Chetk tn. 470.

Chetnek, Chetnuk tn. 462. 489. 557. 576. 621.
Cheuturu b. Erdély 302.
Cheztue tn. 343.
Chidboy tn. 75.
Chizeta b. 243.
Choc tn. 33.
Cholto b. 452.
Chomor, Chumur tn. 420. 626.
Chond tn. 283.
Chormosnosfej hn. 462.
Chotsebi cs. 366.
Chuda tn. 164. 599.
Chuge tn. 566.
Chugud tn. 24. 33. 153.
Chuig b. 241.
Chumpaz tn. 521.
Chumkezen tn. 322.
Chun, Chuna, Chunch, Chunta tn. 66. 151. 179. 220. 293. 521.
Chunkymanus tn. 433.
Chuntanar hn. 170.
Churba tn. 634.
Churgo tn. 247.
Churla, Churle b. és o. sz. cs. Pozsony vm. 84. 120. 315.
Churnapatak 115.
Chusa b. 224.
Cybinkuta hn. 551.
Chyem tn. 222.
Chyp b. Abauj vm. 495.
Chytur tn. 274.
Cliva hn. 173.
Clarissák 14.
Cordus tn. 494.
Corrad fly. 348.
Cristlin tn. 391.
Cristoson tn. 346.
Cristury hn. 639.
Csaba tn. 358. 359.
Csabalaka, Csalaka b. Valkó vm. 144. 595.
Csabamező hn. 242.
Csabanka, Csubanka tn. 2. 385.
Csabagata f. Baranya vm. 144.
Csabavár 252.
Csáfordi cs. 15.
Csák Máté 26 28. 52. 233. 259. 262. 264. 277. 290. 312. 385. 412. 445. 446. 456. 463. 487. 516. 522. 528. 530. 612. 640.
Csák nemz. 26. 471. 564.
Csák tn. 18. 25. 118. 231. 573.
Csákán b. Szala vm. 627. 643.
Csákvár, Fehér vm. 25.
Család f. Sopron vm. 155.
Csalja f. és o. sz. cs. Pozsony vm. 577.
Csalka tn. 118.
Csalóág hn. 51.
Csalóköz 31. 169. 420. 577.
Csanád nemz. 263. 297.
Csanádi főisp. 325. 439. 448. 454. 463. 565. 596. 604.
Csanádi kápt. és tagjai 238. 424.
Csanádi püsp. 14. 118. 133. 428. 474.
Csapod f. Sopron vm. 155.
Csataj f. Pozsony vm. 292.
Csatári cnt. és tagjai 99. 216. 370.
Császmai kápt. 127.
Csehország és csehek 26. 91. 132. 157. 190. 196. 210. 261. 276. 530.
Csehi b. 297. 310.
Csehi f. Vas vm. 373.
Csej b. 184.
Csékut f. Veszprém vm. 526.
Cselej f. Zemplén vm. 178.
Csenkesz f. Pozsony vm. 114.
Csenkeszfa f. Pozsony vm. 151.
Csepel p. Veszprém vm. 526.
Csepelsziget 42. 423.
Cserelej hn. Somogy vm. 193.
Csererdő hn. 201.
Csetnek mváros Gömör vm. 456. 544. 645.
Csév f. Esztergom vm. 33.
Csicsal f. Somogy vm. 200.
Csicsva vr. Zemplén vm. 405. 407. 609.
Csike p. Nyitra vm. 605.
Csiliztő b. Pozsony vm. 284.

Csipkerek f. Vas vm. 338. 371.
Csizk tn. 66.
Csókás hn. 55.
Csolnok b. 440. 508.
Csongrádi főesp. 75. 187.
Csonka, Cunk tn. 74. 582.
Csor tn. 85.
Csorna mváros Sopron vm. 155.
Csornai convent és prépost. 20. 21.
Csóta p. Veszprém vm. 526.
Csötörtökhely f. Szepes vm. 348.
Csővár 522.
Csuny f. Moson vm. 120.
Csuza b. és o. sz. cs. Baranya vm. 17. 126. 285.
Cuch b. Abauj vm. 463.
Culb tn. 122.
Cuma tn. 30.
Cuzee ft. 96.
Cyan, Syan tn. 181.
Cyne tn. 497.
Cyrmian tn. 105.
Czegléd város 157.
Czinkota f. Pest vm. 508.

Dabramer, Dobromir tn. 200. 305.
Dachi cs. 13.
Dályó b. Nógrád vm. 12.
Damasa nemz. 216.
Danka, Danus tn. 158. 332.
Darabus tn. 101.
Darlacz f. Küküllő vm. 419.
Daró b. és o. sz. cs. 182. 203.
Dauti cs. Szerém vm. 510.
Daym, Doym tn. 600. 625.
Deáki f. Pozson vm. 613.
Debreczen város 233. 436. 490. 557. 584. 594. 597. 602. 604. 607. 618. 632. 646.
Debrethe b. a Vág mellett 613.
Decha tn. 184.
Dedalus tn. 474.
Dedefölde b. 317.
Dédes f. Borsod vm. 91.
Delnei cs. 422. 491.
Demeter bán 417.
Demeter b. és patak 227. 297.
Dencs p. Somogy vm. 415.
Deodat tn. 468.
Deregneu patak 638.
Deresk f. Gömör vm. 455. 544.
Derguech vr. 522.
Ders tn. 23. 48. 71. 174. 268. 309. 423.
Dersi cs. 104.
Deseda p. Somogy vm. 182. 203.
Detre tn. 228. 447. 468. 544. 610. 645.
Deun tn. 288.
Devecser f. Ujvármegye 192.
Devecser mváros Veszprém vm. 525.
Dévén vr. 127. 355.
Dezizlaus tn. 322.
Dezne vr. 474.
Diakóvár 209.
Dienesdi f. Pozson vm. 21. 84. 116.
Diósgyőr f. 53. 76.
Dirkaz tn. 98.
Diszel f. Szala vm. 525.
Disznófő hn. 123.
Dobak nemz. 269.
Dobó, Dobou, Dubow tn. 224. 245. 444. 461. 517. 582. 586. 636.
Doboka vm. szolgabirák 388.
Dobolnuk b. Szala vm. 627. 643.
Doborgaz f. Pozsony vm. 169. 251.
Dobosi cs. 588.
Dobra f. és o. sz. cs. Bács vm. 162.
Dobrony f. Bereg vm. 636.
Dobsa b. Szerém vm. 326.
Doc tn. 465.
Dogolov tn. 380.
Dolyán p. Nógrád vm. 641.
Domása f. Zemplén vm. 412.
Dombou, Dombo tn. 512. 572.
Domchyn ft. 383.
Donch, Donz tn. 345. 358. 583. 608. 637.
Dobsina fly. Gömör vm. 544.
Dornik b. 438.
Dorog város 297.
Dorogd f. Szala vm. 83.

Dornoch b. 197. 426.
Dorozló tn. 63.
Dorosma, Drusma nemz. 196. 574.
Douka tn. 180.
Dózsa tn. 32. 233. 235. 380. 435. 436. 443. 462. 479. 489. 553. 554. 556. 558. 573. 584. 594. 597. 602. 604. 606. 611. 612. 618. 621. 631. 645.
Döbrököz vr. Tolna vm. 183.
Dömösi kápt. 484.
Draa b. Nógrád vm. 10. 640. 641.
Dragaltelki b. 383.
Dragan tn. 386.
Drauch f. 298.
Dráva fly. 172. 199. 363. 638.
Drugeth cs. 446.
Drugune b. Muraköz 369.
Dudar f. Veszprém vm. 25.
Dudvág fly. 204. 221.
Dudvágszeg f. 486. 524. 534.
Duerunferenich hn. 438.
Dumbo f. Valkó vm. 486. 524. 534.
Duna fly. 94. 102. 120. 163. 284. 438. 505. 546.
Durug, Drug tn. 198. 215. 219. 297.
Dusa tn. 77.

Ebro tn. 366.
Eburhart tn. 5. 482.
Eburlin tn. 127.
Écs f. Győr vm. 478.
Edes, Edus tn. 60. 339. 344. 359. 364. 395. 472.
Ech tn. 29.
Eger patak 342.
Eger vr. és város 47. 111. 207. 477. 531.
Egervár f. és o. sz. cs. Vas vm. 29. 302.
Egres f. Fehér vm. 25.
Egri kápt. és tagjai 2. 6. 23. 45. 48. 68. 88—90. 104. 112. 130. 134. 141. 167. 169. 187. 190. 192. 214. 217. 239. 245. 287. 390. 491. 506. 517. 582. 592. 593. 610. 636.
Egri püsp. 6. 14. 47. 49. 90. 92. 105. 131. 142. 168. 188. 191. 193. 218. 235. 240. 246. 277. 390. 413. 414. 418. 428. 448. 451. 492. 531. 540. 593.
Egrus b. 512.
Eguke tn. 226.
Egyed f. Somogy vm. 43.
Egyedi monostor és apát 219. 623.
Ehellős tn. 57. 73. 282. 299. 319. 361. 634.
Ekard tn. 339. 344. 359.
Ekarèsaui cs. 476.
Ékszerek 570.
Elefánt f. és o. sz. cs. Nyitra vm. 94. 122. 176. 204. 221. 384. 404. 521. 630.
Éleskő vr. 243.
Elleus tn. 474.
Els tn. 600.
Elyastelki b. 384.
Emich, Emuch tn. 387. 479. 539. 554.
Enchench f. Szatmár vm. 616.
Endréd b. Vas vm. 373.
Endus tn. 46. 249. 288.
Engh város 196.
Engram tn. 433.
Enyiczke f. Abauj vm. 344.
Eperies tn. 15.
Épületek és erődítmények 4. 5. 452.
Ér fly. Szatmár vm. 566.
Erard tn. 197.
Erdélyi kápt. és tagjai 97. 98. 227. 270. 300. 302. 481. 535. 609.
Erdélyi püsp. 448. 531.
Erdélyi vajdák 277. 280. 301. 380. 387, 479. 505. 523. 553. 573. 584. 594. 597. 602. 604. 606. 611. 612. 618. 621.
Erdeu, Erdeus tn. 48. 175.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 668 von 696

Erdőd f. Szatmár vm. 403.
Erdőhát hn. Gömör vm. 455.
Ereklyék 540.
Ereu tn. 92.
Erezteuen hn. 317.
Erne, Erney bán utódai 89. 91. 118. 457. 537.
Ernői kápt. l. Szt.-Ernő.
Esehtos tn. 85.
Eszék város 8.
Eszéki főesp. 327.
Esztergom vr. és város 35. 157. 292. 342. 439. 496. 542. 562. 571. 630. 646.
Esztergomi apáczák 59.
Esztergomi érsekek 6. 49. 65. 90. 92. 105. 132. 142. 168. 188. 191. 218. 234. 240. 246. 277. 280. 283. 291. 331. 336. 390. 417. 428. 437. 448. 452. 481. 492. 493. 540. 562. 593. 646.
Esztergomi kápt. és tagjai 147. 229. 246. 336. 379. 494. 577. 617. 620. 628. 640.
Esztergomi keresztesek cntje 33. 59. 71. 77. 124. 265. 268. 273. 300. 310. 358. 642. 617.
Étekfogók királyiak 466.
Ethened tn. 414. 470. 474. 483.
Ethey cs. 221.
Eugeuch tn. 120.
Euz, Euzen tn. 45. 237. 307.
Evren, Ewrem b. 38. 281.
Eynard tn. 145. 164. 367.
Eyze, Heysce, Heize tn. 35. 481. 518.

Fab tn. 470.
Faisz f. és o. sz. cs. Veszprém vm. 327.
Fakos b. Szala vm. 140.
Falow tn. 126.
Fanch tn. 466.
Fancsal f. Abauj vm. 192.
Faristar b. Pozson vm. 51.
Farkasi f. Szepes vm. 34. 98. 285.
Fegyvernek f. és o. sz. cs. 42. 65. 236. 569.
Fejérpatak 268.
Fejértó b. Baranya vm. 63.
Fekete tn. 5. 126.
Feldrik, Fuldrik tn. 606. 646.
Felfalu b. Baranya vm. 357.
Felhéviz f. és o. sz. cs. Pilis vm. 432. 513. 541.
Felnémeti f. Heves vm. 207.
Felyanch b. Abauj vm. 208.
Fenyőmál hn. 124.
Figud b. Szabolcs vm. 297.
File, Philpe tn. 67. 68. 134. 198. 433.
Filpus b. 516.
Filteluk ft. Csalóköz 362.
Finta tn. 69. 119. 313. 405. 517.
Fintató hn. 398.
Fizpatak 421.
Fizvölgy hn. 200.
Fogacs p. Heves vm. 134.
Fogas tn. 4. 181.
Fok fly. Somogy vm. 44.
Foko, Fuko tn. 150. 152. 499. 555.
Folkus, Fulkus tn. 11. 381. 559.
Folyou tn. 17.
Fonchol f. 312.
Foot tn. 273.
Forró f. Abauj vm. 192. 410. 484. 505. 587.
Földvári cnt. 70.
Franch, Frenkel tn. 34. 127.
Fredel tn. 474.
Frettendorf b. Pozson vm. 438.
Frics f. 350.
Fudur tn. 122.
Fugyi f. Bihar vm. 341.
Futak f. és o. sz. cs. Bács vm. 441. 580.
Füles f. Sopron vm. 223.
Fülöptelek ft. Temes vm. 473.
Füzér vr. 563.
Füzestelek b. 235.
Fyod b. 403. 457.
Fythek tn. 48.

Gacsalk f. Gömör vm. 456. 545.
Gahan tn. 5.
Galambláz b. Ung vm. 636.
Galanch tn. 109.
Galch b. 582.
Gald b. Erdély 302.
Galgócz f. Nyitra vm. 394.
Galian f. 32.
Ganna b. és víz Gömör vm. 560.
Gara f. és o. sz. cs. 196. 334. 450. 574. 575.
Garab tn. 214.
Garadna f. Borsod vm. 55.
Garadna f. Abauj vm. 261.
Garan fly. 445. 480.
Garan Szt.-Benedeki cnt. 122.
Gatal tn. 19.
Gebarth b. Baranya vm. 357.
Geberh tn. 466.
Geblin, Goblin tn. 293. 348.
Geche b. és o. sz. cs. Vas vm. 282. 294. 360. 430.
Geche, Gueche tn. 91. 452.
Gecse f. Veszprém vm. 526.
Gécz f. és o. sz. cs. Szatmár vm. 563.
Geczelfalva b. Gömör vm. 456. 544.
Gede tn. 313. 378.
Geernuk tn. 172.
Gefre tn. 175. 214.
Gegmen tn. 266.
Gek tn. 410.
Geli b. és o. sz. cs. Vas vm. 328. 330. 371. 539.
Gelle f. és o. sz. cs. Pozsony vm 554. 577. 578.
Gelse f. Szabolcs vm. 202.
Gelse f. Szala vm. 549. 573.
Gemulchyn hn. 146.
Gencs f. Gömör vm. 456. 545.
Gene, Genith tn. 258. 350. 392.
Geneute b. 642.
Gentilis bibornok 159. 194.
Geregen tn. 29.
Gereginye f. Zemplén vm. 412.
Geregisse b. Ung vm. 49.
Gerencs, Gerencsér b. és o. sz. cs. Veszprém vm. 184. 525.
Gerepse f. Zemplén vm. 239. 563.
Géres f. Zemplén vm. 461.
Geresd f. és o. sz. cs. Baranya vm. 35. 271. 395.
Gergely bán 1. 41. 351. 353.
German tn. 362.
Gernez b. Szatmár vm. 566.
Gerse f. Vas vm. 296. 337. 375.
Geszt f. és o. sz. cs. Szerém vm. 326.
Geuchund tn. 127.
Geun tn. 311.
Gervásfölde b. Abauj vm. 130.
Gezeu, Gezew b. 300.
Geznodsara hn. 485.
Gezthi cs. 80.
Gezti f. Somogy vm. 43.
Geztred tn. 94.
Gicz p. Veszprém vm. 108. 136.
Giczei cs. 249.
Gilet tn. 599.
Gilian, Gilianus tn. 23. 119. 299. 316. 319. 622.
Giroslaus tn. 98.
Gnezna f. 20.
Goga, Gogan tn. 184. 185. 478.
Golach tn. 175.
Gova b. 77.
Gömör vr. 236.
Gömör vm. alisp. 102. 236.
Gömör vm. főisp. 53. 90. 560.
Gömöri al- és főesp. 350. 451.
Göncz f. Abauj vm. 29. 131. 583.
Gönyő f. és o. sz. cs. Abauj vm. 583.
Görgetegi cs. 577.
Görgő f. és o. sz. cs. Szepes vm. 20. 50. 222. 348. 401. 543. 581.
Görgő f. Torna vm. 342.
Gragnanai cs. 376. 389.
Gredeuch patak 10.
Gregorfája b. Erdély 301.
Greniz b. 644.

Greseph b. 516.
Gubas tn. 145. 627.
Guch, Guge, Gugye, Guke tn. 5. 32. 99. 600.
Guerolth tn. 452.
Gunchel b. Baranya vm. 143.
Gune tn. 404.
Gunuk b. Vas vm. 374.
Gurbune tn. 489.
Gurk, Gyurk tn. 188. 385.
Guta f. és o. sz. cs. Nógrád vm. 186.
Guthard tn. 523.
Guthor f. és o. sz. cs. Pozson vm. 116. 120. 283. 315.
Guthy b. Nyitra vm. 394.
Gutkeled nemz. 104. 201. 218. 230. 297. 312. 498. 563.
Gyala f. Csepel szigetén. 42.
Gyanda p. Külső-Szolnok vm. 572.
Gyepes f. Veszprém vm. 526.
Gyerőmonostor 471. 543.
Gygo tn. 288.
Gyog ft. Erdély 303.
Gyón b. Fejér vm. 25.
Gyöngyös fly. 3. 189. 271. 347.
Gyöngyös város Heves vm. 3.
Győr nemz. 45. 46. 142. 174. 320.
Győr város 478.
Győri kápt. és tagjai 17. 20. 108—110. 135. 154. 184. 282. 320. 335. 430.
Győri püsp. 184. 428. 448. 562.
Győrkerek b. 606.
Györök f. Somogy vm. 200.
Gyula bán 211.
Gyula f. Baranya vm. 395. 520.
Gyula, Gywlas, Gula, Jula tn. 8. 24. 36. 92. 167. 190. 211. 274. 305. 338. 373. 389. 401. 406. 417. 487. 525. 619. 628.
Gyulafehérvár 532.
Gyulafehérvári prépost. 197.
Gyulamonostor 313. 314.
Gyung tn. 153.
Gyümölcsös kertek 5. 24.
Gywad b. és o. sz. cs. 183. 203.
Hadház város 297.
Háj-Szent-Lőrinczi kápt. 546.
Halag b. 454.
Halald tn. 274.
Halász b. Heves vm. 3.
Halász b. Nógrád vm. 13.
Halász f. Szabolcs vm. 527.
Halyfa tn. 124.
Hamar tn. 131.
Hambato tn. 51. 225. 273. 315. 366. 577.
Hangony f. Borsod vm. 141.
Hangyásbik hn. 307.
Hantai prépost. 322.
Hanus, Honnus tn. 333. 433.
Hamva f. Gömör vm. 379. 452. 560.
Harabor tn. 269.
Haraszti f. és o. sz. cs. Vas vm. 140. 346.
Harazticha b. Borsod vm. 55.
Haraztus b. 516.
Harkáli cs. 238.
Hármas sziget hn. 550.
Harsány vr. és f. Baranya vm. 36. 305. 357.
Hartmanhely hn. 588.
Háságy f. és o. sz. cs. Baranya vm. 231. 271. 395.
Hasznos vr. 82. 529.
Hatne f. Trencsén vm. 622.
Hatuth hn. 550.
Hatvan f. Pest vm. 57.
Hatvani cnt. 56.
Hazlao, Hochlow, Hozlow, Huguzlo tn. 274. 487. 619. 628.
Hazugd f. és o. sz. cs. Baranya vm. 271.
Hece tn. 24.
Hector, Hyctor tn. 339. 494.
Heder, Hedruh, Hedryh nemz. 183. 203. 335. 337. 459.
Heegh b. 90.
Heen b. Vas vm. 328.
Heet, Huet b. Pozsony vm. 31. 84. 93. 94. 120.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 671 von 696

Hegen tn. 55.
Hegyes b. 236.
Hegyeshalom hn. 303.
Heidrich b. Baranya vm. 395.
Heim, Heym, Heem tn. 75. 151. 503.
Hekul tn. 592.
Helbrand tn. 157. 643.
Helya tn. 348. 401.
Hench tn. 423. 624.
Hencsei cs. 64.
Hencul, Henzlin tn. 283. 298.
Henneng tn. 214.
Henrik bán és utódai 62. 92. 110. 157. 183. 196. 203. 335. 337. 363. 386. 395. 413. 427. 505. 548.
Herbon, Herbunew tn. 25. 49.
Herbord tn. 154.
Herceg, Herch, Herchuk, Hyrch tn. 97. 165. 403. 452. 600.
Herén f. Vas vm. 328. 330.
Herke tn. 24. 287.
Hermán f. és o. sz. cs. Vas vm. 177.
Hermantelek b. 516.
Hernád fly. 170. 188. 192. 208. 261. 540. 584.
Herruch tn. 583.
Hertlin, Hertlo tn. 31. 84. 94. 119. 185. 204. 273. 315. 366. 420.
Hetény f. Komárom vm. 480.
Hethe tn. 637.
Hethen f. Szerém. vm. 439.
Hevesi főesp. 6. 49. 90. 92. 105. 142. 167. 188. 191. 193. 218. 240. 246. 390. 492. 593.
Heydhasas b. 434.
Hidaga tn. 377.
Hidegkut b. Nógrád vm. 90.
Hidegség f. Soprony vm. 110.
Hidegvizköz hn. 170.
Hidegvölgy hn. 83.
Hidvég f. és o. sz. cs. Vas vm. 308.
Hidvég hn. 170.
Hiliatelek b. 403.
Hirumtrud tn. 401.
Hochyas hn. 546.
Hoda, Hodos, Huda, Hudus tn. 201. 218. 230. 296. 313. 378. 559.
Hodosi cs. 402.
Hollókő vr. 291.
Homlolókő hn. 468.
Homok f. Sopron vm. 110.
Homok-Terenye f. Nógrád vm. 125. 167.
Hona, Houn tn. 24. 289.
Honchol b. 242.
Hont vm. szolgabíró 629.
Horth f. Heves vm. 57. 74.
Horvátgyure hn. 176.
Hosszútó fly. 550. 578.
Hotko b. Gordva vm. 362.
Hrussó f. Hont vm. 269.
Huethstok tn. 579.
Hugel, Hugus tn. 100. 465.
Hugyaj f. Szabolcs vm. 611.
Humorói cs. Pozsony vm. 31. 50. 66.
Hunfalva Szepes vm. 222.
Hunt tn. 96. 379.
Huntpaznan nemz. 71. 96. 268. 309. 379. 457.
Hunyadi főesp. 302.
Hurth b. Esztergom vm. 480.
Hurusói cs. 398.
Husvéth tn. 153.

Ibor tn. 229.
Ibrány f. Szabolcs vm. 502.
Ibrányi cs. 198.
Ida fly. 421.
Igar f. Fehér vm. 25.
Igrám f. Pozsony vm. 292.
Igriczi f. Zala vm. 627.
Iharus tn. 409. 466.
Ikech ft. 223.
Ilanch tn. 534.
Ilapor tn. 602.
Ilerk tn. 337. 360.
Ilka f. és o. sz. cs. 61. 96. 237. 258.
Ilk f. Valkó vm. 144.
Illen b. Szatmár vm. 616.

Illés bán 247.
Illés-monostora a Tisza mellett 108.
Ilsva b. Kraszna vm. 641.
Ilsva fly. 115. 244.
Imár b. és o. sz. cs. Veszprém vm. 525.
Imregh f. és o. sz. cs. Zemplén vm. 175. 239.
Inam p. Tolna vm. 86.
Inke f. és o. sz. cs. Somogy vm. 409. 466.
Inak, Inok tn. 345. 583. 591.
Institor 391.
Ipoly fly. 11. 358. 468.
Ipolyság mv. Hont vm. 229. 300. 358. 468.
Irata hn. Gömör vm. 561.
Iriny f. 397.
Irizlaus, Irozlo, tn. 254. 491.
Irka tn. 491.
Isabor tn. 98.
Isalch tn. 369. 457.
Isép, Isyp, Joseph tn. 197. 414. 470. 474. 483. 605.
Ishar b. Pozsony vm. 355.
Isopou ft. Zemplén vm. 609.
Istal f. Pozsony vm. 179. 220.
István bán 334.
Istvánd f. Szala vm. 573.
Istvánfalva Szepes vm. 581.
Ite, Vte tn. 254. 421. 422. 491.
Itemer, Ithemer, Vitomer tn. 23. 125. 167. 170. 214. 282. 294. 465.
Iváncsfoka hn. 163.
Ivachun, Jowachun tn. 24. 297. 384. 410.
Ivank, Ivanka, Ivancha, tn. 112. 179. 184. 245. 313. 424. 491. 497. 534. 555. 623. 630.
Iványosi cs. 566.
Ivedeech b. Erdélyben 531.
Izbugya f. Zemplén vm. 412.

Jacev tn. 229.
Jagonak (Yagodnik) f. Baranya vm. 598.
Ják nemz. 209.
Jákó f. Szabolcs vm. 247. 402.
Jákó, Jakou, Jacou, tn. 49. 71. 121. 125. 167. 235. 535. 596. 604.
Jákusfelde b. Szala vm. 216.
Jalusovan b. Szepes vm. 332.
Jamai cs. 534.
Jánócz f. Szepes vm. 348.
Jánok f. és o. sz. cs. Pozsony vm. 96. 153. 158. 194.
Jánosi cs. 439.
Jarich f. 63.
Jászó f. Abauj vm. 342.
Jászói prépost, cnt. és tagjai 68. 268. 341. 345. 364. 421. 422. 433. 463. 483. 559. 592.
Jávorhegy 268.
Jaur hn. 173.
Jegyzők klyiak 11.
Jene f. és o. sz. cs. Gömör vm. 287.
Jenő b. Külső-Szolnok vm. 3.
Jenő f. Pest vm. 102. 490. 508.
Jenslin, Jensul tn. 5. 204.
Jób, Joob, tn. 409. 451. 454. 466. 523.
Johannis villa, Muraköz 369.
Jókő vár 549.
Jólegén tn. 31.
Jolenth, Jouláth tn. 316. 566.
Jordán tn. 507.
Jordánfalva b. 516.
Juha b. 457.
Jung tn. 302.
Juth f. Somogy vm. 44.

Kaal ft. Mosony vm. 320.
Kaan b. Vas vm. 328.
Kaas b. Somogy vm. 25.
Kaba tn. 525.
Kachata b. Gömör vm. 631.
Kachuch nemz. 309.
Kadar tn. 371.
Kadich tn. 341.
Kael tn. 500.
Kágya f. Bihar vm. 623.
Kajár s. 16.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 673 von 696

Kajátha f. Abauj vm. 259.
Kakas, Kokos tn. 98. 156. 285. 335. 572. 607.
Kakonya p. Somogy vm. 172.
Kalabar a macsói bánságban 533.
Kalanda b. és o. sz. cs. 238. 430.
Káld f. és o. sz. cs. Vas vm. 138. 281. 294. 328. 330. 346. 539.
Kalmer tn. 29. 36.
Kálló mv. és o. sz. cs. 443. 458. 462. 469. 475. 477. 479. 489. 508. 509. 523. 526. 532. 554. 556. 558. 565. 573. 576. 587. 588. 590. 594. 602. 603. 604. 611. 612. 616. 621. 632. 633. 635. 636. 645.
Kalocsai érsekek 6. 14. 49. 90. 92. 105. 133. 142. 168. 188. 191. 193. 211. 218. 240. 246. 351, 380. 390. 448. 492. 593.
Kalocsai prépost, kápt. és tagjai 22. 214.
Kamanati, Komjáti b. Vas vm. 328. 539.
Kana tn. 23.
Kanizsa fly. 550. 643.
Kanizsa vr. Szala vm. 146. 367. 627. 643.
Kány f. Abauj vm. 495.
Kapalika b. Horvátország 321.
Kaparnacha b. Abauj vm. 422.
Kaplon nemz. 235. 288.
Kapolcs f. és o. sz. cs. Szala vm. 525.
Kápolna f. és o. sz. cs. Pozsony vm. 208. 286. 291. 311. 403.
Kapornak f. és o. sz. cs. Szala vm 292.
Kapornaki apát, cnt. és tagjai 62. 166.
Kapos f. Ung vm. 455. 582.
Kaproncza b. és fly. Sáros vm. 491 492.
Kaproncza vr. 386. 639.
Kapro nczai minoriták 640.
Kapusd f. Pozsony vm. 292.
Kapuvár 459.
Karácsonfoka hn. 163.
Karachun, Karachin, tn. 129. 138. 214.
Karavan fly. 306.
Karász f. és o. sz. cs. 198. 247. 469. 523.
Karátfölde f. Vas vm 296. 313. 378.
Karcsa f. és o. sz. cs. Pozsony vm. 153. 220. 470.
Karcsva f. Ung vm. 48.
Karlo b. Nyitra vm. 630.
Károly kly. I. 17. 67. 80. 90. 111. 118. 131. s tovább minden évben.
Karon f. és o. sz. cs. Bács vm. 162.
Karul b. Zemplén vm. 389. 461.
Karul tn. 71.
Kas b. és o. sz. cs. Baranya vm 598.
Kas tava Baranya vm. 515.
Kas tó 248.
Kassa város 234. 256. 262. 264. 268. 277. 290. 401. 414. 529 586. 608.
Káta nemz. 297.
Kathun b. 495.
Kathyzi cs. 270.
Kátoly f. Baranya vm. 37.
Kazsu f. Zemplén vm. 58.
Kecha, Keche, Keuche, Kewche tn. 266. 414. 470. 474. 483.
Kechke tn. 281.
Kechkés vár és b. Erdélyország 302.
Kedhel f. Sopron vm. 223.
Kegyúri jog 6.
Keheden tn. 405.
Kekalo fly. 235.
Keked f. és o. sz. cs. Abauj vm 421.
Kékiván nemz. 70.
Kelecsény b. Nyitra vm. 393.
Keled, Keleed, tn. 19. 297. 572.
Kelemen f. 599.
Kelemes tn. 560.
Kelnuki cs. 301.

Kemen, Kemin, Kemus tn. 24. 36. 37. 63. 440. 592. 617. 620. 625. 628.
Kéménd vr. és f. Baranya vm. 395. 396. 537.
Kemenes erdeje Vas vm. 168.
Kemeyi főesp. 49. 92. 131. 188. 193. 240. 246. 390.
Kene, Kenez tn. 123. 217.
Kepestelek b. Szolnok vm. 270.
Keplen tn. 11.
Kér b. Pilis vm. 25.
Kér f. Szatmár vm. 121. 527. 532. 597. 611.
Kerecsen f. Szala vm. 550.
Kerekreth hn. 644.
Kerész f. és o. sz. cs. Ung vm. 594.
Keresztes lovagok 7. 21. 211. 247. 264. 278. 298. 376. 389. 490. 514 548.
Keresztúr b. 449. 559.
Keresztúr f. Bács vm. 334.
Keresztúr f. és o. sz. cs. Zemplén vm. 104.
Kerethovo b. Szala vm. 627. 643.
Kerneth b. Pozsony vm. 286.
Kesekenegerfej hn. 342.
Keszi b. Fejér vm. 432.
Keszi f. és o. sz. cs. Hont vm. 274. 300.
Keszi f. Szala vm. 322.
Kete Ketyn, tn. 23. 214.
Ketesdei főesp. 390.
Kethlehatha b. Trencsén vm. 622.
Két-Szántó b. 241.
Kézműipar 483.
Kiliti f. Somogy vm. 43.
Kilizneu b. Szabolcs vm. 266.
Kinyiz f. és o. sz. cs. Abauj vm. 463.
Kiristus f. 275.
Kis-besenyő b. Szatmár vm. 397.
Kisfalud f. Baranya vm. 656.
Kiskoch b. Muraköz 369.
Kis-Tapolcsán f. Bars vm. 487.
Kis-Vatta f. Pozsony vm. 151.
Kius-Kyrchid b. Szabolcs vm. 247.
Knebil tn. 581.
Knezeg b. 516.
Kobol, Kobul f. Bács vm. 1. 163.
Kodori cs. 97.
Kohna b. Erdély orsz. 302.
Kokaach b. Temes vm. 474.
Kolcsva f. Szepes vm. 156.
Koloz tn. 338. 371.
Kolozsmonostori cnt. 388.
Kolozsvár 304.
Kolthi f. és o. sz. cs. 103.
Kolustica, Korustica tn. 141. 504.
Komárom vr. 400. 441. 444. 445.
Komáromi főesp. 494.
Komlós ft. Kolos vm. 97.
Komlós f. Sáros vm. 112. 268. 286. 492.
Komoró f. és o. sz. cs. Szabolcs vm. 566.
Komorzanus tn. 602.
Kompold b. 242.
Kompold tn. 134. 443. 448. 569. 572.
Kondoros b. és o. sz. cs. Pozsony vm. 30. 275. 501. 554. 577.
Konthi cs. 116.
Kopács f. Baranya vm. 36.
Kopoz tn. 107. 132. 219. 249. 256 277. 280. 297. 314. 351. 421. 429. 522. 584.
Koppáni cs. 325. 489.
Kormos tn. 222.
Korog vr. 598.
Koros f. és o. sz. cs. Nyitra vm. 265.
Korpona fly. 391.
Korpona vr. 228. 391.
Kothunbania vr. 190.
Kotuz tn. 527.
Kovácsi b. Baranya vm. 75. 520.
Kozol tn. 450.
Köbölkuti cs. 494.
Köcsk f. és o. sz. cs. Vas vm. 282 294. 337. 360.

Kői kápt. és tagjai 162. 214. 352. 454.
Kökényes-Ranold nemz. 270.
Kölcse f. Szatmár vm. 249.
Kölked f. Vas vm. 140. 346.
Kőrévmonostor 471. 543.
Körmend mváros Vas vm. 360.
Kőrös b. Baranya vm. 502.
Kőrös fly. 242. 313. 341.
Kőrös város 413.
Kőrösszeg vr. 598.
Körtvélyes b. Pozsony m. 624.
Körtvélysziget 51.
Kőszeg vr. 399. 574.
Kövi f. és vr. Gömör vm. 455. 545. 645.
Köveskut f. és o. sz. cs. Vas vm. 188.
Köveskuti remeték Szala vm. 137.
Középerdő hn. 170.
Középnémeti f. Abauj vm. 265. 395. 471. 472. 531. 540.
Középut hn. 268. 316.
Kranichbergi cs. 476.
Krassó b. és fly. Baranya vm. 18. 514. 656.
Krassó vm. főisp. 512. 516.
Krig f. Szepes vm. 401.
Kubrat b. Trencsén vm. 622.
Kuch, Kuche, Kulchey tn. 115. 130. 386. 402.
Kucsin f. Sáros vm. 588. 590.
Kudona tn. 321. 381. 383.
Kuertelkapu b. 516.
Kuhar b. 525.
Kuke tn. 637.
Kumpe tn. 164.
Kunahegy 55.
Kunapatak 55.
Kunche, Kunchlin, Kunclin tn. 292. 432. 513.
Kunok 107. 529.
Kupse tn. 321. 381. 383.
Kurchman tn. 283.
Kusd b. Tolna vm. 354.
Kusod hn. 118.
Kustan tn. 86. 139.
Kusue tn. 180.
Kuzten f. Zemplén vm. 239.
Kuzyn b. és pt. Szala vm. 139.
Kükemező f. Sáros vm. 412.
Küküllő fly. 303.
Küküllői főesp. 197.
Kwlke b. 25.
Kych, Kyech tn. 258. 640.
Kyeceteleke b. Hont vm. 71.
Kyngus tn. 417.
Kyos szőllő-hegy Somogy vm. 193.
Kyrismen tn. 326.
Kyskued hn. 124.
Kyusaztold hn. 499.

Labadi cs. 16.
Labanya fly. 552.
Laborcza fly. 49.
Lachk, Laczk, Lochk tn. 45. 172. 222. 475. 483. 583. 625. 633. 637. 642.
Lacus tn. 30. 169. 251.
Lad b. és o. sz. cs. Szala vm. 322. 417.
Lad nemz. 322.
Lak b. Szerém vm. 326.
Lak f. Szala vm. 549.
Lakácsi f. Nyitra vm. 394.
Lamnicha fly. 244.
Láncz f. és o. sz. cs. Abauj vm. 68. 463.
Lanckuta hn. 84.
Langeus, Langos tn. 402. 626.
Lapideus pons 105.
Lapispatak f. Sáros vm. 191.
Lapis Refugii kolostor 294. 543.
Lasancza fly. 449.
Laskod f. és o. sz. cs. Szabolcs vm. 247. 566. 602.
László bán 53.
Lathka-Myko tn. 480.
Latorcza fly. 637.
Laych hn. 171.
Leán b. Szala vm. 627
Leánvár 197.

Lebas, Leuas tn. 65. 100.
Ledey tn. 305.
Leez b. és o. sz. cs. 169.
Leg f. és o. sz. cs. Pozsony vm. 153. 258.
Leguentő b. 25.
Lekenye f. Gömör vm. 455. 544.
Leleh f. és o. sz. cs. Baranya vm. 231.
Leleszi prépost, cnt. és tagjai 28. 58. 85. 223. 454.
Lende tn. 33.
Lendenaviai Altegrad 21.
Lendva, felső, f. és o. sz. cs. 415.
Lendva vr. 369.
Lengel tn. 635.
Lepes tn. 591.
Lephant tn. 423.
Lesencze fly. 83.
Leszna f. és o. sz. cs. Zemplén vm. 609.
Léva vr. 487.
Leveld (Lőd) f. Veszprém vm. 73.
Leuch, Leuche, Leus tn. 74. 260. 392.
Leukart tn. 145. 627.
Leukus, Lucus tn. 116. 297. 402. 457. 508. 536.
Leunard tn. 398.
Leurente tn. 525.
Leus f. és o. sz. cs. 260.
Leustach tn. 392. 423. 510.
Libolcha b. Szala vm. 627. 643.
Licze f. Gömör vm. 561.
Lichert tn. 1.
Lilim tn. 286. 311.
Lintiscariusok 503.
Lipócz, Lypolch vr. f. és o. sz. cs. Sáros vm. 243. 257. 267. 268. 276. 280. 331.
Liptói nemesek 229.
Liptoa helység 380.
Lissó f. Hont vm. 229.
Loak b. Szerém vm. 81.
Lobo völgy 244.
Locryd b. Erdély 303.
Lócz p. Gömör vm. 517.
Lock b. Ujvár m. 192.
Lodhárd bán 471.
Lodomér tn. 52. 65.
Lodyi nemesek, Baranya vm. 305.
Lomperth b. Kraszna vm. 641.
Lood tn. 389.
Loquetus, Luquetus tn. 514. 519. 520. 548.
Loránd tn. 342. 360. 370. 388. 400. 521. 560. 567. 637.
Losnuk b. Szala vm. 627.
Lotárd f. Baranya vm. 95.
Lothárt, Luthard tn. 145. 471. 522.
Louchi cs. 452.
Lovag tn. 112.
Lovas b. Veszprém vm. 9.
Lovasberény b. Fejér vm. 25.
Lovászmesterek 428.
Loysta b. 237.
Lőcse város 542. 581.
Lőrinte f. Veszprém vm. 526.
Lubló f. 20.
Lubló vár 289.
Lubow ft. Nyitra vm. 612.
Lubuna ft. Borsod vm. 55.
Lucse f. Pozsony vm. 24, 404.
Ludány b. Nógrád vm. 13.
Lueu tn. 404.
Luka b. Baranya vm. 598.
Luka, Luk tn. 24. 218. 220. 257 505.
Lulyai monostor Somogy vm. 44.
Lupianus tn. 23.
Lüle f. és o. sz. cs. Bars vm. 605. 625.
Lybice b. Gömör vm. 455. 544.
Lypia b. Pozsega vm. 211.
Lyuba p. Abauj vm. 495.
Lyuder b. 603.

Machala b. és o. sz. cs. Gömör vm 71. 631.
Machanicha patak 637

Macrabeus, Macrabus tn. 343. 422. 491.
Macsói bánság és bán 533. 574.
Madey tn. 9.
Magnavallis b. 10.
Magus, Meg tn. 166. 404.
Magy f. és o. sz. cs. 208. 509.
Magyar f. és o. sz. cs. Pozsony vm. 87. 180. 194. 225. 236. 283.
Magyar helynevek 342. 343. 358. 369. 373. 383. 388. 397. 398. 421. 422. 425. 468. 492. 550. 551. 561. 637. l. továbbá külön a helyneveket.
Magyar-Kaproncza fly. 492.
Mákfa f. és o. sz. cs. Vas vm. 369. 375.
Makófalva Baranya vm. 306.
Makych tn. 483.
Mány f. Fehér vm. 595.
Marazana b. Abauj vm. 563.
Marcsa-Magyar b. Pozsony vm. 283.
Marczolf, Markolf tn. 366. 605.
Margitszigeti apáczák 7. 102. 423. 440. 490. 493. 507. 545. 571.
Margonya f. Sáros vm. 492. 590.
Marhard, Merhard, Menhard, Morhar tn. 4. 79. 88. 107. 130. 214. 366. 384. 433. 475. 494. 584. 585. 599.
Mária királyné 280. 415.
Marka tn. 176.
Markusfalva Gömör vm. 456. 544.
Marmaros vm. főisp. 505.
Márok f. Baranya vm. 18. 126. 285.
Maros fly. 242.
Marsalius tn. 98.
Márton bán 155.
Masud tn. 39.
Matheocz f. Szepes vm. 543.
Matheuka, Matyuka to. 194. 241.
Mayod b. Belső-Szolnok vm. 641.
Medvefő patak 55.
Medvenádasa hn. 398.
Medves tó 248. 515.
Medyes halom hn. 425.
Meezhegy hn. 55.
Megyes város Erdély 419. 506.
Megyes f. Sáros vm. 268.
Méhes b. Somogy vm. 200.
Meldur b. Szepes vm. 543.
Meléte f. Gömör vm. 287.
Melpren tn. 366.
Ménes patak 12.
Méra f. Abauj vm. 47.
Merenye f. és o. sz. cs. Baranya vm. 305.
Mergesd b. 603.
Merk b. Szatmár vm. 458.
Merse, Mersa tn. 23. 207. 259.
Merth, Mirch, Mirk tn. 41. 352. 353. 375. 376.
Meruh fly. Heves vm. 538.
Mesterberek hn. 552.
Meszesut hn. 316.
Mezed ft. Vas vm. 443.
Mezőpetri b. Szatmár vm. 397.
Mich, Miche, Mih tn. 178. 218. 599.
Mihalocz f. Muraköz 369.
Mihály bán 238.
Mihedeus tn. 162.
Mikch, Mikich tn. 340. 411. 500. 626. 642.
Mike, Miko, Mikus tn. 11. 100. 140. 145. 191. 205. 214. 217. 249. 330. 345. 421. 480. 497. 532. 555. 578. 579. 583. 608. 639.
Mikee b. 123.
Miklósréte hn. 170.
Mikó bán 140.
Mikolai cs. 68.
Mikocha, Mikotha tn. 134. 189.
Mikola, Mikoloch tn. 482. 507.
Mindszent f. Vas vm. 371.
Mindszenti cs. Komárom vm. 400.
Miros hegy b. 70.
Miserd f. Pozson vm. 21. 31. 84.

Miske, Mize, Mysce, Myxe tn. 318. 324. 327. 336. 377. 481. 518. 537. 608.
Misla fly. 472.
Mislye f. Abauj vm. 235.
Mislyei prépost 414.
Mistelbachi cs. 476.
Mitrovicz város 334.
Mize nádor 537.
Moch, Moot, Much tn. 158. 202. 287. 414. 568.
Mochfölde b. Abauj vm. 131.
Mochkus tn. 478.
Mocsár f. és o. sz. cs. Ung vm. 245.
Mocsolan b. Pozsony vm. 394.
Modur tn. 178.
Modus fő hn. 124.
Mog, Moog, Mogy tn. 97. 122. 176. 204. 221. 470. 474. 483.
Mokhud ft. Szatmár vm. 532.
Molnári f. Szala vm. 627.
Monok f. és o. sz. cs. Zemplén vm. 617.
Monorous ft. Zemplén vm. 609.
Monoszlo b. Szala vm. 23.
Monozlo nemz. 426.
Monuh tn. 274.
Monyoros f. Szabolcs vm. 297.
Monyorosberek hn. 561.
Móri cs. 549.
Móricz bán 71.
Moroczhel b. Szala vm. 139.
Móroczsziget Pozsony vm. 84. 120.
Morthon, Mortunus tn. 28. 48. 58. 61. 78 79. 88. 135. 286.
Mura fly. 172. 295. 369.
Murány vr. 644.
Muruni cs. 474.
Műipar 431. 483.

Nadaag hn. 580.
Nádasd b. Temes vm. 474.
Nádasdi nemz. és cs. 231. 375.
Nádorok 24. 26. 36. 37. 45. 51. 53. 63. 76. 88—90. 107. 110. 121. 132. 133. 157. 178. 190. 207. 219. 243. 249. 254. 256. 277. 280. 297. 312—314. 351. 385. 428. 448. 487. 574.
Nagyfalu Baranya vm. 502.
Nagy-Ida f. Abauj vm. 507.
Nagymartoni cs. 123.
Nagymiklós tn. 28.
Nagy patak 244.
Nagysajó b. 516.
Nagyszombat város 14. 204. 289. 438.
Nagyut b. Heves vm. 3.
Nagyvárad hegy 342.
Nak f. Tolna vm. 86.
Naman tn. 165.
Nana tn. 400.
Napkor f. Szabolcs vm. 121. 334. 475. 498. 527.
Naras hn. 170.
Narfa hn. 163.
Nasicha, Nekche b. és o. sz. cs. 211. 242. 261. 278. 376. 598.
Nata tn. 609.
Negol nemz. 142.
Nehe b. és o. sz. cs. 452. 453.
Nekulberek hn. 552.
Néma f. és o. sz. cs. Komárom vm. 108. 400.
Németország 226. 276. 296. 315. 627.
Németi f. Abauj vm. 365. 395. 421. 472. 531.
Nemhti cs. 308.
Nempthy b. Baranya vm. 272.
Nempti b. Temes vm. 425.
Nempty b. Veszprém vm. 524.
Neste tn. 271.
Neuna b. 209.
Neveg hn. 503.
Nevetlenhalom hn. 51.
Nezsider mváros Moson vm. 320.
Nikola f. Bars vm. 122.
Noak vr. és b. 426.
Nogny hn. 193.
Nouka tn. 130

Nyakas tn. 247. 302.
Nyergestartók 233.
Nyék f. és o. sz. cs. Bács vm. 69. 119.
Nyék f. Hont vm. 269.
Nyestadó 278.
Nyirakol b. Somogy vm. 200.
Nyirség 405. 408. 498. 566.
Nyitra fly. 2. 265. 311.
Nyitra város 123.
Nyitra vm. alisp. 122.
Nyitra vm. főisp. 122.
Nyitrai főesp. 494.
Nyitrai kápt. és tagjai 2. 94. 106. 122. 176. 208. 221. 286. 309. 311. 384. 393. 403. 468. 605. 625.
Nyitrai püsp. 428. 448.
Nyomja f. Baranya vm. 395.
Nyőgér f. Vas vm. 328.
Nyul f. Győr vm. 562.

Oblik hegy 244.
Obosk tn. 358.
Óbuda város 100.
Óbudai apáczák 34.
Ocha tn. 142.
Ochtina f. Gömör vm. 456. 545.
Ocrad b. 70.
Ócsa fly. 135.
Ócsai monostor 135.
Odon, Odun tn. 219. 613.
Og tn. 549.
Ogman tn. 465.
Ohub tn. 533.
Olad f. és o. sz. cs. Vas vm. 188. 614.
Olasz f. Baranya vm. 395.
Olaszi f. Zemplén vm. 626.
Olcsva f. Szatmár vm. 249.
Olgya f. és o. sz. cs. Pozsony vm. 51. 150. 152. 153. 179. 205. 499. 555.
Olivér tn. 396. 448. 560.
Oloz tn. 512.
Olsicha fly. Szepes vm. 173.
Olthuman, Oltman tn. 283. 636.
Olysavicha f. Szepes vm. 147. 173. 333.
Olup tn. 57. 73. 299. 319.
Ombreus tn. 187.
Omode tn. 88. 121. 139. 178. 203. 207. 254. 256. 259. 313. 395. 415. 428. 443. 460. 490. 559. 572. 596. 627.
Ompud tn. 44.
Onth tn. 572.
Oos ft. Nyitra vm. 177.
Opour b. Tolna vm. 354.
Opour tn. 135. 147. 443.
Ormánd b. Szolnok vm. 270.
Oroa fly. Pozsega vm. 197.
Oros b. Abauj vm. 563.
Orosz f. Szabolcs vm. 462. 469.
Oroszton f. Szala vm. 551.
Oroszvár Moson vm. 94. 120.
Országbírák 6. 33. 189. 192. 231. 240. 277. 322. 325. 428. 439. 448. 454. 462. 494. 517. 519. 565. 574. 593. 596. 604. 616. 633.
Ortolf tn. 56. 360. 388.
Osl nemz. és tn. 110. 154. 168. 335. 367. 430. 484. 627.
Ostiai püsp. 22.
Othelek hn. 343.
Otho tn. 355.
Ottó kly. 117. 121. 210. 276.
Óvár Abauj vm. 422.
Óvári cs. 37. 38. 40. 72. 101. 174. 231. 271. 318. 324. 327. 336. 354. 481. 518. 537. 547.
Óvári f. Szatmár vm. 403.
Ozdi alesp. 482.
Oztra hegy 55.
Ozyag b. Szala vm. 27.
Ozyvagh l. Eszék.
Őr b. a Nyíren 566.
Ördög, Vrdug, Vrdung tn. 249. 462. 521.
Örs b. Komárom vm. 480.
Örs f. Szala vm. 9. 82.

Paan b. Heves vm. 3.
Pacsinta b. 155.
Pácson f. Vas vm. 227.
Padicki cs. 116.
Paga b. Zemplén vm. 91.
Pagarach b. 342.
Paka f. 196.
Paka f. és o. sz. cs. Pozsony vm. 315.
Paka fly. 216.
Pál bán 199. 239.
Palanka ft. Zemplén vm. 115.
Páld f. Pozsony vm. 123.
Páli f. Szala vm. 100.
Palugyai cs. 105.
Palyai cs. 392.
Palyazokus b. Pozsony vm. 158. 273.
Panad b. Arad vm. 380.
Panchik tn. 434.
Paniki, Panki cs. 48. 98. 224. 245. 314. 444. 461. 582. 586. 636.
Panith, Ponith tn. 19. 125. 167. 171. 300.
Pankota vr. 474.
Pannonhegyi apát és cnt. 15. 21. 108. 116. 135. 159. 185. 199. 232. 329. 399. 558. 612.
Pány f. és o. sz. cs. Abauj vm. 434.
Panyola f. és o. sz. cs. Szatmár vm. 121. 410. 527. 587.
Pápa nemz. 86. 430.
Pápák 22. 162. 253. 558.
Papfalva f. Pozsony vm. 438.
Papi f. és o. sz. cs. Szabolcs vm. 483.
Papnépe hn. Pozsony vm. 51.
Papsuka b. Szala vm. 366.
Paris tn. 328. 330. 346. 539.
Parna fly. 204.
Pary f. Tolna vm. 339.
Pasar tn. 147.
Pasca, Paska, Pascha tn. 30. 214. 275. 451.
Paskaháza f. Gömör vm. 455. 544.
Pásztó f. Nyitra vm. 394.
Pásztori cs. 17. 20.
Pata b. 242.
Path f. Somogy vm. 392.
Páth f. Pozson vm. 311. 403.
Pathai főesp. 6. 49. 90. 92. 105.
Pátró f. Pest vm. 109.
Paturi b. Zemplén vm. 188.
Paulin b. és patak Ung vm. 48.
Paznan tn. 134. 214.
Pécs város 318. 325. 336. 377. 548.
Pécsi kápt. és tagjai 8. 38. 46. 63. 86. 92. 126. 142. 174. 252. 260. 285. 305. 306. 356. 448. 489. 519. 520. 537. 547.
Pécsi püsp. 38. 133. 161. 318. 324. 327. 336. 377. 428. 448. 481. 514. 518. 534. 537.
Pécsváradi cnt. és tagjai 17. 18. 35. 37. 40. 101. 271. 354. 565. 568.
Pécz f. és o. sz. cs. Győr vm. 136.
Peder f. és o. sz. cs. Abauj vm. 433.
Peel b. Temes vm. 424.
Pelbarthida f. Bihar vm. 215.
Pele tn. 274.
Peleva fly. 311.
Péliföld p. Esztergom vm. 124.
Pellérd f. Baranya vm. 96.
Pelsőcz f. Gömör vm. 455. 544.
Pendyth tn. 108.
Penkul tn. 120.
Penna f. Baranya vm. 144.
Pentek tn. 273. 364.
Pénznemek 7. 153. 243. 264. 294. 470. 548. 556. 644.
Pese tn. 184.
Pest város 7. 172. 210. 332.
Pesti főesp. 75. 187.
Pereh viz 65.
Perei cs. 56.
Peren ft. Moson vm. 320.
Peres, Perus tn. 405. 407.
Peresztegf. Vas vm. 372.
Perethnyg hn. 171.
Perglyn tn. 97.
Perslinna tn. 329.

Peryn tn. 254.
Pete, Pethe, Pethew, Peteu tn. 71. 169. 245. 357. 463. 501. 555. 632. 640.
Péter bán 8. 72.
Peteres tn. 44.
Pétervárad 155.
Pethena, Pethene, Pethunye tn. 115. 254. 411. 412.
Pethke tn. 61.
Petic, Pitic tn. 484.
Petre b. Baranya vm. 395.
Peula f. Valkó vm. 69.
Pihuhe b. 255.
Pilichtorfi cs. 476.
Pilis vm. alisp. 511.
Pinkokéri b. Bács vm. 442.
Pistrich b. Pozsega vm. 355.
Plani cs. 105.
Pogh b. Vas vm. 371. 443.
Pogon fly. 452.
Poka, Pouka tn. 23. 33. 302. 354. 375. 488.
Poki nemz. 43.
Poklos hn. 124.
Poklostelek ft. 4.
Pomáz f. Pilis vm. 484. 508.
Pomlyn hn. 443.
Pontoz tn. 40.
Popd b. és o. sz. cs. Temes vm. 424.
Poroszló f. Heves vm. 452.
Pósa, Pous, Pousa tn. 23. 29. 73. 87. 107. 114. 136. 138. 145. 163. 164. 166. 214. 252. 451. 479. 572.
Pósa bán 39.
Posega vr. 196.
Posegai kápt. és tagjai 10. 157. 280. 321. 381. 383.
Posoni cs. 430.
Posztó nemek 243. 264.
Potok tn. 274.
Potyondi cs. 17.
Pozsony vr. 120. 292. 367. 394.
Pozsony vm. alisp. 116. 119. 220. 315. 534. 578.
Pozsony vm. főisp. 283. 315.
Pozsony város 22. 94.119. 185. 186. 204. 273. 283. 315. 316. 329. 343. 366. 420. 430. 577.
Pozsonyi clarissák 194.
Pozsonyi kápt. és tagjai 24. 29. 30. 32. 61. 66. 84. 87. 93. 94. 96. 114. 116. 120. 123. 127. 150. 151. 153. 158. 169. 178. 179. 193. 204. 205. 225. 236. 241. 245. 251. 258. 272. 275. 283. 329. 343. 361. 404. 420. 469. 499. 500. 533. 554. 577.
Pöstyén b. Nógrád vm. 11.
Prácsa f. Pozsony vm. 315. 437.
Prága város 20.
Prebard tn. 175.
Prechtold tn. 391.
Prisil hn. 3.
Prolach tn. 214.
Protas tn. 25.
Puki cs. 89.
Pukuri cs. 8.
Pulun ft. Erdély 388.
Pupsa b. és o. sz. cs. 245.
Purlat hn. 115.
Püspöki f. Bihar vm. 497.
Püspöki ft. Heves vm. 4.
Pysaguych fly. 10.

Rábaköz és o. sz. cs. 17. 20. 335.
Radla b. 516.
Radolf tn. 214.
Radván b. Baranya vm. 242.
Radyk tn. 322.
Rafain, Rofin, Rofoyn tn. 32. 104. 297. 566.
Ragál f. Pest vm. 423. 508.
Rajk f. Szala vm. 550.
Rakamaz f. Szabolcs vm. 202. 230.
Ramacha tn. 138. 443. 593.
Ramocsaháza f. Szabolcs vm. 533.
Ráros p. Nógrád vm. 641.

Rasseny b. Zágráb vm. 639.
Raszlavicza f. Sáros vm. 492.
Rathold tn. 579. 637.
Rátold nemz. 42. 46. 53. 324. 336. 377. 417. 643.
Raz nemz. 579.
Rebein hn. 48.
Rech, Reche tn. 29. 572.
Rechita b. Abauj vm. 495.
Récse f. Pozson vm. 316.
Récse f. Szala vm. 146. 627.
Rednuk f. 380.
Rendek b. Veszprém vm. 57. 73.
Rennek f. 214.
Rennek, Reyning sziget 94. 120.
Renold, Reynold tn. 167. 190. 243. 270. 334. 366. 392. 405. 452. 548.
Répás f. Szepes vm. 419.
Restir f. Gömör vm. 456. 544.
Retes tn. 163.
Réva f. és o. sz. cs. 41. 351. 353.
Rezee, Rezinch tn. 105. 245.
Rezege b. Bihar vm. 436.
Rezege f. és o. sz. cs. Szatmár vm. 396.
Rezemch b. Gömör vm. 456.
Ribenche fly. 49.
Ricse f. Zemplén vm. 461.
Rikolf tn. 98. 156. 173. 255. 285. 419. 607.
Rimaszombat város 645.
Rimar tn. 391.
Ringerkerch b. Erdély 302.
Riuche vm. 139.
Roazlik hn. 561.
Rochfalva Gömör vm. 545.
Rodvan tn. 592.
Rohoncha vr. 598.
Rokolán f. Szala vm. 63.
Rokolch patak Zemplén vm. 115.
Rokusz f. Szepes vm. 34.
Roland, Rorand tn. 42. 45. 53. 78. 107. 132. 133. 164. 292. 376. 389. 445. 603. 633. 643.
Roman tn. 140.
Ronva fly. 206. 465.
Rouos, Rovoz tn. 102. 236.
Rourou vr. 140.
Rozgon f. Abauj vm. 259.
Rozlozna f. Gömör vm. 456. 545.
Ruasdi b. Baranya vm. 305.
Ruben tn. 637.
Ruch tn. 212.
Ruchurd b. 428.
Ruda tn. 63.
Rugas tn. 468.
Rugchaholma hn. 51.
Ruger tn. 355.
Ruhanemüek 417. 431.
Runya b. Gömör vm. 379.
Ruszka f. és o. sz. cs. Abauj vm. 410. 413. 414. 470. 474. 483.
Ruthenok 281.
Ruzbe tn. 134.
Ruzka b. Ung vm. 245. 451.
Rwesel hn. 127.
Rygachtelek ft. Temes vm. 473.
Ryho b. Erdély 227.
Rynch ft. Kolos vm. 97.
Ryneker tn. 119.

Saar tn. 473.
Sacho tn. 404.
Sachuth hn. 397.
Sada, Sudam tn. 129. 134. 214.
Ságh f. és o. sz. cs. Nyitra vm. 94. 106.
Sági cnt. 228.
Ságpatak 358.
Sahur b. Pozsony vm. 355.
Sajó fly. 91. 544.
Salamon b. 23.
Salamonharaszt f. 67.
Sanctus tn. 214.
Sandeczi kerület 20.
Sándor bán 247.
Sank, Sung, Sunk tn. 251. 359. 565.
Sankfalu Gömör vm. 350.
Sáp b. 238.
» f. Esztergom vm. 33.

Sáp f. Pest vm. 109.
» f. Szolnok vm. 74.
» p. Borsod vm. 488.
Sapul f. 165.
Sár f. és o. sz. cs. Vas vm. 231. 258. 294. 296. 319. 337. 338. 346. 360. 373. 634.
Sármonostor 131.
Sárdi cs. 238.
Sárfő hn. 12.
Sári b. és o. sz. cs. Veszprém vm. 525.
Sárkán ft. 77.
Sarkou b. Pozson vm. 355.
Sárközi cs. 62.
Sáró f. Bars vm. 106. 445.
Sáros vr. 244. 255—257. 259. 268. 411. 446. 536.
Sáros vm. főisp. 500.
Sárospatak város 79. 129. 206. 213. 234. 254. 260. 262. 263. 280. 465.
Sárospataki remete szerzet 234.
Sárpataka b. 516.
Sartyvanveze nemz. 497.
Sarunberg b. 516.
Sátoralja-Ujhely város 213. 263. 465.
Scapacha hegy 84.
Scemena hegy Szepes vm. 419.
Scemteu tn. 351. 353.
Scentus tn. 380.
Schech b. 506.
Schiltheher tn. 366.
Sclusfalva Gömör vm. 545.
Scour tn. 410.
Seba, Seben, Sebene tn. 118. 483. 513.
Sebes vr. 521.
Sebesi comes 471. 543.
Sebespatak b. Gömör vm. 455. 544.
Sebestyénülése b. Baranya vm. 271.
Sebők tn. 84.
Sebus b. 514.
Sebus hn. 268.
Sebus tn. 152. 572.
Sebusszeg b. Bács vm. 162.
Sedul tn. 320.
Selke tn. 485.
Selmeczbánya város 105.
Semjén f. Bihar vm. 436.
Semjén f. és o. sz. cs. Szabolcs vm. 121. 198. 334. 475. 477. 479. 508. 527. 533. 558. 588. 590. 611. 612. 635. 645.
Semjén f. Zemplén vm. 461.
Semse f. Abauj vm. 471. 475.
Sendorf b. Pozsony vm. 438.
Senectus tn. 119.
Senkuezou ft. 59.
Sényő f. Szabolcs vm. 557.
Seppencia tn. 94.
Seraphin, Serefel tn. 224. 229. 410. 413. 451. 470. 475. 483. 586.
Serfőzés 98. 644.
Serleng b. 516.
Sermegh ft. 165.
Seuered, Sifrid tn. 105. 282.
Seyfrid tn. 329.
Sexe tn. 32.
Sigér b. 8.
Sigra f. Szepes vm. 148. 254.
Sike, Syge tn. 214. 603. 633.
Siklós vr. és f. és o. sz. cs. Baranya vm. 305. 325. 489.
Simon bán 419.
Simontelek b. 516.
Sipug hn. 552.
Sirok vr. 574.
Sitk p. Somogy vm. 45.
Sitke f. és o. sz. cs. Vas vm. 430.
Sobor f. Sopron vm. 335.
Sochsara hn. 216.
Sói prépost 537.
Sókut b. 294.
Sol tn. 189.
Solgrabun hn. 438.
Solmos b. 516.
Solmos vr. 529.
Solumus ft. Erdély 482.

Solyomkő hn. 244.
Solyomkő vr. 107. 580.
Somboni főesp. 462. 637.
Sómivelés 244. 264.
Somkut p. Gömör vm. 456. 545.
Somlói comes 516.
Somogy vm. alisp. és szolgabírák 62. 466.
Somogy vm. főisp. 92. 181. 386. 466.
Somogyi főesp. 183.
Somogyon f. Küköllő vm. 419.
Somogyvár 434.
Somogyvári cnt. és apátjai 45. 171. 181. 183. 199. 201. 203. 392. 409.
Somorja mváros Pozsony vm. 283.
Somos vr. és f. és o. sz. cs. Sáros vm. 111. 112. 491.
Somos b. és o. sz. cs. Abauj vm. 207. 454.
Somosszegi cs. 250.
Sopron vm. főisp. 490.
Sostó fly. 303.
Souka tn. 57.
Sóvár 268.
Sövén b. Somogy vm. 43.
Spanthova hn. 429.
Spreng hn. 302.
Stara b. Pozsony vm. 613.
Staul f. Pozsony vm. 179. 220.
Stellengrunt hn. 94.
Stomfa f. Pozsony vm. 355.
Stoyan nemz. 643.
Strauz tn. 366.
Striguai cs. 217.
Struchina fly. 248.
Struzica víz 515.
Stupuan b. Somogy vm. 415.
Suap ft. Szepes vm. 447.
Sudani cs. 560.
Suechfa b. 138.
Suma b. 236.
Sumug b. 155.
Supruny tn. 5. 448.
Supta tn. 465.
Sur tn. 110.
Suren hn. 76.
Suur ft. Nyitra vm. 177. 221.
Syboulth f. 396.
Sych f. Szatmár vm. 410.
Sydo tn. 86.
Syle tn. 599.
Symar tn. 403.
Szabolcs vr. 429.
Szabolcs vm. alisp. 198. 475. 502. 508. 587. 588. 590. 610. 635.
Szabolcs vm. főisp. 435. 436. 444. 462. 469. 523. 533. 559. 574.
Szabolcsi főesp. 49. 92. 167. 188. 191. 193. 218. 240. 246. 390. 593.
Szada b. Zemplén vm. 617.
Szádelő f. és o. sz. cs. Torna vm. 422. 491.
Szakálas f. Komárom vm. 147.
Szakoly f. Szabolcs vm. 553. 554.
Szala vm. alisp. 349.
Szala vm. főisp. 349. 572. 627.
Szalacs f. Bihar vm. 435.
Szalánc f. Abauj vm. 406. 407.
Szalavári apát és cnt. 15. 82. 166. 176. 217. 292. 367. 370. 553. 572. 612. 642.
Szalmád f. Szabolcs vm. 202.
Szamos fly. 566.
Szamosszeg b. 428.
Szárazpatak 115. 244.
Szárberén b. 503.
Szarva f. Pozsony vm. 153.
Szász f. és o. sz. cs. Pozsony vm. 30. 114. 150. 275. 362. 470.
Szász gróf 20.
Szászok 105. 419.
Szatmár vm. alisp. 410. 428. 632.
» » főisp. 428.
» » szolgabírák 565.
» város 417. 527.
Szatmári alesperes 416.
Száva fly. 196.
Szécsen f. és o. sz. cs. Nógrád vm. 12. 289. 529. 641.
Szécs, Zeech b. és o. sz. cs. 255. 287.

Szecsőd f. és o. sz. cs. Vas vm. 600.
Szederjes b. Gömör vm. 456.
Szederkény f. Baranya vm. 520. 548. 568.
Szedlicse f. Sáros vm. 60.
Szeg b. Pozsony vm. 123.
Szeged város 334. 385.
Szegedi főesp. 69. 144.
Szegszárdi cnt. 339.
Székakna b. Erdély 388.
Székel f. Szabolcs vm. 403. 457.
» b. Szerém » 510.
Szekeres b. Heves vm. 57.
» f. Szatmár vm. 104.
Szekerészek királyiak 591.
Székesfehérvár 546.
Székesfehérvári kápt. és tagjai 25. 70. 86. 133. 209. 234. 236. 256. 277. 366. 494. 525. 553. 592. 617.
Székesfehérvári keresztesek cntje 44.
Székudvar b. 242.
Szelizi cs. 122.
Szemere f. Győr vm. 430.
Szemeth f. Pozson vm. 120.
Szend b. és o. sz. cs. Somogy vm. 181.
Szenna f. Ung vm. 48. 314.
Szent-Adalbert b. Pozsony vm. 283.
» Adorján b. Somogy » 45.
» András f. Bihar vm. 497.
» « » Pozsony vm. 169. 251.
Szent-Balázs f. Szala vm. 552.
» Demeter város 334.
Szente f. Nógrád vm. 630.
Szent-Egyed f. Baranya vm. 306.
» Endre f. Pest vm. 571.
» Ernői kápt. és tagjai 46. 165. 325. 350. 353.
Szent-Erzsébet b. Somogy vm. 45.
» Gál f. Veszprém vm. 526.
» György hegy 127.
» » város és o. sz. cs. Pozsony vm. 31. 84. 120. 152. 225. 273. 316. 366. 475. 476.
Szentháromság p. Somogy vm. 172.
Szent-Ilona b. 452.
Szent-István f. Veszprém vm. 526.
» Iván f. és o. sz. cs. Bács vm. 485.
Szent-Jakab f. Pilis vm. 172.
» Jánosi cs. 448.
» kereszt f. és o. sz. cs. 96.
» » b. Szepes vm. 589.
Szentkereszti apátság 315. 347.
Szentkereszti remeték 546.
Szentkirály b. és o. sz. cs. Gömör vm. 452. 517.
Szent-Kozma-Domján f. Valkó vm. 334.
Szent-László f. Baranya vm. 395. 598.
Szent-Lőrincz Kékálló fly. mellett b. 235.
Szent-Márton f. 278.
» » b. Szala vm. 627.
» Mihály f. Szabolcs vm. 121. 334. 527.
Szent-Mihály f. Szala vm 216. 627.
» Miklós f. Baranya vm. 242.
» » b. Bereg vm. 189.
Szent-Miklós b. Kékálló fly. mellett 235.
Szent-Miklós f. Szala vm. 552.
» » b. Szatmár vm. 398.
» Pál f. 380.
» Péter f. Borsod vm. 91.
» » ft. Kolos » 97.
Szentquirini cs. 294.
Szepes vm. főisp. 446. 505. 531. 540. 562. 583. 585.
Szepesi cs. 254. 298.
» kápt. és tagjai 34. 50. 98. 99. 148. 222. 273. 285. 293. 298. 332. 347. 401. 406. 418. 455. 474. 536. 542. 581. 588. 601 607.
Szepesi püsp. 14. 34.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 686 von 696

Szepes vr. és váralja 148. 149. 173.
Széplak f. Vas vm. 372.
Szépmező b. Küküllő vm. 303.
Szepse f. Baranya vm. 18. 126. 144. 252.
Szepsi f. Abauj vm. 433. 505.
Szerbia 197.
Szerdahely f. Nyitra vm. 613.
» » Pozson vm. 32.
» » Szala vm. 552.
Szerém vm. főisp. 529. 640.
Szerémi főesp. 69. 144.
» püsp. 428. 448.
Szerémség 197. 326. 351. 353. 376.
Szerencsi monostor 178. 620.
Szeretva f. Ung vm. 594.
Szergény f. Vas vm. 227.
Sziget f. Szala vm. 551.
Szigetfői főesp. 75. 187.
Szil nemz. 523.
Szilágy b. 522.
Szilágysomlyó mváros 506.
Szilvágy f. Vas vm. 227.
Szinna f. Abauj vm. 421. 483.
Szinyér f. Zemplén vm. 239. 284. 285.
Szokol f. és o. sz. cs. Sáros vm. 190. 506.
Szolnoki főesp. 75. 187. 301. 387. 479. 489. 553. 554. 556. 558. 573. 584. 594. 597. 602. 604. 606. 611. 612. 621. 645.
Szombathely város 369.
Szőcze f. és o. sz. cs. Vas vm. 257.
Szőlős f. Szabolcs vm. 458. 498. 533. 553.
Szőlős f. Szala vm. 175. 366.
Szőlős b. Szatmár vm. 417.
Szőlős mváros Ugocsa vm. 132. 149. 646.
Szőlős-Jakabfölde b. Bács vm. 580.
Szörcsök f. Veszprém vm. 317.
Sztraczin f. Nógrád vm. 641.
Sztrocsin f. Zemplén vm. 412.
Táde, Tadias tn. 23. 377.
Tagadeus tn. 237.
Tákos f. és o. sz. cs. Bereg vm. 594. 612.
Takson f. Pozsony vm. 123.
Taksony f. Pest vm. 507.
Tamási f. Szabolcs vm. 198. 297.
Tarcha fly. 173. 264.
Tardosked f. Nyitra vm. 437.
Tárkán b. Abauj vm. 563.
Tárnok f. Pozson » 499.
Tárnokmesterek 39. 72. 92. 113. 118. 133. 223. 232. 257. 295. 316. 319. 328. 337. 395. 428. 448, 471. 543. 574. 598. 640.
Tapan tn. 346.
Tápé fly. 74.
Taplocza f. Gömör vm. 455. 544.
Tapol, Topol, Tupul fly. 243. 268. 492. 588.
Tapolczafő hn. 342.
Taskon p. Heves vm. 538.
Tata b. Esztergom vm. 480.
Tátika vr. 349.
Teber tn. 405.
Teenk, Tenke tn. 349. 624.
Tegeny b. 202.
Tejed f. Pozsony vm. 32.
Tekeberke hn. 170.
Telegd f. Bihar vm. 264.
Telegdi főesp. 531.
Telekes f. és o. sz. cs. Vas vm. 99. 337.
Teleki b. Valkó vm. 68.
Telespruni cs. 356.
Teluk ft. 165.
Temerd f. és o. sz. cs. Vas vm. 177.
Temes vm. alisp. 473.
» » főisp. 549. 591.
Temesvár 420. 424. 430. 450. 455 458. 459. 461. 464. 472. 473. 482. 493. 500. 508. 511. 517. 519. 525. 526. 538. 549. 565. 580. 596. 605. 633.
Tengeliczi cs. 549.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 687 von 696

Tengerdi cs. 572.
Tepej b. Somogy vm. 200.
Teremi f. Erdély 531.
Terenye f. Nógrád vm. 125. 167.
Thegus, Thekus tn. 342. 432.
Theke f. Erdély 482.
Theza, Thysa tn. 281.
Thobold b. Baranya vm. 395.
Thoporych f. Szepes » 50.
Thord f. és o. sz. cs. Valkó vm. 143. 595.
Thordos tn. 579.
Thretefő hn. 561.
Thulfalu b. Baranya vm. 396.
Thurnai cs. 342.
Thyma, Timodeus tn. 237. 371.
Tiba, Tybuna tn. 77. 525.
Tibold tn. 120. 127.
Tiborcz tn. 150. 560.
Tidrik tn. 293.
Tihanyi apát és cnt. 137. 176. 366.
Tilaj f. és o. sz. cs. Vas vm. 538.
Timirián ft. Zágráb vm. 640.
Tinnye f. Pilis vm. 511.
Tisza fly. 76. 107. 108. 403. 408. 569.
Titel f. és cnt. 1. 163. 440. 485. 509.
Tivan, Tivay tn. 118. 301.
Tófej f. és o. sz. cs. Szala vm. 140. 292. 370.
Tókaj p. Somogy vm. 181.
Tolcsva f. és o. sz. cs. Zemplén vm. 266.
Tolmácsi cs. 237.
Tolna vm. alisp. 354.
» » főisp. 92. 386.
Tolve, Tolvej tn. 96. 497.
Tomaj f. és o. sz. cs. 349. 417.
Tomb, Thumb tn. 11. 151.
Tonc, Tonk tn. 326. 353.
Tonkvatta f. Pozsony vm. 150.
Tormach tn. 387.
Torna f. és fly. Veszprém vm. 73. 317. 319. 418.
Torna fly. Heves vm. 134.
Tornyos-Chondol b. 205.
Tornócz f. Nyitra vm. 123.
Tornova b. Gömör vm. 455. 544.
Toronya f. és o. sz. cs. Zemplén vm. 593.
Torpholna b. Gömör vm. 455.
Torvaj f. Somogy vm. 44.
Torwoy ft. 308.
Tósok f. Veszprém vm. 526.
Tostoua hn. 284.
Tótfalu Gömör vm. 545.
Tótistván tn. 140.
Tótországi bánok 39. 92. 183. 386. 428.
Tótuta hn. 527.
Tótváson f. Veszprém vm. 526.
Toyp tn. 51. 284.
Tököl f. Pest vm. 423. 508.
Tőtős f. Baranya vm. 36.
Trencsén vr. 233. 487. 637.
Treutul tn. 548.
Triztinik patak 243.
Trocsány f. Sáros vm. 491.
Trusalchius tn. 296.
Tudertus tn. 22.
Tudocyk tn. 466.
Tulgus hn. 171.
Tulus tn. 402.
Tumpus tn. 491.
Tunyog f. Szatmár vm. 479. 532.
Tupal b. 199.
Tur f. és o. sz. cs. Hont vm. 269. 309.
Tur fly. Szala vm. 552.
Tura b. Szabolcs vm. 458.
Turda b. 600.
Turul nemz. 297.
Turypa ft. Hont vm. 71.
Tusa b. 583.
Tuth f. Szabolcs vm. 121.
Tuzsér f. » » 405. 408.
Tyboa fly. 49.
Tyrebuch b. Vas vm. 361.
Tyrling tn. 391.
Tyskuta hn. 382. 383.

Ubul, tn. 121. 334. 403. sat. l. Kálló f.
Udvard f. Baranya vm. 36.
Udvarnok f. Torna vm. 342.
Udvarnokok 232.
Udvarnoktelek f. Bihar vm. 497.
Udvaros tn. 525.
Ugocsa vm. főisp. 632.
Ugra tn. 217.
Ugrin tn. 133. 197. 211. 240. 364. 434.
Ugud tn. 417.
Ujfalu Sáros vm. 500.
Ujfalu Zemplén vm. 235.
Ujfalui kolostor Zemplén vm. 129.
Ujhelyi remeték 213. 263.
Ujlak b. 202. — Szatmár vm. 603. 633.
Ujmál hn. 172.
Ujvár b. Abauj vm. 422.
Ujudvari cnt. és tagjai 19. 139. 145. 164. 368. 552.
Ungh vm. 245.
Ungi cs. 517. 593.
Ungi főesp. 6. 49. 90. 92. 105. 131. 167. 218. 240. 246. 390. 492. 593.
Uza, Wza, tn. 266.
Uzsa f. és o. sz. cs. Szala vm. 82. 83.
Ürmén hn. 12.
Ürmény f. és o. sz. cs. Nyitra vm. 394.

Vácz város 236.
Váczi főesp. 75. 187.
Váczi kápt. és tagjai 74. 186. 416. 630.
Váczi püspök 14. 133.
Wadaz b. Gömör vm. 561.
Vág fly. 612.
Vágujhely 612.
Vaja f. és o. sz. cs. Szabolcs vm. 566.
Vaja b. Fejér vm. 25.
Vajda f. Szala vm. 146.
Walbrun tn. 366.
Waldnar tn. 366.
Valkó f. és fly. 68. 92.
Valkó vr. 67. 68. 522.
Valkófő b. 575.
Valkói főesp. 518. 534.
Valkó vm. főisp. 574.
Walprech tn. 354.
Vámjog és rév 111. 264. 400. 412. 428. 570. 612.
Vámos f. Borsod vm. 544.
Wanchuk tn. 636.
Varbó b. Borsod vm. 54.
Varbópatak 54.
Várad (Nagy) város 89. 121.
Várad b. Nógrád vm. 12.
Váradi cnt. 288. 297. 340. 556. 566. 596.
Váradi kápt. és tagjai 89. 103. 107. 115. 121. 198. 201. 202. 215. 218. 219. 230. 247. 249. 396. 456. 497 498. 526. 559. 563. 576. 603. 614. 631. 633.
Váradi püspök 89. 133. 219. 277. 280. 402. 428. 448. 541.
Varasfogachi cs. 134.
Varaslaus tn. 370.
Várnépe b. Vas vm. 226.
Váró, Varou, Warou tn. 213. 273. 465.
Várrév hn. 358.
Varsan f. Pest vm. 507.
Varsány f. és o. sz. cs. Nógrád vm. 528.
Vas tn. 387.
Vas vm. alisp. 338. 364. 614.
» » főisp. 614.
Vascultelek b. Erdélyország 387.
Vassian b. 242.
Vasvár 296. 337. 347. 364. 372. 375.
Vasvári kápt. és tagjai 36. 138. 140. 168. 177. 188. 226. 231. 237. 257. 281. 294. 296. 308. 313. 328. 330. 337. 338. 346. 360. 368. 371. 374. 378. 443. 538. 539. 600. 614. 634.
Vatha b. 25.

https://data.onb.ac.at/rep/11325475 Seite 689 von 696

Vatta f. Pozsony vm. 150. 180.
Vazul tn. 39. 281.
Wdicha b. Trencsén vm. 622.
Wech, Weeck tn. 71. 77. 134.
Wechfölde b. Heves vm. 134.
Weinantfelde b. Hont vm. 105.
Vék p. Komárom vm. 147.
Velchene tn. 224. 586.
Velcheneháza b. 224.
Velchenetelek b. 586.
Velecensi püspök 22.
Veler tn. 105.
Veleyk tn. 71.
Wenczel kly. 6. 20. 26. 29. 33. 41. 49. 53. 92. 118.
Vente p. Szala vm. 627.
Venus, Venys, Venuz tn. 7. 126. 273. 282. 384.
Verbo f. Szepes vm. 99.
Weres tn. 507.
Veresegyház Erdélyország 301.
Verestó b. 242.
Wermes, Vermis tn. 501. 555. 577.
Wernel, Vernelius tn. 512. 565.
Verofen, Verofyn b. Baranya vm. 248. 515.
Veszkényi cs. Sopron vm. 20.
Veszprém vm. főisp. 418.
Veszprémi cs. 377.
Veszprémi kápt. és tagjai 43. 44. 57. 73. 137. 175. 182. 183. 299. 316. 319. 324. 327. 417. 548. 553.
Veszprémi püspök 45. 256. 277. 280. 370. 428. 448. 503. 553.
Veszverés f. Gömör vm. 455. 544.
Vetés f. Szatmár vm. 249. 565.
Wetyh tn. 489.
Weyzhel hn. 96.
Vid f. Szabolcs vm. 297.
Vid, Vida tn. 145. 201. 218. 239. 253. 323. 605. 606. 615.
Vienne város 253.
Vigne b. Gömör vm. 455. 545.
Vigtelek f. Gömör vm. 545.
Világos vár 459.
Wildungsmauri cs. 476.
Wilk b. és o. sz. cs. Pozsony vm. 225. 343.
Vilmár tn. 337. 347.
Vilmod, Vilmoth tn. 436. 509.
Vinzlo, Vynzlo tn. 28. 79. 443.
Visegrád 113. 400. 530. 595.
Visnyó f. Zemplén vm. 115.
Visoly f. Abauj vm. 178.
Visontahid hn. 248. 515.
Viszló f. és o. sz. cs. Baranya vm. 305.
Vitéz tn. 398.
Vitézmező b. 267.
Vitka f. Szatmár vm. 590.
Vizkelet f. Pozsony vm. 118.
Vlasinovpotok b. Szepes vm. 332.
Wlchata tn. 181.
Wleza víz 515.
Wliha fly. 69.
Wnecen b. 228.
Wodos, Vodus tn. 162. 286. 311. 404.
Woruog tn. 583.
Voszyghi cs. 144. 252. 595.
Voyas tn. 30.
Voyda tn. 145.
Vödricz b. és patak Pozsony vm. 93.
Vönöczk f. és o. sz. cs. Vas vm. 168.
Vöröskő b. Bereg vm. 189.
Vöröstó f. Veszprém vm. 526.
Vrachius, Vrach, Vroch tn. 119. 153. 283. 533. 577.
Vrbeli cs. 503.
Wrus b. Zemplén vm. 239.
Vruskui cs. 176. 366.
Vthe ft. Temes vm. 425.
Wthwycha fly. 637.
Vukatelek b. 516.
Wulfing tn. 366.
Vycen tn. 305.
Wzwegh tn. 23.

Zaah tn. 11. 385.
Zablathya b. Zágráb vm. 639.

Zabo f. 248.
Zaboi nemesek Baranya vm. 515.
Zabouch b. 25.
Zacai cs. 454.
Zadow f. 52.
Zadur tn. 49.
Zágrábi kápt. 129.
Zágrábi püspök 428. 448.
Zagyva fly. 74. 488.
Zakafölde b. Szala vm. 627.
Zákán f. és o. sz. cs. Somogy vm. 172.
Zakula b. 190. 243.
Zakuli hn. 527.
Zala f. Baranya vm. 144.
» » Somogy » 86.
» tn. 343.
Zalanta hn. 139.
Zalauch, Zolouk tn. 107. 213.
Zamarfölde b. Szala vm. 217.
Zamaroupatak 637.
Zamla ft. 65.
Zamor p. Fejér vm. 25.
Zanad b. Temes vm. 474.
Zapula völgy, Szala vm. 145.
Zapulafeu hn. u. o. 145.
Zarank ft. Heves vm. 134.
Zauzalia b. Gömör vm. 544.
Zayhan, Zehanus, Zeyhan 45. 72. 92. 174. 466. 600.
Zays tn. 452.
Zcornoupatak 638.
Zedelnik patak 332.
Zedluch tn. 130.
Zeel tn. 413.
Zeherje ft. Gömör vm. 561.
Zeke tn. 153.
Zekes kerület Erdélyország 301.
Zekes fly. 302.
Zekul tn. 574.
Zelche b. Hont. vm. 71.
Zele f. Nyitra vm. 289.
Zelemer tn. 49.
Zellő f. Nógrád vm. 90. 125. 167.
Zelluk tn. 465.
Zemenevölgy hn. 321. 381. 383.
Zemere ft. Baranya vm. 307.
Zemere tn. 274.
Zemerneopatak 637.
Zemlen-gumulchi b. 342.
Zemplén vár 175. 214.
Zemplén vm. alisp. 175. 626.
Zempléni főesp. 131. 191. 390. 593. 626.
Zente-Mágocs nemz. 546. 574.
Zentusháza b. 516.
Zereda ft. 375.
Zeri cs. 107.
Zerye tn. 23. 127. 579.
Zeuke tn. 172. 423. 451. 465. 497.
Zeulos tn. 580.
Zilah város 621.
Zilas b. 202. 603. 615.
Zirczi apátság 175.
Zirnova fly. 638.
Zlandus tn. 503.
Zoard, Zuard nemz. 208. 341.
Zoard tn. 59. 71. 77.
Zobozlou, Zubuzlou tn. 100. 560.
Zoch, b. Szabolcs vm. 429.
Zochud tn. 28. 78. 79. 88. 486.
Zoda, Zudus tn. 107. 627.
Zolad, Zolath tn. 30. 470.
Zolna b. Bereg vm. 189.
Zoltán tn. 439.
Zólyom vm. főisp. 52.
Zonuki cs. 364.
Zopa tn. 201.
Zortus fly. Abauj vm. 422.
Zouirard tn. 51.
Zouorfuk hn. 163.
Zsadány b. Heves vm. 3.
Zsegra f. lásd Sigra.
Zselicz erdő Somogy vm. 200.
Zselicz-Szent-Jakabi apátság 174.
Zsitva fly. 480. 487.
Ztrugnya b. 641.
Zuchogo fly. 49.
Zughalmi főesp. 497.
Zuha b. Hont vm. 71.

Zuhapatak 49.
Zukfelde ft. Pozsony vm. 150.
Zukpatak 360.
Zukzaar 236.
Zumbur tn. 565. 568.
Zumur tn. 384.
Zuna fly. 454.
Zunga tn. 250. 462.
Zurduk f. és hn. 123. 510.
Zuynnai nemesek, Horvátország 321. 383.
Zyderzygeth hn. 551.
Zydlik tn. 213.
Zyloy f. és o. sz. cs. 165.
Zylus tn. 362.
Zyndafölde b. Vas vm. 257.
Zynopatak, Zynpotok 55. 303.
Zyrtus b. Ung vm. 48.

K.K. HOF BIBLIOTHEK WIEN

